Articulus de vnitate ecclesie fuit figuratus in archa noe: in tabernaculo federis: in templo salomonis et in hierusalē terrestri. In archa fuerunt cōgregata aīalia de oi sexu et genere: et i ecclesia catholica sunt collecti iudeus et gentilis: masculus et femina: liber et seruus: hō irrationalis et vtens ratione. Archa ferebatur super aquas et eccl'ia fuit sup tribulationes hui9 mūdi: ad archam colūba rediēs portauit ramū oliue: et xp̄s ad ecclesiā reuertēs spūaliter denunciat pacem. In mūdo inquit pressuram habebitis in me autem pacem. Johā.xvi. Extra illam archam nullus saluari potuit: sic et extra ecclesiam nullus potest esse saluus. De his oibus habes Gen. vij. et viij. In tabernaculo et in tēplo colebatur et adorabatur deus. Fiebant ibi sacrificia per que remittebantur peccata: et pctōres recōciliabantur deo: sic in sola eccl'ia est diuinus cultus offertur grata sacrificia: recōciliantur peccatores: et remittuntur ibi peccata. Unde bene dicit ecclesia. Credo vnā sctām ecclesiam catholicam sctōr cōionē: remissionē peccatorū. i. in qua sola est sctōr cōio et remissio peccator. Hierusalē etiam erat ciuitas sacerdotalis et regia. sed excellētius sancta ecclesia: qr in ea sunt omnes xp̄iani sacerdotes et reges facti in sanguine iesu xp̄i. Apoca. v. sic igit habemus totā fidei cōtinentiā in scriptura veteri multipliciter figuratam rc.

¶ De prefiguratione cauēdorum scz septē capitaliū vitiorū et trāsgressionis decē preceptorum.

Quantū ad secūdum sciendū qđ peccata que oino cauere debemus fuerunt figurata multipliciter: scilz in lepre plaga de qua Leuit.xiij. In lepra marie de qua Nume.xij. In lepra giezi. de qua.iiij. Reg.v. In morticinis et immūdicijs q̄ fuerūt in multis locis phibita in lege: pctm̄ eni aīaz fecit leprosam. et ipam eiecit a consortio angelorū: facit eni aīam immundā et fetidam plusq̄ esset aliq̄ legalis immūdicitia: vel aliquod morticiniū faceret. Septē autem pctā mortalia fuerūt figurata per

septem funes quibus ligatus fuit sanson. Judicū. xvi. Sunt eñ pec cata quedā vincula ⁊ funes q̄bus ligantur peccatores ne libere pos sint incedere vel operari. Decem sūt trāsgressiones cōtra xp̄i prece pta decalogi fuerunt figurata per decē cornua bestie. Dañ. vij. de qui bus egredif. xi. loquens cōtra deū blasphemias p quod desperatio ⁊ finalis impenitentia figuratur. Sic ergo habemus q̄ peccatū in generali ⁊ peccatorum numerus multipliciter fuerunt in scriptu ra veteri figurata ⁊c.

¶ De prefiguratione malitie ini micorum spiritualium.


Uantuz ad ter tium notādū q̄ inimici spirituales qui nos p pctō feriūt de gratia dei ⁊ virtu tibus spoliant in scriptura veteri figurantur in serpēte qui seduxit Euam. Geñ. iij. Et in serpētibus q̄ percusserūt filios israel. Nume. xxi. Et in vrsis ⁊ leone quos inter fecit dauid. i. Regū. xvij. ⁊ in duo bus vrsis qui deuorauerunt. xlij. pueros. iiij. Regū. ij. Et in duob⁹ principibus latronū. Isboseth fi lium saul. ij. Reg. iiij. Et in duob⁹ draconibus de quibus habef Hes ter. x. Demones enim qui per ser pentem: vrsos ⁊ dracones figurā tur aliquando persequuntur eccle siam manifeste sicut leo. Aliquādo occulte sicut draco ⁊ serpens et la tro. Figurantur etiam per illos q̄ persequebantur filios israel in de serto: contra quos pugnauerunt. Moyses ⁊ Josue. Et non vacat a mysterio. q̄ nunquā potuerunt superare Jesubeos: per quos car nis vicia que nunquaz perfecte in hac vita de lege cōmuni supe rantur figurantur. Figuranf etiaz per goliath. saulem et absalonem persecutores dauid. Item figurā tur p egyptios. chaldeos medos: persas: grecos: romanos: hebrai ci populi persecutores.

¶ De prefiguratione virtutis et efficatie sacramentorum.


Uantum autē ad quartum notandūz q̄ arma ⁊ remedia qui bus sanantur peccata et vincuntur spūales inimici sunt septē sacramenta: septē virtutes: septē dona: ⁊ septē bona spūalia.

¶ Septem sacramenta sunt figu rata multipliciter ⁊ primo de pre figuratione baptismi.


Aptismus fi guratus fuit i diluuio Geñ. vij. In mari ru bro. Exod. xiiij. Sicut eñ in diluuio ⁊ in mari rubro fue runt cōsumpti omnes pctōres: sic in baptismo xp̄i sanguine rubri cato omnia peccata delentur.

¶ De prefiguratione sacramenti confirmationis.

Confirmatio fuit figurata in vnctione regū. hoc enī sacramento xpiani roborantur in fide: et sicut reges ad spūalia bella preparantur vide de vnctione saul. i. Reg. x. et de vnctiōe dauid prime. Regum. xvi.

¶ De prefiguratione sacramenti eucharistie.

Sacramentū eucharistie fuit figuratū in oblatione melchisedech q̄tum ad spēs: offerebat enī panē et vinū. Ge. xiiij. Et in agno paschali q̄tū ad cōtentū in sacramēto: qđ est vera caro xpi. Exo. xij. Et in manna ad saporē spūalem. Exo. xvi. habebat eīz māna oē delectamentū et saporez suauitatis. Sap. xvi. Et misterioſ oētius in sacramēto altaris. Figuratū etiā fuit per oia sacramenta antique legis.

¶ De prefiguratione sacramenti penitentie.

Sacramentū autē pnīe q̄tū ad cōtritionē i gemitu dauid fuit figuratū de quo in. ps. vi. Laboraui in gemitu meo ⁊c. Et in fletu ezechie. iiij. Regū. xx. Quātū ad cōfessionē fuit figuratū in leprosis: de q̄bus p̄ceptū est vt se ostenderēt sacerdoti. Leuit. xiiij. Et in cōfessione dauid q̄ dixit postq̄ peccati commiserat: peccaui dn̄o. ij. Reg. xij. Quātū ad satisfactionē fuit figuratū i facto regis Niniue. Vide Jone. iij. q̄n̄o p humilitatē et ieiunia dn̄o satisfecit. Quātū aūt ad vniuersa figuratur hoc sacramētū p septē lotiōes q̄bus se lauit Naaman in iordane et mūdata fuit eiꝰ lepra. iiij. Reg. v. Jordanis itep̄taf iudiciū: et significat penitētiam p quā petōres se iudicāt ne iudicenſ a dn̄o. et i hoc Jordane se dꝫ lauare septies ꝯtra septē pctā mortalia: vt sic mūdeſ spūalis lepra. Figuraſ etiā p. xi. saga cilicina q̄bus tegebaſ tabernaculū. Exo. xxvi. q̄ cōtra. x. p̄cepta decalogi sunt. x. trāsgressiōes q̄ figuranſ p. x. plagas egypti. Vide in Exodo de quorū medio egreditur. xi. i. desperatio et finalis impenitētia: que fuit figurata p. xi. cornua bestie sicut dictū est supra. Et figuranſ hec. xi. mala nō solūz p. xi. cornua verū p. xi. ap̄los: de q̄bus in. ps. lxxxij. Moab et agareni ⁊c. vide glo. et interpretatiōes cōtra q̄. xi. mala debet se peccator pungere. xi. sagis cilicinis penitētie: vt sic vulnus aperiatur et virus egrediatur.

¶ De prefiguratione sacramenti ordinis.

Sacramentum ordinis fuit figuratū in institutione ordinis leuitaruz et ministrorum taberna

culi. de quibus in li. Numerorū. Et in ordinatione sacerdotum. de qua Exo. xviij. precipue autē fuit figuratū sacerdotiū ecclesie in sacerdotio melchisedech. de quo Gen. xiiij. Sacerdos enī ecclesiasticus nō est sacerdos ſm ordinē leui: sed ſm ordinem melchisedech in psal. cix.

¶ De prefiguratione sacramenti matrimonij.



Sacramētum autē matrimonij noue legis fuit figuratū i matrimonio qđ fuit inter adā ꝛ euā vñ ipse dixit. ꝑpter hoc relinquet homo patrē ꝛ matrē ꝛc. Gen. ij. Adā enī non legitur habuisse nisi vxorē vnicā. vnde ibi dixit. adherebit vxori sue nō vxoribus. Figuratum etiā fuit per matrimonium quod fuit inter Ysaac ꝛ rebeccā. de quo Gen. xxiiij. Ipse enī isaac fuit vnicus vnice: ꝑpter hoc immunis fuit ab illa maledictione quā incurrit Lamech qui prius induxit bigamiā Gen. iiij. Et tale dꝫ esse matrimoniū ecclesie. De tali enī dicit apłs ad ephe. v. Sacramētū hoc dico magnū in xp̄o. ꝛ in eccłia. Nec etiā dico quin bigamia vel octogamia sit verū matrimoniū: sed tamē multū deficit a ratione sacramēti. Notat super hoc Alexāder de ales in. iij. tractatu. ij. super precepto. ꝙ habere plures vxores fuit adulteriū ipsi Lamech. propter duo. Primo quia fuit contra ius naturale. scꝫ ne facias aliū quod tibi non vis fieri. Et vir non vult ꝙ vxor diuidat carnē suā cū multis. ꝛ ita peccauit in deum. Secundo quia fuit contra morem ꝛ cōsuetudinē ꝛ moderantiā. Ex incontinentia enī immoderata plures habuit. ꝛ sic scandalizauit ꝓximū. sancti ꝟo patres non cōmiserunt adulterium in habendo plures. nec peccauerunt cōtra ius naturale: quia cū eis occulta inspiratiōe fuit dispensatū. nec contra morem: quia iam erat in cōsuetudinē tractum. Et nota ꝙ causa dispensationis fuit triplex. s. ꝓpter multiplicationem cultus dei exemplo Abrae. Gen. xvi. Item in figuram. Coniugium enim patrū significabat connubium christi et ecclesie que multiplicatur per contemplatiuos et actiuos. s. filios et mercennarios. quod figuratū fuit in vxoribus Jacob liberis ꝛ ancillis siue concubinis. Gen. xxvi. Itē ꝓpter moderantiam ꝛ temperantiā. Moderate enī appetebant antiqui patres coitum. s. ꝓpter solaꝫ ꝓpagationem ad cultum dei. exemplo dauid. ij. Reg. xxvi. ¶ Ad maiorem autem euidentiam predictorum. Nota ꝙ concubina dicit᷑ duobus modis. Uno modo assumpta ad tempus ad prolem producendā ꝙ dicitur assumpta ad tēpus. hoc dicitur ad differentiam vxoris: et ꝙ dicitur ad prolem procreandaꝫ: hoc dicitur ad differentiam meretricis. talis concubina non est vxor et coitus cum ea est fornicarius et

illicitus ꝑm se. et est etiam contra legem naturalem ⁊ scriptam. Jus enim publicum legis natural is dictat procreationem filiorum cum educatione ⁊ hereditatis successione. qꝺ non posset esse nisi esset copula parentum inseparabilis. Itē est contra ius priuatum rationis. qꝺ dictat non facere aliꝫ qꝺ homo fieri non vult sibi et ecōuerso. Quilibet enim vir vult: vt effect⁹ eius cui copulatur sibi inseparabiliter adhereat. Secundo modo dicitur concubina assumpta inseparabiliter ad semper. sed conditionis seruilis. et sic realiter erat vxor. Sed tamen dicitur concubina: quia nō erat principalis vxor. vñ Gen. xvi. Sara dedit abrae Agar in vxorem. Rachel dedit balam ancillam viro suo in coniugium. Gen. xxx. licꝫ autem quelibet talium diceretur vera vxor et inter virum ⁊ eam diceretur verum matrimonium. deficit tamen a ratione sacramenti: quod est vnici ad vnicam: vt dictum est. ¶ Ulterius notat hic dominus bonauentura in. iiij. ꝙ predicta dispēsatio de pluribus vxoribus nō fuit tempore nature instituta. quia tūc non erat necessitas sterilitatis: nec in tempore gratie est. quia multiplicatum est genus humanum ad cultum xpi. Sed ratione vtilitatis fuit tempore abrae: quia ante eum multiplicabantur non ad cultum dei: sed ad mala. ⁊ ideo deleti sunt de terra. Sed ratione honestat ꝫ ad illos se extendit qui vxoribus ⁊ cōcubinis temperātur et ad cultum dei multiplicandum sciebant ⁊ volebant vti. Hec autem dispensatio facta est diuina inspiratione in patriarchis et rege dauid quando et quoniam vtrisqꝫ facta est de semine dauid repromissio. Et quia isti erant tanꝙ capita. ⁊ imitandi erāt tanꝙ sancti intellexerunt recte dispensationem ad omnes extendi qui erant imitatores eorum ⁊ mos fuit ex hoc introductus durās vsqꝫ ad christi aduentum.

¶ De ꝑfiguratōe extremevnctōis



Sacramentum extreme vnctionis fuit figuratū in multiplici vnctione veteris testamenti. Hic enim vngebantur reges ⁊ sacerdotes templum et altare et certe cum christianus est propinquus morti. tunc propinquus est: vt sicut rex adipiscatur regnum glorie. vt etiā sicut sacerdos offerat deo sacrificium laudis perpetue: vt etiam in eius anima templo et altari summus pontifex deus colatur. laudetur et honoretur in eternum: ⁊ propter hoc vngitur christianus cum est propinquus morti. Ungebātur etiaꝫ antiquitus pugiles. ⁊ sic christianus in morte. quia aggreditur bellum fortissimum. Hic enim ipsum hostis impetit vehementius: propter quod oportet ipsuꝫ tanꝙ strēnuum pugilem strenue dimicare. Ungebantur etiā antiquitus spon

se cum viris tradebantur. Unde et vxor ab vngendo dicitur. eo q vngeretur. et certe anima christiani cum debet exire de corpore debet tradi celesti spōso. et traduci in tabernaculū eius: vt eius castis amplexibus perpetuo delectetur.

¶ De prefiguratione septem donorum spiritussancti.

Septem autē dona de quibus dicitur Isa. xi. figurata sunt per septem crines capitis sampson: quibus rasis ab eo recessit fortitudo Iudicū. xvi. et vere exclusis a capite hominis. i. ab anima septem donis spiritussancti recedit ab homine fortitudo. Figurant etiam sm expositionē Grego. per septem filios iob. Iob. i. per dona enim spiritussancti adoptatur homo in filium dei perfectissime. vt sit dignus hereditate superna.

¶ De prefiguratione septē vtutū.

Septem autē virtutes figurantur per septem dies: quib⁹ deus cuncta fecit opera et postea quieuit quia per virtutes illuminatur anima et in ipsis quiescit cum per ipsas perueniatur ad requiem spiritualem in presenti et eternam in futuro. Figurantur etiam per septē dies festiuitatum legalium. per ipsas enī anima solennizat. colit deū et a vitijs cessat. Figurantur etiā per illas septem mulieres. de quibus Isa. iiij. Apprehenderunt septem mulieres virum vnū etc. Nemo enī est vir: nec vir vnus: vnitate gratie: nisi quem iste domine apprehendunt.

¶ De prefiguratione septem bonorum spiritualium. et primo bonitatis crucis in passione christi.

Hunc etiam alia bōa spiritualia que multū valent ad superationē hostiū ac etiā ad purgationem vitiorum. Primū est virt⁹ crucis et passiōis xpi que fuit figurata in baculo dd. et in. v. lapidibus quos accepit de torrente: cum quibus occidit philisteum i. Reg. xvij. baculus crucem figurabat. v. lapides. v. plagas iesu qs christianus cum funda sue considerationis debet contra demones facere. et sic debellabitur hostis.

¶ De prefiguratione bonitatis et orationis matris iesu christi.

Secundum autē bonum est virtus oratio matris christi q fuit figurata per Iudich q holofernem occidit Iudich. xiij. et

hester que amã ⁊ hostes populi isrаel occidi procurauit. vide in libro hester et per iahel que sizaram percussit. Judi.iiij.⁊ per bersabee matrẽ salomonis.de qua.iij.Reg.ij.ipsa enim et si fuit sponsa de spatris sicut hester assueri.fuit tamen vere mater veri salomonis cui dicit filius suus illud verbum quod dixit salomon matri sue.iij. Reg.ij.Pete mater mea quod vis: neq3 enim phas est vt auertam faciem tuam.Omnia etiam que salomon dicit in laudem spõse in lib. Cãti. de gloriosa matre domini spiritualiter exponuntur.

¶ De prefiguratiõe bonitatis virtutis: potestatis siue auctoritatis ecclesie in orando.



Ertiũ bonũ est virtus potestas siue auctoritas ecclesie: cuius oratio summe placet deo Est eñi ipsa vnica sponsa xpi cui dixit sponsus Cãti.ij. Ostende mihi faciem tuã.sonet vox tua in auribus meis.vox enim tua dulcis ⁊ facies tua decora.

¶ De prefiguratione virtutis orationis sanctorum noui testamenti.



Uartũ bonũ est oratio sanctorũ noui testamẽti qui iam cũ xpo regnant: sc3 apostolorum qui fuerũt figurati i sanctis patriarchis et pphetis.nam sancti patriarche factis ⁊ pphete dictis gratiam noui testamenti prefignarunt et meritis populum deo reconciliare efficaciter meruerunt.de quibus Isa.xxvij.Qui ingrediũtur impetu ad iacob.florebit ⁊ germinabit israel.implebunt facie3 orbis semine ⁊c. Sanctorũ martyrum qui fuerunt figurati in sanctis machabeis: qui interpretantur victoriosi. fuerunt enim re et nomine victores. Sanctorum confessorum qui fuerunt figurati in filijs pphetarũ.de quib⁹ in.i.⁊.ij.Regũ. Sanctorum et sanctarum virginum qui fuerunt figurati in abel.qui fuit primus virgo de quo Geñ.iiij. Et in filia iepte. Judi.xi. Et in abysag sunamite q̃ fouit Dauid regẽ.de q̃.iij.Reg.i.

¶ De prefiguratione bonorum pastorum ecclesie.



Uintũ autẽ bonum est sedulitas bonorum pastorũ ecclesie: qui fuerunt figurati per Moysen Josue ⁊ Dauid. Illi eñi orãdo ꝯmaxime ⁊ nihilomin⁹ operãdo ꝯtrauerũt hostes. Uide quõ moyses orãdo ꝯtrauit amalech. Exo.xvij. Sic ⁊ boni pastores ecc̃ie orãdo ⁊ operando, docẽdo ⁊ lucis exẽpla ministrãdo hostes ecc̃ie superãt ⁊ p ipsos subditi ad sanctitat3 opera ꝓuocant:

¶ De prefiguratione bonitatis divine inspirationis.



Extū bonuz est divina inspiratio q̄ etiā indulcorat huiusmodi amaritudinem: et illustrat animam contra errorum caliginem. Quantū ad primū figurat per illud lignum quod ostēdit dn̄s moysi: qd̄ cum in aquis missuz fuisset, in dulcedinem verse sunt. Exo. xv. Quantū ad secundū figuratur per fauum mellis; quem gustauit Jonathas ⁊ illuminati sunt oculi eius. i. Regum. xiiij. Que etiam figuratur per angelū dn̄i qui descendit in fornacē ⁊c. Dan. iij. quoniam refrigerat concupiscentiam.

¶ De prefiguratione bonitatis discrete considerationis hominis.



Eptimū bonū est discreta hois cōsideratio. debet enim homo sepe considerare et ad memoriam reducere. vij. christi beneficia. vij. matris gaudia. vij. effusiones sanguinis iesu. vij. ordines sanctorū qui sunt in patria. vij. offensas: quibus offendūt homines deū. per. vij. peccata mortalia. vij. plagas nouissimas. de quib⁹ Job. Apoca. xv. per quas intelliguntur vij. inferni supplicia. vij. dotes glorie quas merentur electi. per. vij. opera misericordie. vij. sanctorum ordines figurantur per septem boues pulchras ⁊ crassas: ⁊ septem dotes glorie per septē spicas plenas ⁊ formosas oēs: quia reprobi per septē fedas boues: ⁊ cōfectas macie: ⁊ septē inferni supplicia p septem spicas; percussas vredine de quibus omnibus habet Gen. xli. Per quas septem cōsiderationes ruit mundi vanitas: peccati vilitas: carnis complacentia: ⁊ demonū fraudulentia. Unde figurātur iste septem cōsideratiōes per illos septē circuitus quos fecerūt filij israel circa vrbem Hierico ipsos archa dn̄i precedente. Josue. vi. Sic ⁊ xp̄s qui est archa domini xp̄ianum precedat in presenti exilio sit semp ante sue mētis oculos: ⁊ sic septē circuitus ⁊ septē considerationes predictas faciat q̄tum ad ipsum mūdi vanitas destruet. Apparet igit ex premissis q̄ sm̄ q̄ dicit appostolus ad Hebreos. ix. Facta in veteri testamēto fuerunt parabole instantis tēporis: ⁊ sic omnia in figuram contingebant illis. i. Chorinthior. x. Et sic patet primū principale huius considerationis tertie.

¶ De prefiguratiōe correctionis nostre in tempore gratie.



Irca secūdum huius tertij puncti est sciēdum q̄ tēpus gratie vt dictū est. est tp̄s peccata corrigendi ⁊ cauendi ad

que multum valent peccata veterum que punita fuerunt tēporaliter In quorum quidem punitionibus figurabatur punitio xp̄ianorū sempiterna si comittant similia.

¶ De prefiguratione correctionis superbie.

Ad correctionez enim superbie et inobedientie multū valet moralis Adam figura in tunicis pelliceis eiusq; electio de paradiso. que ipse ꝛ vxor sua meruerunt pro se et cunctis posteris suis pro eo ꝙ consentiētes suggestioni dyaboli superbi et inobediētes fuerunt. Ad hoc etiam multuz valet expulsio Saul de regno qui ꝓpter superbiam et inobedientiā regnū israel amisit sicut de hoc habetur. i. regū. xv. ꝛ. xvi. Ad hoc etiā multū valet suspensio Absalonis in quercu. qui propter superbiam ꝛ ambitionez regnandi suspensus in quercu. fuit a Joab interfectus ii. Reg. xviii. Multum etiam valet ad h̄ plaga cōminata Ezechie propter hoc ꝙ quadam ostentatione ostenderat babylonijs oēs thesauros domus sue. iiii. Regū. xx. valet etiam ad hoc mors illorū principum quinquagenariorum qui superbe loquentes Helye meruerūt extingui ab igne celesti. iiii. Reg. i.

¶ De prefiguratione correctionis inuidie.



Ad correctionez etiam inuidie multū valet maledictio Cayn q̄ ꝓpter inuidiā abel iterfecit. Ge. iiii. reprobatio esau. q̄ fratri suo Jacob inuidens et odio habens sicut dicitur Gene. xxvii. fuit temporaliter reprobatus. Valz ad hoc tribulatio quam passi fuerunt filij Jacob qui inuidētes ioseph. Ipsumq; odio habentes sicut dicit Gene. xxxvii. sustinuerunt propter hoc tribulationem multiplicem in egypto sub eodem Joseph fratre suo. Valet ēt ad hoc vexatio saul q̄ inuidens Dauid nec rectis oculis ipsum aspicere valens propter h̄ quod dixerunt mulieres. percussit Saul mille. ꝛ Dauid. x. milia fuit inuasus a maligno spiritu. i. Regū xvi. Ad hoc etiam multuz valet lepra Marie et leuitarum plaga. q̄ inuidētes murmurauerūt contra moysen. De maria habetur Nume. xii. d̄ leuitis. xvii. Ad hoc etiā multum valet interfectio Adonie qui inuidens salomoni regi israel propter h̄ fuit iterfectus. iii. Regū. ii.

¶ De prefiguratione ad correctionē Iracūdie.



Ad correctionē iracūdie valet maledictio Cayn. cui dixit dominus vbi supra. Cur iratus es. quare concidit vult⁹ tu⁹ et cetera. Valet etiam maledictio

furoris symeon et leui. qui irati propter stuprum dine interfecerunt sichimitas. Genesis. xxxiiij. de quibus dixit Jacob maledicendo Ge. xlix. In furore suo occiderunt virum. maledictus furor eorum et cetera. Ualet insuper ad hoc submersio pharaonis et egyptiorum qui turbati et irati propter exitum filiorum israel insecuti fuerunt eos. et tandem submersi sunt in mari rubro. Exod. xiiij. Ualet etiam ad hoc mors nabal de quo dicitur. i. Reg. xxv. quod erat vir durus. maliciosus et pessimus. propterea factum est cor eius emortuum. et ita percussit dominus Nabal. et mortuus est.

¶ Auaricie.



Ad correctionem etiam peccati auaricie occurrit Achor vel achan qui accepit de anatehemate iericho regulam auream propter suam auariciam et argentum et pallium propter quod fuit lapidatus et cuncta que illius erant igne consumpta Josue. vij. Occurrit etiam achab qui concupiuit iniuste vineam naboth propter quam et ipsum fecit interfici cui dixit helyas in hoc loco in quo linxerunt canes sanguinem naboth lambent sanguinem tuum etc. iij. Reg. xxi. Occurrit insuper giezi qui propter cupiditatem suam et auariciam accepit a naaman tria talenta argenti et vestes mutatorias duplices. propter quod lepra naaman adhesit ei. iiij. Regum. v. voluit etiam vendere gratiam sanitatis. Occurrit helyodorus qui volens rapere pecunias que erant in erario fuit verberatus egregie. et positus in gestatoria sella. ij. Mach. iij.

¶ Accidie.



Ad correctionem autem accidie occurrit dina que peruagans regionem egressa vt videret mulieres illius terre fuit a sichem oppressa. Gen. xxxiiij. Filij israel qui vacantes ocio expectantes moysen fecerunt vitulum. Exod. xxxij. et propter vitulum quem adorauerunt. xxiij. milia fuerunt interfecti. Dauid qui ocians in solario domus concupiuit bersabee cum qua et concubuit et postea vriam virum suum interfici fecit. ij. Reg. xi. Sodoma cuius peccati occasionem dicit propheta fuisse habundantiam diuitiarum ocium et saturitatem panis. Ezech. xvi.

¶ Gule.



Ad correctionem autem gule occurrunt Eua. Esau. Jonathas. loth. holofernes. filij israel. et sacerdotes bel. propter gulam enim eua maledictionem meruit. Genesis. iij. Esau primogenita vendidit. Genesis xxv. Loth propter hebrietatem incestum committit. Gene. xx. Jona

chas patres offendit. et aliqualiter populum turbauit. i. regu̅. xiiii. Holofernes a Judith fuit interfect⁹ Judith. xiii. Sacerdotes belis q̄ deuorabat que offerebantur a Dario trucidati sunt Dan. xiiii.

¶ Luxurie.


D correctio̅em autem luxurie occurru̅t inu̅da tio diluuij. Gene. vij. ꝛ consumptio. v. ciuitatum. Genesis. xix. Interfectio sichimitaru̅ propter dinaz. Genesis. xxxiiij. Peritio filiorum israel in deserto qui fuerunt fornicati cu̅ madianitis. ꝛ ideo multi fueru̅t percussi. Nume. xxv. Destructio tribus beniamyn qui propter vxorem leuite qua̅ abutendo interfecerunt quasi omnino consumpti fuerunt Jud. xix. ꝛ. xx. cap. Infortunium dauid cui ꝑpter vxorem vrie hoc contingit ꝙ absalon filius suus ingressus fuit ad co̅cubinas suas. ij. Regu̅. xvi. sic propheta ei predixerat. ij. Regu̅. xij. Interfectio amo̅ propter thamar sororem suam. ij. Regu̅. xiii. Infatuatio sansonis. Judi. xvi. Apostasia salomonis cuius cor iuit depra uatum per mulieres. iij. Regu̅. xi. Interfectio presbyterorꝫ qui co̅cupierunt susanna̅. Daniel. xiij.

¶ Jdolatrie.


D correctionez ydolatrie occurrit illud Exod. xxxij. Sedit populus manducare et bibere et surrexit ludere. i. coram vitulo consfla tili choreas ducere vł ludere. i. ad instar puerorum vitulum adorare. qui opere fusorio factus erat. Pueri enim fingunt sibi de luto queda̅ ydola q̄ postea pueriliter adorant vnde nihil aliud fuit ludere coram vitulo q̄ ydolum factum adorare et ibidem dicitur ꝙ leuite de mandato Moysi propter hoc peccatu̅ interfecerunt quasi. xxiij. milia hominum. Jllud etia̅ occurrit de hoc idem ꝙ quasi omnia flagella et captiuitates populi israelitici fuerunt propter ydolatrie scelus: hoc d̄ctum ad primum preceptu̅. ¶ Ad correctionem blasphemie que est co̅tra secundu̅ꝫ preceptum habes lapidationez blasphemi. Leui. xxiiij. ¶ Ad correctionem violantiu̅ sabbatu̅ habes punitione̅ illi⁹ q̄ ligna i̅ sabbato colligebat. vi̅d̄ Nu̅e. xv. hoc d̄ctu̅ ad tertium preceptu̅ ¶ Ad correctionem vero temeritatis vsurpantium officia ministrorum ecclesie habes percussionem oze qui archam tetigit. ij. Regu̅. vi. lepra̅ ozie qui thura ince̅debat ij. Paral. xxvi. ¶ Ad correctionez inhonorantiu̅ parentes habes maledictionem cham qui irrisit patri suo. genesis. ix. Et maledictionem ruben qui fedauit cubile patris sui cui dixit pater. non crescas. Genesis. xlix. Maledictionem absalonis qui expulit patrez suu̅ꝫ de iherusale̅ ꝛ polluit concubinas eius. vbi supra. ¶ Ad correctione̅ homicidiu̅ habes iterfectione̅ illorꝫ

qui interfecerunt isboseth.ij.regū. iiij.⁊ interfectionem Joab qui abner et amasan interfecerat de quo iij.Reg.ij.¶Ad correctionem mechie habes multa que supra statim dicta sunt.¶Ad correctionem furti habes lapidationem presbyterorum.Danielis.xiij.¶Duo vltima precepta non habuerunt penā determinataꝫ in lege. Idcirco ꝙuis transgressio ipsorum sit peccatum mortale ac mortis eterne meritum ipsorum tamen punitio nō fuit alicubi in scriptura veteri figurata.

¶De prefiguratione ad correctionē malorum principum.



D correctōeꝫ autem maloruꝫ principum occurrit pharao propter quē egyptus perijt. Exod.xiiij. Occurrit roboan propter queꝫ regnū israel scissum fuit.iij.Regū.xij. Itē sennacherib propter cuius maliciam et superbiaꝫ percussit angelus domini.clxxxv.milia assyrioꝝ.iiij.regū.xix. Occurrit etiam nabuchodō. qui ꝑpter maliciam suam fuit quasi conuersus in bestiaꝫ.Daniel.iiij. Item antiochus de quo dicitur.ij. Mach.ix.ꝙ de ipsius corpore vermes scaturiebāt.⁊ infra dicitur ꝙ homicida et blasphemus miserabili vita functus est. Occurrit etiā trāslatio regnoꝝ de gente in gēteꝫ que maxime ascribitur et attribuit malitie principū Eccli.x.

¶De prefiguratione ad correctionē maloꝝ prelatoruꝫ.



D correctioneꝫ malorum prelatoruꝫ occurrit heli ꝗ fuit negligens in correctione filioruꝫ qui de sella corruens mortuus fuit. multaqꝫ mala populo acciderūt.i.Regū.iiij.

¶De prefiguratione ad correctionē malorum sacerdotum.



D correctioneꝫ malorum sacerdotū occurrunt filij hely ofni et phinees. qui nescientes sacerdotis officiū.i.Reg.ij. corruerunt in prelio.i.Regū.iiij. occurrunt etiaꝫ nadabet abiu qui obtulerunt igneꝫ alienū.et ideo fuerunt a domino ꝑcussi.deuorauitqꝫ eos ignis. Leuit.x. Ignem alienum offerunt sacerdotes auari et luxuriosi quos gehēne incendium deuorabit.

¶De prefiguratione ad correctionē omniū predictorum.



D correctioneꝫ omnium predictoruꝫ occurrit considerare virtutes sanctoꝝ veteris testamenti videlicet iusticiā noe. de qua Ge.vi. Fidē ⁊ obediētiā abrahe.de fide hēs Ge.xv. et obedientia. Ge.

xxiij. Item de virtute eius et pace quā voluit habere cū Loth. hēs Ge. xiij. Occurrit secundo cōsiderare simplicitatem iacob. Ge. xxv. Castitatē ioseph. ge. xxxix. Humilitatem dauid hēs in multis locis i. Regū. Ieiunium Moysi de quo Exo. xxiiij. Ieiuniū helye. de quo iij. Reg. xix. Abstinētiā Iudith vide in libro illo Danielis ꝛ sociorū eius. Dan. i. zelū phinees ꝙ interfecit fornicatorem. Nume. xxv. et Mathathie. qui trucidauit sacrificātē super arā. i. Mach. ij. Occurrit etiam cōsiderare sedulitatē laborādi Ruth. et largitatē Booz. vide in libro ruth. Patiētiā Iob. ꝛ Thobie vide in libris eorū. Occurrit etiā ꝯsiderare zelū Samuelis qui interfecit regem Agab. i. Reg. xv. et helye qui interfecit sacerdotes Baal. iij. Reg. xviij. Occurrit etiā cōsiderare strenuitatem machabeorum et martyriū Eleazari. ꝛ illoꝝ. vij. fratrum. ij. Macha. vi. ꝛ. vij. Sic ergo patꝫ ꝙ bn̄ dixit aplus ꝙ facta veteris testamenti scripta sunt ad correctionē nostraꝫ Dicit enim apostolus. i. Corinth. xi. dum iudicamur aūt a dn̄o corripimur vt nō cū hoc mundo dānemur. Sed multum terribile est qd̄ scriptura dicit ꝙ difficile est corrigere queꝫ deus despexerit. Eccl's. vij. vere signum est diuine despectionis quādo homo a malis suis nō corrigitur qui totiens et in tot locis corripit per scripturas. Patet ergo clarissime ex his que dcā sunt in hac tertia cōsideratione ꝙ omnia que predicamus de christo iesu. oīa credenda. omnia cauenda omnis inimicoꝝ spiritualium malicia: omnis virtutis sacramentoꝝ ꝛ efficacia. oīa predicta et alia fuerunt in lege et prophetis et psalmis prefigurata. et ad nostram correctionem scripta. quia omnia illa in figura contingebant illis. i. Corinthiorum. x.

¶ Quia omnia scripta de venturo Messia impleta sunt in iesu xp̄o.



Quart⁹ pāctus et vltimus huius sexti articuli est videre quo modo oīa que scripta erant de messia vēturo fuerunt impleta in christo iesu saluatore nr̄o ꝛ ideo ipse verus messias nec ali⁹ expectandus. Pro cuius claro intellectu aperiuntur. xij. Thesauri. Primus erit de tempore aduentus christi. Secundus de eius ꝓgenie Tertius de assimilatione. Quart⁹ de loco natiuitatis. Quintus de eius nomine. Sextus de eius veneratione. Septimus de modo viuendi. Octauus de modo moriendi. Non⁹ de causa mortis. Decim⁹ de eius resurrectione. Undecimus de premio credentium. Duodecimus de pena persequētium in presenti et in futuro.

¶ Quia verus messias debebat venire in destructione secūdi tēpli et ablatiōe sceptri israel. ꝛ ipletione lxx. ebdomadaꝝ danielis.

PRimus thezaurus aperitur de tēpore aduentus messie. qd sacra scriptura pronūciauit et specifice determinauit. Pro cuius declaratione hic adducam quattuor testimonia. Primuz est testimonium prophetaruz: secūdum glosas Talmuth. licz in illo libro reperiantur multe vanitates z abhominationes et hereses. nō soluz contra legē euangelicā: sz etiaz contra essentiaz diuinam. z contra legem scripture ac cōtra legez nature vt suo loco videbitur propter que puniri deberent. Verūtamē ad conuincendam maliciaz eoruz propriis auctoritatibus suorum doctorum concludetur aduentus messie sicut optime fuit disputatū cum sapientibus eorum et conclusuz z determinatum coram summo pontifice Benedicto. xiij. Presentibus pluribus cardinalibus. prelatis z magistris in thologia. et aliis multis notabilib9 personis. Anno domini. M. ccccxxij. xviij. pontificatus eiusdez summi pontificis. Secundum est testimonium inquisitionis iudeorum. Tertium erit testimoniū iosephi. hystoriographi eorum. Quartuz erit testimoniuz Pylati qui eum tradidit crucifigēduz arbitrio eorum. ¶ De primo dico q tēpus assignatuz aduentus messie erat in fine secundi templi Jherusalem pauloante destructionem eiusdē templi: vt patet Malachie iij. vbi dicitur. Ecce ego mitto angelum meum. et preparabit viam ante faciem meam z statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos queritis: et angelus testamenti quē vos vultis Ecce venit dicit dominus exercituuz In dicto textu sunt tria vocabula que significant suum aduentū multuz prope. Primum est ecce. quod ostendit rem presentem ante nos. Secundum est statim: quod ostendit rem breuissimam vel sine tempore. Tertium est ecce venit. Itez quando dixit ad templum suum ostendit q in hora sui aduent9 eēt templum edificatum et in bono statu per cōtrarium illius quod credunt iudei qui dicunt q quādo ipse veniet: inueniet eos in captiuitate z templuz desertū. Itē secundo sicut dixit Isa. ca. lvi. Hec dicit dñs. Custodite iudiciū z facite iusticiā q iuxta est salus mea vt veniat et iusticia mea vt reueletur. z declarant doctores hebreoz in beresit raba. i. genesi magno. Rabi mosse darsan quid voluit dicere. iuxta est salus mea. vt vēiat z iusticia mea vt reueletur: hoc dicitur pro rege messia. propter quod dixit Daniel capitulo. ix. z adducatur iusticia sempiterna. Item tertio dixit. zach. ix. Exulta satis filia syon. iubila filia iherusalem. Ecce rex tuus veniet tibi iustus z saluator ipse pauper et ascendens super asinam et super pullum filiuz asine. In q̄tū dixit ecce rex tuus ostēdit eius aduentum breuissimum. Et quod restat in hoc textu ostendit q loquitur

de christo iesu: quia in tali habitu intrauit in hierusalem. Multū facit admirari quomodo omnes isti prophete fuerunt cōcordes: vt omnes vna voce dicerent aduentum messie esse tam propinquissime et ꝙ postmodum retro cesserit tanto tempore a tempore vltimo predictorum prophetarum vsqȝ hodie cum transierint iam vltra mille se․ptingenti anni. Inuenimus enim balaam Numeri.xxiiij. dixisse pphetando pro rege dauid. videbo eum sed non modo intuebor illum. sed non prope et ab eo vsqȝ ad dauid non fuerunt nisi quadringenti anni modicum plus. Quare per vim habemus dicere ꝙ pauco tempore post dictos prophetas habebat eē aduētus messie. Dicet iudeus per dicta prophetarum bene ostenditur esse aduentus messie in breui. sed quomodo probabitur ei ꝙ ille aduentus fuit in fine templi secūdi in eadem hora qua fuit aduētus iesu christi. Dico ꝙ hoc ostenditur multum bene multis auctenticis prophetijs et rationibus. ꝛ primo per Isa. ca. ix. qui dixit. Paruulus enim natus est nobis. ꝛ filius datus est nobis. Et factus est principatus super humeros eius. ꝛ vocabitur nomen eius admirabilis. consiliarius deus fortis pater futuri seculi. princeps pacis. multiplicabitur eiꝰ imperiū ꝛ pacis nō erit finis. Nō est dubiū quin ista ꝓphetia loquatur de messia: quia impossibile est aliquē hominē carnalem in quo nō sit diuina natura intitulari tam excellentissimis titulis Item quia ipsimet doctores hebreorum dicunt hoc in prologo hecarabeti idest lamentationis magne. Ubi dicit rabi Oze galileus in noie messie ē pax. qꝛ sic scriptū est pater futuri seculi: princeps pacis. Item in libro canhedrin in capitulo quod incipit totus israel. Dicit rabi thanhum. Que est ratio ꝙ quecunqȝ men que est in medio vocabuli est apta ꝛ hec est clausa. Respondet quia deus voluit facere de Ezechia messiam: et venit virtus iudicialis ꝛ dixit ante deum saluatorem mundi. Dauid qui dixit ante te: tot cantica: ꝛ tot laudes: non facis messiam et Ezechiam pro quo fecisti tot miracula: et non dixisti vnum canticum ante facies messiam: et ideo deus clausit men. Et illa hora exiuit filia vocis. id est vna reuelatio et dixit secretum meum mihi: secretum meum mihi: ve mihi. Et declarat rabi Salomon ꝙ dicebat deus hoc secretum de aduentu messie meum est. Et qđ propheta respondit. ve mihi vult dicere. O miser quando veniet ille messias. ¶ Ex ꝑdicta auctoritate possumus elicere tres ꝯclusiōes. Prima ꝙ messias est ipsemet deꝰ: qꝛ ꝑdicti tituli nō possunt iustificari nisi de ipsomet deo. Scđa cōclusio est ꝙ messias natus est de maria existēte virgie: qꝛ illa littera men. posita in verbo multiplicabitur. quod in hebraico dicitur lemarbe ostendit nomen eius: quod est in

hebraico merien. In latino maria ambo noīa incipiūt in illa littera men: sed in recta scripta quasi cursu naturali debebat esse men aperta. Inscriptum vero est clausa per cōtrariū & contra naturā totius scripture ostēdit dictā merien vel mariā esse clausam siue virginē. Sic enim ɔtra cursum nature cōcepit et peperit. q2 nō ex virili semine: sed mystico spiramine. Tertia cōclusio est que ad propositum facit ꝙ dictamen clausa ostendit tempus aduentus messie punctualiter: q2 hec prophetia fuit dicta ī quarto anno regis Achaz. et ab illo anno vsq3 ad destructionē primi tēpli que facta fuit. xl. anno regis Sedechie transierūt. cl. anni. Itez durauit captiuitas babylonie. lxx. annis. Temp9 scdm ꝙ edificauit neemias durauit. cccclxx. ānis si subtrahamus. xl. annos qui trāsierūt a9 passiōe xp̄i vsq3 ad destructionē templi per Titū remanent sexcēti anni q̄ transierunt ab hora in qua dicta fuit predicta ꝓphetia vsq3 ad passionem xp̄i: et tantū sumat men clausa in nūero s̄m hebreos. cuius figura in habedario hebreorū hec est: ex quibus seqtur ꝙ in illa men clausa ostēdit nobis de9 illa duo secreta cum dicit. Secretum meum mihi. Secretum meum mihi. Primuz ꝙ mater messie debebat esse maria siue virgo. Secundo ꝙ tempus saluationis aduentus messie fuit punctualiter sexcentorum annorum a reuelatione prophetie vsq3 ad passionem saluatoris. Iterum potest idem probari in vna auctoritate que est in medrastuphin. i. glosa psalterij vbi dicit rabi. Iohanam tribus annis cum dimidio stetit gloria domini in monte oliueti dando voces & dicendo. Querite dominum dum inueniri potest: inuocate euz dum prope est Isa. lv. Item dixit in berexit raba. i. in generi magno rabi mosse darsan. Quid voluit dicere salomon in cāticis canticorū cap̄. i. qn̄ dixit. Exultauimus & letabimur in te: qn̄ hoc erit. Quādo pedes dei stabūt in monte oliueti illa hora erimus nos leti. Dico ꝙ manifeste apparet. q2 isti tres anni cum dimidio sunt illa dimidia ebdomada quam dixit Daniel pro messia. Confirmauit aūt pactum multis. Inuenim9 enim ꝙ sic fuit: q2 saluator noster recepit baptismū in etate. xxx. annorū: & deinde vsq3 ad tēpus passionis fuerunt quasi tres anni cū dimidio: quib9 ambulauit per galileā & per montem oliueti conuocando homines ad penitentiam. & respectu huius dicebat predicta verba Isa. recitata per rabi Ioanni: scz. Querite dn̄m dum &c. vt supra. Itez potest probari manifeste ꝙ aduent9 messie debet esse in predicto tempore per auctoritatem quandam que est in libro canhedrin. in cap̄. quod incipit. Totus israel: et in libro Abadazara capi. i. vbi dicit. sic legitur ī studio Helie. Sex mille anni est mundus duo milia vanitatis. duo milia legis: & duo mi-

lia messie. Sed propter peccata nostra iam sit extra magna pars. Iterum in eodem capitulo dixit Helias rabi iuda: non est minus mundus q̄ quinquaginta quinq3 iubilei. In vltimo iubileo veniet filius dauid. glosa. Rabi salomon istud summat quattuor mille ducenti et quinquaginta anni: et in vltimo iubileo filius dauid veniet. Notum est q̄ mors messie fuit circa tempus: quādo impleti sunt quattuor mille anni a creatiōe mūdi. Et posito q̄ nō inueniatur pūctualiter q̄ essent illa hora (quattuor mille anni) non est mirum: q̄ maior decomputatio q̄ fit hec inuenitur in verbis dei: in textu legis cum deus dixit abrae. Scias q̄ futurum est semen tuum in captiuitate in terra aliena quadringentis annis. Et quando fuerunt liberati dicit textus: q̄ steterant ccccxx. annis. Et postq̄ bene visitauimus computum: inuenimus. q̄ ex quo Jacob descendit in egyptum vsq3quo fuerūt liberati per manus moysi non transierunt nisi ccx. anni. Item si bene numeram⁹ computum inuenim⁹ q̄ subiectio captiuitatis non fuit nisi quasi cētum anni. ergo sm̄ hoc non est mirum si doctor diuisit sex mille annos de duobus in duobus milib⁹. ergo facta acciderunt circa illam diuisionem modicum plus vel minus. Et posito q̄ dicat aliquis q̄ sm̄ auctoritatem illam tēpus aduentus redemptoris deberet esse in plenitudine quattuor milium annorum post destructionem templi intantum q̄ saluatio foret ducentis annis anticipata ante cōputum doctoris. Dico q̄ est mirabile: quia Esa. in fine capituli. lx. illud prenosticauit dicendo. Ego dominus in tempore subito faciā istud et qui habent oculos ad videndum possunt intelligere q̄ rationabilius est: q̄ aduentu saluatoris anticiparetur ex gratia dei ducentis annis ante tempus suū: q̄ in preteritum transeundo mille ducenti anni post quattuor mille non veniendo. Iterū ad ampliorem probationem dicte conclusionis inuenimus quod dicit Talmuth hierusalem ista in libro beraoht i capitulo haicore z me quarabeti. id est lamentatio magna: dicit sic. Accidit vni iudeo qui stabat laborando q̄ dedit mugitum bos transitq3 vnus arabs: audiuitq3 vocem bouis z dixit iudee fili iudei. Solue: solue: solue: tuos boues et tuum apparatum: quia sanctuarium vestrum destruitur. Iterū bos dedit scd'ō mugitum: z dixit ei arabs iudee fili iudei liga tuos boues z prepara illos: q̄ natus est rex messias. Et dixit ei iudeus quod est nomen suum. Respondit menahen. id est consolator. Dixitq3 ei iterum iudeus. Et quomodo est nomē sui patris. Dixit ei. Ezechias: id est fortitudo dei: dixit itez iud.⁹. Et vbi ē nat⁹ dixit ei. In bethleem iude. Dicit rabi abon. Et quid oportet discere ab arabibus q̄ textus clarus ē

in Esaia.x.qui dicit. Libanus cũ excelsis cadet: ꝛ dicit statim post Et egredietur virga de radice yesse. ¶ Ex predicta auctoritate eliciũtur ꝛ multum bene quattuor conclusiones. Prima quia aduentus messie fuit circa destructionem tẽpli. Secunda ꝙ messie nomen est menahen ꝙ sonat in hebraico cõsolator: quia per manum eius fuit consolatum genus humanum de peccato Adam. Tertia ꝙ est filius dei: quia nomen patris quod hic intitulat ipse quod est ezechias significat in hebraico idem qđ deus fortis. Quarta ꝙ natus est in bethleez. Item dixit Talmuth in bereRit Raba antiqua dicit rabi Simuel filius nahaman. Unde probabis tu ꝙ in die in quo fuit destructio tẽpli in illa die natus est messias: de quo dixit. Esa.c.vlti. Ante ꝙ̃ parturiret peperit: anteꝙ̃ veniret partus etiam peperit masculum in hora qua fuit destructio tẽpli dederũt voces israel sicut mulier existens in partu: et dicit ionathas in translatione chaldaica anteꝙ̃ ei veniret angustia fuit saluata: ꝛ anteꝙ̃ veniret dolores partus reuelatus est rex messias. Itẽ dicit in eodem libro rabi simuel filius Johannã semel ibat Helias per viam in die qua fuit destructũ templum: et audiuit vnam filam vocis: id est reuelationem clamantem ꝛ dicentem. Templum sanctũ vadat ad destructionem quando illud audiuit helyas imaginatus est quomodo posset destruere mũdum: ꝛ iens inuenit homines arãtes ꝛ seminantes: ꝛ dixit eis. Deus est iratus contra mundum: ꝛ vult destruere domum suam ꝛ captiuare suos filios inter gentes: ꝛ vos intromittitis vosipsos inuitiis tẽporalibus. Exiuit altera reuelatio ꝛ dixit. Dimitte eos facere: quia iam natus est saluator israel. Dixit ipse ꝛ vbi est ille: dictuʒ est illi. In bethleem iude. Iuit illuc ꝛ inuenit mulierem quandam sedẽtem in porta domus sue: ꝛ filium eius inuolutum in sanguine: ꝛ iacentem ante eam: dixitqʒ ei filia. Filium peperisti: et dixit sic. Et ait ei. Et quid est hoc ꝙ sic est inuolutus in sanguine. Respondit grande malum est: quia in die in quo natus est destructum est templum. Dixitqʒ ei. Surge filia ꝛ accipe eum: quia per manum suam debet esse magna saluatio. In illa hora surrexit mater ꝛ accepit puerum: ꝛ ipse recessit inde vsqʒ ad quinqʒ annos: ꝛ in fine quinqʒ annorum dixit. Ibo ꝛ videbo saluatoreʒ israel: si nutritur in forma regum vel angelorum. Iuit ergo et inuenit mulierem in porta domus sue: ꝛ dixit ei filia. Quid est de illo puero. Respondit rabi. Nonne dixi tibi ꝙ cum malo nutritur: quia in die qua natus est fuit templum destructum: ꝛ vltra hoc: quia habet pedes nõ ambulat: oculos habet ꝛ non videt: aures habet ꝛ nõ audit: os habet ꝛ non loquitur: et sic stat sicut vnus lapis: ꝛ dum ipse loqueretur cuʒ ea insufflam

ventus a quattuor partib⁹ mūdi ⁊ proiecit eum in mari magno: et ea hora Helyas scidit vestimenta sua ⁊ euulsit capillos suos: ⁊ dixit ve quia perdita est saluatio israel. Et exiuit vna filia vocis id est reuelatio: ⁊ dixit Helya. Nō est sicut tu cogitas: sed quattuor centis annis habitabit in mari magno: et lxxx. annis vbi ascēdit fumus circa filios Chore. ⁊. lxxx. annis in porta rome quod remanet annorum per omnes ciuitates vsqȝ ad finē. Ecce quomodo apparet manifeste ex omnibus predictis auctoritatibus aduentū messie esse in destructione templi. ¶ Sed iudeus poterit arguere dicendo: ꝙ predicte auctoritates probāt aduentuȝ ⁊ destructionem fuisse eadem die: sed veritas non est sic. quia a die passionis vsqȝ ad destructionem transierunt. xl. anni. Hic potest dari optime duplex responsio. Prima ꝙ istud nomen dies accipi potest tripliciter. scilicet stricte: large: ⁊ largissime. Primo accipitur prout sol est supra orizontem. Secundo accipitur pro. xxiiij. horis. Tertio accipitur pro tempore sicut inuenimus in Esa. ca. xix. vsqȝ ad. xxxix. Ubi sepe fit mentio de hoc nomine dies ⁊ necessario habet accipi pro maiori tempore ꝙ est annorum. Secunda responsio est ꝙ si templū bene durauit post passionem quadraginta annis: veritas tamen est ꝙ in hora passionis perdidit templū oēm sanctitatem suam et cessauerunt omnia miracula que fiebant in eo. Nolite ergo querere o iudei maiorem destructionem ꝙ illam. Unde dicit Thalmuth in libro de Ioma in capitulo quod incipit septem dies legunt magistri deceȝ miracula ꝙ facta erant in domo sancta. sciȝ ꝙ abortiuit ex odore carnis sctē. Non fetebat caro sancta aliquo tēpore: nunꝙ apparuit musca in tēplo: nunꝙ accidit pollutio sacramenti magno in die indulgentiarum. Nunꝙ inuenta est macula in pane propositiōis: et licet pedes starēt in templo cum habebat hu miliari spaciosi inueniebantur. Nunꝙ nocuit serpens nec alacer in hierusalem. Nunꝙ dixit vir socio suo strictum hospitiuȝ habuit in hierusaleȝ. Nunꝙ fuit sufficiēs pluuia ad extinguendum ignem altaris. Et nunꝙ fuerunt sufficiētes venti ad torquendum pilare fumi quod ascendebat de altari. Et dicit trāsmaya ⁊ adhuc plures: quia partes vasorum terreorum que frangebantur in templo fundebantur in eodem loco: et dicit abaye: ⁊ adhuc plume auiū sacrificij ⁊ cinis altaris incensi omnia fundebantur in loco suo. et totum hoc cessauit. xl. annis ante destructionē templi: sicut scriptum est. Signa nostra non vidimus non est vltra propheta neqȝ apud nos est sciens vsqȝquo. ps. lxxiij. Iteȝ dicitur in eodem libro: legunt magistri ꝙ. xl. annis in quibus administrauit symeon iustus omni hora vēiebat sors dei ad manuȝ dextre

ram. sed extunc aliquando in dextera aliquãdo in sinistra. Item elco polone efficiebatur albus aliquando non. Item candela que erat in occidente templi omni hora erat incensa: sed extunc aliquando incẽsa. et aliquãdo extincta. Itẽ ignis altaris excedebat per seipsum et non erat necesse sacerdotibus mittere ligna: nisi bis in die solum: vt affirmaret preceptum ꝙ habebat sacerdos de mittẽdo ligna. Leuit. vi. Sed ex illo tunc aliquando excedebant aliquãdo non intantũ ꝙ sacerdotes non cessabant ponere ligna tota die. Itẽ dicitur in Talmuth hierosolometista. in libro de yoma. in ca. quod incipit duo hyrci legũt magistri. ꝙ. xl. annis ante destructionem templi inueniebãt extinctam candelam que erat in occidente et copolane stabat semp rubeus: ⁊ sors dei veniebat ad manũ sinistram: ⁊ claudebant portas tẽpli in sero et inueniebant eas apertas de mane. et dixit rabi Iohanni filius zachai. Templuꝫ: templũ quare nõ terres. iam scimus ꝙ tu⁹ finis debet esse destructio. quia ꝑte prophetauit zacharias. cap̃. xi. Aperi libane portas tuas ⁊ comedat ignis cedros tuos. Ecce ergo clarissime quomodo. xl. annis ante destructionem qua hora fuit christi passio cessarunt omnia miracula et perdidit templum sanctitatẽ suã. Et nõ solũ tunc dicta miracula cessauerũt. sed eadẽ hora amotuꝫ fuit sceptrũ iuda. ꝯm illud qđ ꝓpheta uit iacob. ⁊ scriptũ est in libro canhedrin. in ca. qđ incipit haudbod qui et in libro de abdozara. in ca. i. dicunt sic. legunt magistri. ꝙ. xl. annis ante destructionẽ tẽpli fuerũt amoti canhedrin. i. lxx. iudices consistorij gaꝫit: ⁊ fuerunt positi in hamith. declarat Rabi sichim. locus erat in hierusalem qui vocabatur hamith. dicit rabiadin. ⁊ ex illo tũc nunꝙ amplius iudicarunt iudiciũ criminale: quia iudiciũ criminale non poterat fieri nisi in consistorio gaꝫit: ⁊ dicit rabimosse darsan ꝙ non auferetur sceptrũ de iuda. hoc dicitur ꝓpter cõsistorium gaꝫit qđ erat in terra iuda: ⁊ dux de femore eius. isti sunt canhedrin qui erant sedentes in cõsistorio Gaꝫit. quod erat in terra iuda: ⁊ dixit sic Iacob canhedrin. qui stabant sedentes in consistorio gaꝫit nunꝙ erant amoti a terra iuda iudicãdo iudicia criminalia quousqꝫ veniat syso ꝗ est messias: ⁊ dicit rabira chanum qđ fuerunt amoti a consistorio canhedrim gaꝫit: et fuit eis amota potestas iudicandi iudicium criminale consuerunt saccos super coria sua. ⁊ euulserunt capillos suos: ⁊ dixerunt ve nobis: quia amotum est sceptrum iuda ⁊ filius dauid non venit. Qui multũ non est corde cecus bene potest videre clarissime quomodo sequitur ex omnibus supradictis auctoritatib⁹ aduẽtus messie pro illa hora. ¶ Uerũtamen pro maiori sanctificatione potest videri hec veritas ex magna publicatione: que ibat ex ore omnium gentium eo tempore de aduẽtu messie

instantiũ ꝙ quia viderunt illa hora regere vnum qui regnabat in ciuitate inde qui dicebaẜ biter q̇ erat homo magne fortitudinis: ⁊ victor preliorum cuius nomen erat bacoziba. statim reputauerũt eũ messiã intelligentes ꝙ in illa hora erat tẽpus assignatum: aduentus messie dicitur in libro canhedrin. in capi. quod incipit totus israel ꝙ barcoziba regnauit. xxx. annis cum dimidio: ⁊ dixit doctoribus. Ego sum messias ⁊ rabi aquiba quando videbat barcozibam dicebat. iste est messias. Item dicit Rabimoysen de egypto. in capi. de iudicibus in lectionibus regũ. rabiaquiba magnus sapiens erat: et de maioribus tamulth erat ⁊ portabat arma barcozibe regis ⁊ dicebat de eo ꝙ ipse erat rex messias: quousq; ipꝫ interfecit adrianus ꝑpter peccata sua. ¶ Item possumus verificare predictam conclusionẽ ex prophetijs danielis. scꝫ per illas. lxx. ebdomadas: quas tradit in. ix. ca. sui libri que non potest declarari nisi ꝑ rege messia: sicut dicit Rabimoyses magister gerũdensis in glosa quaꝫ fecit super danielem. vbi dicit sic. Et vngatur sanctussanctorũ. Iste est messias sanctificatus filiorum dauid. ⁊ dicit Rabimosse darsan. Et adducatur iusticia sempiterna iste est rex messias. Item dicit in fine libri: qui vocatur ceder haolã Rabi yoze. lxx. ebdomade numerate sunt a destructione primi templi vsq; ad destructionem templi vltimi. qui sunt. lxx. anni captiuitatis babylonice. ⁊. cccc. xx. quibus durauit templum secundũ. ⁊ in fine illorum debebat venire messias. et sic declarat gaon raby cahadias ⁊ rabi abraã abenazadra. ¶ Item predictam ꝓphetiam exponit petrus alfonsi cõuersus multum grate ẜm antiquos hebreos declarando tempus aduentus messie: sic dicens in libro danielis. Tempus aduentus xpi. sic est danieli per angelum reuelatum. lxx. ebdomade sunt constitute super populum tuum ⁊ super vrbem sanctuarij tui: vt consumetur preuaricatio ⁊ finẽ habeat peccatum ⁊ deleatur iniquitas ⁊ adducatur iusticia seculorum ⁊ impleatur visio et prophetie ⁊ vngatur sanctussanctorum. Scito ergo ⁊ aduerte ab exitu sermonis: vt iterum edificetur hierusalem vsq; ad xp̄m ducem ebdomada septima ⁊ ebdomade. lxij. erunt et rursum edificabitur platea et muri in angustia temporuꝫ: ⁊ post ebdomadas. lxij. occidetur xp̄s ⁊ ciuitatẽ ⁊ sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo ⁊ finis eius vastitas. ⁊ post finem belli statuta desolatio confirmabit autẽ pactũ multis ebdomada vna ⁊ in dimidio ebdomadis deficiet hostia ⁊ sacrificium: ⁊ in templo erit abominatio desolationis ⁊ vsq; ad consummationem et finem perseuerabit desolatio. ꝓphetia sane ista clausa est: ⁊ ad intelligendũ difficilis. ⁊ sunt ibi termini multi designati: sed tñ omnes ad designandum christi aduentum sunt positi. In primis igitur sciendum

dum est ꝙ ebdomade iste annorum sunt ebdomade cum igitur ait.lxx. ebdomade constitute sunt sup po- pulum tuum: ꝛ super vrbem san- ctuarij tui: vt consumetur preuari catio ꝛ finem accipiat peccatum ꝛ deleatur iniquitas et adducatur iu sticia seculorum: ꝛ impleatur visio et ꝓphetie ꝛ vnguatur sanctussan ctorum. Cuȝ illud inꝙ ait nomina ri voluit: quia septies septuaginta in.cccc.xc.anni erant constituti ab eiusdem anni ꝓphetia: vsqȝ ad de- structionem Hierusalem ꝛ templi que a Tyto Romanorum impera- tore facta fuit: cuius destructionis tempore iam christus venerat qui et iusticia seculorum ꝛ sanctussan- ctorum erat: per quem etiam ꝛ pec catum omne ꝛ iniquitas est deleta et prophetia omnis impleta. Cete ra autem omnia que sequuntur ad horum.ccccxc.annorum diuisioneȝ et declarationem sunt posita ꝑ hoc autem ꝙ ait. Ab exitu sermonis: vt edificetur hierusalem: vsqȝ ad chri stum ducem ebdomade.lxx. innui- tur: ꝙ ab huiusmodi die prophetie vsqȝ ad Cyrum regem Persarum qui ab ipso deo per Ysaiā.xlv.chri stus appellatus est.fuerunt.lxx.an norum.ebdomade.i.xlix.anni. Cu- ius Cyri precepto cepit hierusalē edificari: in cuius reedificatione postꝙ cōsummatum est opus vsqȝ ad aduentum Tyti super hierusa- lem.cccc.xxxiiij.anni fuerūt.ꝛ hoc est qđ dicit ebdomade.lxij.i.cccc. xxxiiij.anni erunt: ꝛ rursum edifi- cabitur platea ꝛ muri in angustia temporum: ꝛ posuit ebdomadas se ptem: ꝛ postꝙ occidetur christus ciuitatem et sanctuarium dissipa- bit populus: scȝ romanus cum du ce venturo.i. Tyto et finis eius va stitas et post finem belli statuta de solatio. Quod autem sequitur con firmabit pactum multis ebdoma- da vna. illa ꝑfecto ebdomada vna septem sunt anni obsidionis septē enim annis obsessa est ciuitas ab exercitu romanorum et infra illos septem annos adeo coacti fuerunt intus et afflicti: ꝙ non habuerunt vnde sacrificium facere possent. et hoc est qđ ait in dimidio ebdoma- dis. ꝛ infra ebdomadā deficiet ho stia ꝛ sacrificium et in templo erit abominatio desolationis: ꝙ etiam additur vsqȝ ad consummationem et finem perseuerabit desolatio. in finuat ꝙ captiuitatis et desolatio illa fine foret caritura. Septem ergo ebdomade vsqȝ ad Cyrum et lxij. ebdomade a Cyro vsqȝ ad Ty tum et ebdomade obsidionis vna ꝑfecto.lxx. sunt ebdomade hec est expositio predicti Alfonsi medici imperatoris Hyspanie regis alfon si qui cum esset sapientissimus in- ter iudeos illuminatos a deo con- uersus fuit ad xp̄m ꝛ scripsit opti- me dyalogum fidei catholice anno domini. M.c.vi. ¶ Qui auteȝ ple nius voluerit scire diuisionem di- ctarum.lxx.ebdomadarū sicut eas diuisit Daniel.i.ad.vij.ꝛad.lx.ꝛ ad duas et ad vnā et illa vna et duas dimidias inueniet multuȝ optime in glosa magistri Nicolai de lyra

super danielem. Sed ꝛ ꝓpter non⸗nulla que addūt moderni iudei in ꝓphetia Jacob. de sceptro ꝛ in su pradicta, de .lxx. ebdomadibꝰ: ꝛ ꝓ pter eorum recursus expositiones anullandas predictas duas ꝓphe tias expono eo modo ꝛ forma qua dictus inclitus doctor Nicolaus de lyra suis locis exponit: ne diligēs scire forte inopia librorum intelli⸗gat curuitates iudeorum. Hūc enī librum pro ignorātibus scripsi. vt breui volumine leuiter possint ar⸗ma inuenire contra inimicos xp̄i. Et introducitur primo prophetia Jacob. in qua exprimitur tempus aduentus messie. Gen. xlix. vbi di⸗cit iacob filijs suis. Congregami⸗ni vt annunciē vobis que ventura sunt nobis in nouissimis diebus se quitur. Non auferetur sceptruꝫ de iuda et dux de femore eius donec veniat: qui mittēdus est ꝛ ipse erit expectatio gentiū. quod sic exponi tur a Nicolao de lyra vbi supra. Non auferetur sceptruꝫ de iuda. i. dignitas regia. ꝛ dux de femore eiꝰ qꝛ deficiēte regno iterfecto rege se dechia in captiuitate babylonica extunc gubernatus fuit populus iudeorum per illos qui erāt de tri⸗bu iuda. quia in reditu dicte capti uitatis zorobabel fuit dux eorū: vt habetur zacha. iiij. c. ꝛ Aggei. i. ca. et post sacerdotes gubernauerunt populum: vt patet tempore Ma⸗chabeorum: qui etiam erant de tri bu iuda. quia tribus sacerdotalis et tribus regia erant coniuncte: vt patet. iiij. Reg. xi. vbi dicit̄ ꝙ Jo sabeth soror achosie regis iuda tu lit Joas. ꝛ erat sex annis cum ea in domo domini: qꝛ ipsa erat vxor Joiade pontificis: ꝛ istud regimē durauit vsqꝫ ad tempus herodis ꝙ fuit alienigena de gēte idumeoꝝ et ipso regnante natus est christus vt habetur Math. ij. Cuiꝰ regnū durabit in secula seculorum amen. Et ideo subditur donec veniat qui mittēdus est. i. christus qui missus est a patre pro salute generis hu⸗mani: ꝛ ipse erit expectatio gētiū. Sm ꝙ dicitur Aggei. ij. ca. Ecce ve niet desideratus cunctis gentibus ꝛc. In hebreo autē habetur sic. et erit ei aggregatio gentiū ꝛ hoc im pletum est in regno xp̄i. quia post resurrectionem ꝛ ascensioneꝫ xp̄i. ad celos apostolis predicantibus fidē xp̄i iudei pro maiori parte re manserunt obstinati in infidelita⸗te sua: ꝛ gentes cū magna deuotio ne receperunt fidē xp̄i. Et sic xp̄o aggregate sunt. ꝓpter qḋ apostoli dixerūt iudeis: vt habet̄ Act. xiij. ca. Uobis oportebat primū loqui verbum dei: sed qm̄ repulistis illḋ ꝛ indignos vos iudicastis vite eter ne. ecce cōuertimur ad gētes. Sic enī precepit nobis deus. ¶ Sed hanc ꝓphetiam que satis clare ex posita est de christo iudei multipli citer nituntur subuertere. Ad cuiꝰ intellectū sciendū ꝙ in hebreo ha⸗betur donec veniat sylo. Hec autē dictio hebraica sylo est ꝓprium no men loci: significat etiā in alio sen su missionē: ꝛ sic est nomē cōe: put ergo est nomē loci accipiūt hic eā

aliqui iudei dicentes q prophetia impleta est: quando saul qui erat de tribu beniamin: vt habetur. i. Reg. xi. fuit electus in regem et inunctus fuit in sylo vbi erat tabernaculum domini et archa: et per consequens vnctio vbi reges debebant inungi. et sic sceptrum quod accipitur pro quodam dominio et primatu: quod fuerat in tribu iuda vsque tunc fuit translatum ad tribum beniamin. Sed hoc dictum manifeste contrariatur textui. quia ante electionem Saulis archa dei iam erat amota de sylo. et erat in cariathiarim. vt habetur. i. Reg. vij. c. Item post saul immediate: immo ipso adhuc regnante: fuit dauid inunctus per Samuelem. quia dauid fuit primus rex de tribu iuda. et tunc reges de illa tribu quando incepit successerunt. Quod autem sceptrum dicatur auferri de tribu iuda quando incepit esse in propinqua dispositione ad gradum perfectum non est verisimile. Et ideo alij iudei dicunt q ista prophetia impleta fuit in electione hieroboam in regem qui erat de tribu effraim. quia decem tribus ablate sunt a regno iuda: et adheserunt hieroboam quando roboam die constituto dedit populo duram responsionem. iij. Reg. xij. Et sic exponunt donec veniat sylo. i. donec veniat hieroboam coronandus in tali loco. Sed ista expositio ostenditur falsa per textum. quia congregatio illa non fuit facta in sylo. sed in sychem. vt habetur. iij. Reg. xij. c. Item non fuit ablatum regnum a domo iuda tunc: sed stetit vsque ad captiuitatem babylonicam per successionem hereditariam. Et illi soli dicebantur proprie reges: quia instituebantur per inunctionem. quia templum archa domini: et illa que ad inunctionem requirebantur in hierusalem remanserunt que erat metropolis in regno iuda: propter quod alij iudei accipientes hoc nomen sylo prout significat missionem: dicunt q dicta prophetia impleta est tempore nabuchodonosor quando venit contra hierusalem et occidit sedechiam regem: et sic defecit regnum iuda. Et ideo exponunt predictam litteram sic. Non auferetur sceptrum etc. donec veniat qui mittendus est. scilicet Nabuchodonosor. qui propter peccata iudaici populi missus fuit a deo ad destruendam terram et auferendum regem: et erit ei aggregatio gentium: quia propter dilationem sui imperij aggregate sunt gentes sub eius dominio. Sed ista expositio et precedentes et consimiles si fiunt destruuntur per translationem chaldaicam quam iudei vocant targum: que ita autentica est apud iudeos q nullus doctor eorum fuit ausus ei contradicere. immo quando littera hebraica est obscura recurrunt ad illam pro explanatione. In illa autem sic habetur. Non auferetur sceptrum de iuda etc. Donec veniat messias in scriptura: sed solus christus qui promissus in lege et prophetis erat. Et hoc patet clarius veritas nostre catholice expositionis predicte.

Cum ergo a tempore predicti herodis regis cessauerit regia dignitas tribus iude et ducatus et i tpe illo nullus alius apparuit qui ex doctrina et operationibus posset dici christus nisi iesus saluator noster. Sequitur ergo ꝙ ipse est verus messias et ꝙ ei⁹ aduentus trãsiuit in preteritũ. ¶ Itez ꝑdictus Petrus alfonsus cõuersus in suo dyalogo predictã ꝓphetiam exponit sic dicẽs. Doctores antiqui hebreorũ sic exposuerunt prophetiã Jacob. Nõ auferetur sceptrum.i. virga regni de iuda. et dux de femore.i. de filijs filiorũ eius in secula. donec veniat qui mittendus est i. xp̃s cuius est regnũ et ad ipsum congregabuntur gentes Et nos q̇dẽ nouim⁹ ꝙ postq̃ venit xp̃s. neqȝ rex neqȝ dux de Juda fuit vlteri⁹. Credere itaqȝ debemus ꝙ hic tẽpus xp̃i aduẽtus determinatũ fuit et ꝙ is qui tempore illo venit sine dubitationis scrupulo xp̃s extitit. ¶ Secundo introducitur ꝓphetia Danielis.c.ix. vbi Gabriel ãgelus instruxit Danielez de illo tempore dicẽs. Septuaginta hebdomadas abbreuiate sunt super populũ tuũ et super vrbẽ tuam sanctã et consumetur preuaricatio et finem accipiat peccatum et deleatur iniq̃tas et adducatur iusticia sempiterna. et impleatur visio. et ꝓphetia. et vngatur sanctussanctorũ. Ad intellectum huius prophetie pͥmo videnduz est qualiter hic accipiatur hebdomadas vel hebdomada qđ est idem. In sacra enim scriptura vno modo accipitur pro tpe septẽ dierũ. et hoc modo cõmuniter accipitur: hoc etiã modo loquitur scriptura Leui.xxiij. vbi dicitur ꝙ septẽ hebdomade sunt accipiende a festo pasce qui faciũt.xlix. dies. et l. die celebrandũ est festuz penthecostes. Alio modo accipitur ꝓ tempore septem annoruȝ. et hoc modo loquit̃ scriptura de hebdomada. Leui.xxv. vbi dicitur Numerabitis septem hebdomadas annorum que faciunt annos.xlix. et quinquagesimus annus qui immediate sequitur. dicitur iubileus qui apud iudeos erat annus remissionis vt ibidem dicitur. Non autem inuenitur hebdomada accipi plurib⁹ modis. Non potest hic hebdomada accipi pro hebdomada dierum. quia tota prophetia Danielis fuit completa infra annum et dimidiuȝ. ergo per locuȝ a diuisione oportet ꝙ accipiatur a numero annoruȝ. et in hoc oẽs expositiones cõueniũt. sed in hoc differũt. Quia aliqui catholici vt Beda et aliȷ̃ dicũt ꝙ isti anni intelligendi sũt anni lunares q̇ sunt breuiores annis solaribus.xi. diebus. Moti fuerunt autem ad hȝ dicendum ex duob⁹. Primo ex textu. quia dicuntur hebdomade abbreuiate. Et sicut dictum est anni lunares sunt breuiores annis solaribus. et per consequẽs hebdomade annorum lunarium sunt breuiores. Secũdo quia angelus loquebatur Danieli qui erat hebre⁹. hebrei aũt computabant per annos lunares vt dicit ipse Beda. Et ĩõ angelus posuit numerum annoruȝ predictorum ꝑ hebdamadas anno

rum lunarium. Utrumque dictum non placet Nicolao de lyra. et est ratio quia in hebreo non ponitur ab breuiate prout sonat in detruncatione seu diminutione. Sz in hebreo ponitur precise vt notat temporis determinationem. s. nec plus nec minus. Similiter secundum est falsum. si enim iudei haberent annum breuiorem. xi. diebus quam annus solaris cum secundum legem suam teneantur primo mense cuiuslibet anni facere pascha et die determinata. s. xiiij. die primi mensis. sequeretur quod pascha eorum huius anni precederet pascha anni precedentis. in. xi. diebus. Et eodem modo pascha anni sequentis precederet per xxij. dies. Et sic anticipando tempus quolibet anno per. xi. dies. Ad quod quidem sequeretur quod iudei celebrarent pascha suum et obligatione precepti infra breue tempus in quolibet mense totius anni. Hoc autem apparet manifeste falsum ex vsu eorum quia semper faciunt eodem tempore. Et ideo patet quod computant per annos solares sicut et nos. Licet enim incipiant menses a lunationibus tamen tertius annus apud eos: habet lunationes. xiij. ita quod per embolismos faciunt ad equationes temporis. et sic computant per annos solares sicut et nos. Dato tamen quod computarent per annos lunares: nihilominus habetur propositum nostrum vt videbitur. ¶ Secundo videndum est quot annos continent hebdomade predicte et patet quod si multiplicentur. lxx. per vij. resultant. cccc. xl. ¶ Tertio videndum est a quo tempore incipiat computatio istarum hebdomadarum. et dicunt aliqui iudei quod incipit ab. xi. anno: regis Sedechie quando destructum est primum templum. Alij dicunt quod incipit a primo anno darij. quia isto tempore dixit angelus ista danieli. Alij dicunt quod incipit computatio ista a reditu captiuitatis sub zorobabel duce. anno secundo Cyri regis Persarum. Alij dicunt quod incipit computatio ista. a. xx. anno regis artaxersis quando missus est neemias ad reedificandum iherusalem. Que autem istarum opinionum sit vera propter prolixitatem euitandam omittitur. et etiam quia secundum omnes istas computationes habetur propositum nostrum sufficienter. s. quod tempus aduentus christi sit preteritum quod patet quia angelus determinate assignat. cccc. xc. annos. vsquequo impleatur visio et prophetia et vngatur sanctus sanctorum. i. xps. Sed qualiter cumque accipiatur computatio anni lunaris vel solaris et vbicumque incipiatur computatio. quia infra tamen non potest accipi quam. a. xx. anno regis artaxersis: totus tamen numerus predictus iam diu est preteritus. Et declaro saltem de vltimo numero predictam impletum. s. a. xx. anno artaxersis vsque ad. xviij. annum Tyberij cesaris in quo passus est xps. Si fiat computatio per annos lunares quod patet hoc modo. Regnum Persarum durauit annis. ccxxxiij. et a principio regni vsque ad. xx. artaxersis fluxerunt anni. cxv. et post durauit. cxviij. annis. Regnum grecorum du

rauit.ccc.annis & tunc cepit regnū romanorum a cuius principio vsq3 ad.xix.annum Tyberij fluxerūt anni.lvij.qui simul iuncti patet q faciunt.cccc.lxxv.annos solares q implent predictum numerum secūdum lunares annos quia ānus lunaris continet.ccc.liiij.dies. Solaris vero.ccclxv. quadrantem vnū ex.v.horas.& patet secundum verū numerum q.cccclxxv. āni solaris sunt.ccccxc.anni lunares qui ē numerus hebdomadarum cōputādo vt dictum est per annos lunares.

¶ Aduertendum tamen q Rabisalomon dat quandam expositionē falsam ad rationē predictam qua3 oportet remouere.dicit enim q septem hebdomade ille non cōtinēt tempus precisum vsq3 ad aduentum xpi & passionis sue mysterium vt pdictum est. Sed dicit q continet tempus pcisum a destructiōe primi templi vsq3 ad destructionē secūdi per Tytū & Vespasianū: cuius expositio talis est. Septē hebdomade pcise.i. determinate sup populum tuum anteq̄ veniat perfecta captiuitas eorū que facta est per romanos cōburentes ciuitate3 & templum & eijcientes inde populum iudaicum. vt consumatur preuaricatio.i.desistant a puaricationibus castigati p predictā captiuitatem.& deleatur iniquitas eorum sc3 p captiuitatem & afflictionē pdictam que est pena vt dicit. Et adducatur iusticia sempiterna.i.vt ineternum iustificentur p predictam captiuitatem p peccatis tolerādo Et vt sic finaliter impleatur visio & pphetia.i.visiones de christo pmisse p prophetas & vngatur sanctus sanctorum.i.archa dei & vasa sanctuarij.que recuperabuntur per messiam venturū in fine huius captiuitatis vt dicit. Sed q̄tum debeat durare ista captiuitas nō dicitur.& sic p consequens tempus determinatum ipsius hic non ponitur.

¶ Quod autē ista expositio sit falsa & extorta patet per litteram precedentē vbi dicitur q angelus gabriel venit propter orationem Danielis orantis pro liberatione populi ad annunciandum exauditionem sue petitionis. Et ideo nō solu3 nūciauit ei liberationē a captiuitate babylonica. sed etiā pfectā liberationē fiēdā p xpm de qua daniel principaliter orabat.& ideo dicere q āgelus venerit ad denūciādū Danieli pfectā captiuitatē sui ppli.& nullū certū tēp9 liberatiōis fiēde p xpm hoc est valde absurdū & pcedēti littere cōtrarium.q2 non venisset ad consolationē Danielis sed magis ad desolationē. Item q dicit q p captiuitate3 in qua sunt desistunt a preuaricatiōibus hoc ē apte falsū.q2 super oia gētes intēdūt sortilegijs & augurijs vt sciūt illi qui nouerūt facta eorū:& tamē ista phibentur eis maxime in lege diuina.pat3 in Exo.& Deutro.& in pluribus alijs locis veteris testamenti. Item q dicit visiones impleri prophetarum per merita eorum: & est contra illud quod dicit. Deutro.ix. Scito q nō propter iustificationes tuas dederit tibi de9 terram hanc in possessionem. etc.

multominimus propter iusticias eorum implenda est promissio de christo et maxime quia de ipso scribitur Esa.viij. Et erit ad lapidē offensionis et petrā scandali duabus domibus israel et in laqueum et ruinam habitantibus iherusalem. Item quod dicit per vnctionē sancti sanctorū intellige vnctionē arche et sanctuarij qui recuperabunt per regē messiam hoc est cōtra illud quod habet Ihere. iij. Cumque multiplicati fueritis et creueritis in terra in diebus illis ait dominus non dicēt vltra archa testamenti domini neque ascendet super cor neque illius recordabunt neque visitabitur.neque fiet vltra:quia cerimonie veteris testamēti omnino cessauerunt post passionem christi.et tunc enim fuerunt mortue:manet ergo veritas incōcussa quod.s. tempus hebdomadarum fuit ipletum in christi aduentu qui peccata nostra tulit omnia que in deum in nos et in proximū commissa erant:iusticiā adduxit legem et prophetias impleuit.et vnctus est plenitudine gratie a deo patre: ¶ Tertio determiat sacra scriptura tēpus aduētus messie Esa. vlti.textus ibi est antequam parturiet peperit.Et licet aliquid de hoc textu supra dictum sit.hic tamen plenius exponitur.super quo glo.hebraica.quia antequam natus fuisset ille qui in seruitutē redegit vltimam natus fuit redemptor. Igitur ante natiuitatem Tyti qui ciuitatem et templū destruxit et populū captiuauit et in vēditionē et seruitutem exposuit intantū quod dabantur.xxx. pro vno nummo argenteo.vt dicit Hugo flo:iacen.fuit natiuitas ipsius christi.hoc idem patet per translationem chaldaicam ibidē que cōparat israel mulieri parturienti quod angustias maximas patitur et dolores adhuc non erit ei vehemens angustia. et adhuc non veniet ei tremor cum doloribus propter partum et reuelabitur rex messias. Dolor enim et angustia partus exprimunt maximā calamitatem quam habuerunt in obsidione Tyti et Vespasiani vbi tanta fuit angustia et calamitas quod impletū est illud Trenorum.iiij. Manus mulierū misericordiū coxerūt filios suos et multas alias āgustias et miserias passi sunt que Iosephus narrat in libro antiquitatum de bello iudaico vt videbitur lib.iij. Et ante istam obsidionem clarum est quod fuit iesus nazarenus natus per.lxx. annos et passus per.xl.annos. Iste textus cū glosa chaldaica est tante auctoritatis apud iudeos quod multi doctores eorum concedūt quod messias natus est in die destructionis tēpli. Pro quo allegat rabi hamon: quod lybanus cū excelsis cadet et egredietur virga de radice yesse. Esa.xi. Et interrogant ipsi iudei vbi est ipse messias natus in illa die destructionis templi: respondent quidam quod est in paradiso cum angelis viuens ibi eo modo quo moyses vixit quadraginta diebus i mōte synai et expectat preceptum domini ad se ostendēdū Alij quod est vltra montes caspios expectans preceptum domini de liberatione populi. Alij dicūt quod vadit per mundum sicut pauper et humi

latus propter peccata populi sui sm ꝙ dicitur Esa.liij.et nos reputauimus eū quasi leprosum et cetera.quousqꝫ appareat ex pcepto domini in virtute ad liberationez filiorum israel de captiuitate et miseria in qua sunt. Talis enim varietas ostendit ꝙ dictū eorum est ficticiū.Sed quicqd sit dictum videtur ꝙ verū est ꝙ tempus veniēdi messie taxatum in scriptura iam pterijt et impletum est in iesu nazareno vero messia nostro.et istd fuit vocatuz tempus plenitudinis.ad Gal. iiij.et Eph.i. quia in christi aduentu fuit quadruplex plenitudo.scilicet nature.scripture.gratie et temporalis mēsure. Nature quidem quia tūc venit finis ois creature.s. homo coniūct⁹ est suo principio.s.deo.Unde tunc fact⁹ est nobilis circulus q̇ est perfectissim⁹ figurarū. Tūc etiam fuit vltimus modus formandi hominē q̇ fit possibilis.s.de muliere sine viro. Alij enim tres precesserant et iste fuit quart⁹.Scripture etiam ꝙ pmissa fuerūt reddita.figure cōplete et omnes scripture delucidate. Gratie plenitudo insuper apparuit in fecūditate marie.iustificatione iohannis:in missione spūssancti sup apostolos: ꝛ in sacramentis ecclesie.que sūt gratie vasa Plenitudo nihilominꝰ temporalis mensure. Omnis eniz perfectio consistit in trib⁹ precesserat aūt tempus nature in quo fuit conuictum humanū genus de ignorantia. Temp⁹ etiā legis scripte in quo fuit conuictuz de impotentia ꝛ hoc fuit tertiū cōplementum vniuersorū temporum in quo fidelib⁹ datur vera dei cognitio veraqꝫ virt⁹ ad completionem diuine legis. ꝛ in signū istarū plenitudinū voluit venire dei fili⁹ sexta mundi etate. vi.annoruz millenario.vi. mense a cōceptiōe Johannis.sexta die vt dicit et forsitā sexta hora. Probabile eniz est ꝙ illa die concept⁹ fuit adam celestis in qua fuit formatus adaz terren⁹ Jlla hora veniret medicus in qua primus homo induxit humano generi mortiferam infirmitatem.sexta etiam die fuit passus ꝛ sexta hora in cruce fuit conclauat⁹. hoc ergo fuit temp⁹ beneplaciti et tempus miserendi vt dicitur in.ps.ci.

¶ Secūdum testimoniū aduent⁹ messie est inquisitio iudeorū facta tempore christi quaz non fecissent nisi tempus impletū cognouissent tūc enim iudei mitentes miserūt sacerdotes et leuitas ad Johannem baptistam quem tunc sanctissimū in sanctitate videbant vt interrogarent eum si erat messias vt dicitur Joh.i.Qui si dixisset ꝙ sic eum recepissent sed confessus est ꝛ nō negauit ꝙ non sum ego christ⁹.i.messias vt patet:confessus est tamē ꝙ erat eius vox ꝛ preco clamans vt prepararent sibi viam tanꝗ summo regi suo vero messie.qui ꝛ digito eū ostendit dicens eis. Hic ē de quo dicebam vobis qui post me venit ante me factus est.cuius non sū dignus corrigiam calciamenti soluere.et iterum euz digito ostendēs ait.Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi.Ad hoc etiaz valet

inquisitio facta per eos codez tempore de barcoziba vt supra dictuz est. Frustra enim esset talis inquisitio si tempus impletuz non cognouissent. ¶ Tertium testimoniū est iosephi sapientissimi hystoriographi iudeoruz. qui in. xviij. libro antiquitatū describens tempora Tyberij casaris sub quo passus ē christus sic dicit. Fuit eisdē temporib⁹ iesus vir sapiens si tamen virū eū nominare phas est. Erat enim mirabiliuz operum effector et doctor eorū hominū qui libēter ea que vera sunt audiūt. et multos quidē iudeorum. multos etiaz ex gentibus sibi adiūxit. xp̄s hic erat. hūc accusatione primorum nostre gentis virorū cū pylatus in cruce agendum esse decreuisset. non deseruerūt eū qui ab initio eum dilexerant apparuit enim eis iterum viuus ſm ꝙ diuinitus inspirati prophete hec vel alia de eo innumera miracula futura ꝑdixerūt hec ille. ¶ Quartum testimonium est Pylati. ꝙ anno domini. xxxvi. ipij vero Tyberij. xxi. cum esset mos romanis vt ꝓuinciarum iudices senatui scripto renunciarent vt si quid noui in his quas regebāt prouincias accidisset scripsit epistolam ad Tyberiuz sub hac forma. Tyberio augusto pontius pylatus salutem. Nup accidit ꝙ ipse probaui iudeos per inuidiam se suosq; posteros crudeli dānatione perimisse. Cum enim promissum haberent patres eoruz ꝙ deus ipsorum mitteret illis per virgineȝ sanctum suum qui rex ipsorum merito diceretur hunc me ꝑsente misit in iudeam: quem cū vidissent cecos illuminasse. leprosos mundasse. paraliticos curasse. demones effugasse. mortuos suscitasse. vētis imperasse. pedibusq; siccis sup vndas maris ambulasse. et alia multa miracula fecisse. et oīs populus iudeoruȝ diceret euȝ esse dei filium: principes sacerdotū inuidia contra eum moti itaq; mihi eum tradiderunt. et alia pro alijs mentientes hunc magum esse et cōtra legem eorū agere dixerūt. Ego autem ita esse credidi ipsumq; flagellatum eorum arbitrio tradidi. qui euȝ crucifixerunt et sepulchro custodes adhibuerunt. Ille quoq; militibus meis custodiētibus die tertia resurrexit. Intantum vero nequicia iudeorum contra eum exarsit vt ipsis custodientibus pecuniam darent quatinus discipulos eius corpus rapuisse dicerent. Sed illi quod factum fuerat tacere non valentes testati sunt eum resurrexisse seq; visionem angelorum vidisse: et a iudeis pecuniaȝ accepisse. Hoc autem ideo scripsit ne quis aliter estimet factum esse vel credendum mendacijs iudeorum. Tunc Tyberius cum suffragio magni fauoris retulit ad senatum et postulauit vt christus deus haberetur. At senatus recusauit indignatus ꝙ non sibi ſm morem epistola primo fuissȝ delata. Et sic satis claret ex predictis quattuor testimonijs tēpus aduētus messie fuisse ante destructionē scōi tēpli.

¶ Quod verus messias debet esse

de genere inde procedens de medio filiorum iacob.



Ecūdus thesaurus aperitur de genere messie. quod sacra scriptura prenunciat et specifice determinat et impletum est in iesu nazareno. nam dixit dominus moysi Deuterono. xviij. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tibi. ponā verba mea in ore eius. Qui autem verba eius que loquetur in nomine meo audire noluerit ego vltor existā. Et patet ꝙ ista auctoritas nulli potest applicari nisi iesu nazareno vero messie nostro. quod patet per duas eius partes principales. Prima pars auctoritatis: est prophetā suscitabit deus filijs israel de medio fratrum suorum. Ecce genus messie. pro quo nota ꝙ iudei dicuntur filij israel vel iacob: quod idem est Israel autem habuit quattuor vxores: ex quibus procreauit. xij. filios ꝛ vnam filiam. Prima fuit lya que habuit sex filios et vnam filiam ꝑ ordinem qui sequūtur. scilꝫ Rubē Symeon: Leui: Iudas: Isachar zabulon: Dyna. patet Genes. xxxv. Secunda vxor eius fuit rachel que habuit solum duos filios. scilicet Ioseph et Beniamin. Tertia fuit bala ancilla rachelis que habuit solum duos filios. scilicet dan ꝛ neptalim. Quarta fuit zelpha ancilla lye que habuit solūꝫ duos filios scilicet Gad ꝛ Aser. quod pꝫ Gen. vbi supra. Modo qd dicit auctoritas. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum. Iste ergo propheta qui debebat esse messias: non potuit esse de filijs Bale ancille rachelis: quia non habuit nisi duos filios: et in duobus non est medium. Nec potuit esse de filijs zelphe: propter eandem causam: nec a simili de filijs rachelis. ergo oportet ꝙ sit de filijs lye qui fuerunt septem: et in numero septemnario est medium: sꝫ quartus. Numerētur ergo filij lye per ordinem. Primi tres sunt ruben. Symeon. Leui vltimi tres. Isachar. zabulon. Dyna. Mediū istorum fuit iudas qui fuit quartus. Propheta ergo qui debebat esse messias ad hoc vt suscitaret eum deus de medio fratrum suorū debuit esse de tribu iuda. Ecce genus eius. Hic diligenter attende absconditum mysteriuꝫ: quare sꝫ deus dixit. de medio suscitabo ꝓphetam. id est messiaꝫ. Genus enī humanum propter peccatum primi hominis: ꝛ propter innumera peccata que postmoduꝫ homines commiserunt fuit diuisum a deo: sicut dicitur Esay. quinquagesimonono. Iniquitates vestre diuiserunt inter vos ꝛ deum vestrum et absconderunt faciem eius a vobis. Istud est signuꝫ maximi odij inter deum ꝛ homines: scilicet abscondere faciem suam ab homine Quia tria sunt signa inimicitie: et istud est supremum. Primum est cū quis denegat alicui suaꝫ fami-

lsaritatem quēadmodum xp̄s ille cui dicit. Matth.viij.ꝛ Luce.ix. Vulpes foueas habent ꝛc. Scdm̄ est cū quis denegat alicui suam lo quelā: sicut Johānes euangelista dicit loquens de heretico.ij. Jo.i. nec aue ei dixeritis. Tertiū ꝛ vlti mū est cū quis denegat alicui suū aspectū: sicut dauid dixit de absa lone filio suo.ij. Re.xiiij. ꝙ nō vi deret faciem regis. In hoc gradu erat deus respectu humani gene ris: sicut ait moysi. Exo.xxxiij. Nō videbit me hō ꝛ viuet: ꝛ gemens Joh.c.xiij. dicebat. Cur faciē tuā abscondis ꝛ arbitraris me inimi cū tuum Abacuc.i.c. Mundi sunt oculi tui dn̄e: vt nō videas malū: ꝛ respicere ad iniquitatē nō pote ris. Cū ergo tanta esset discordia inter deum ꝛ hoies: ꝛ ad pacificā dum discordes sit necessarius me diator. ideo messias ꝑmissus de buit exire ꝛ suscitari de medio qđ veridice fuit impletum in xp̄o Je su saluatore nostro. Quia ipse vt ostenderat ꝙ veram pacem vene rat facere inter deū ꝛ hoies: ꝛ vt innueret ꝙ verus mediator erat quasi semꝑ medium elegit: scilicet pacē inchoans: pacē ordinās: pa cem confirmans: paceꝫ publicās: pacem cōseruans. Vn̄ sunt quinqꝫ passus ascēsus nostre salutis. Est ergo primus passus ꝙ xp̄s paceꝫ inchoans exiuit de medio: quia est media in trinitate persona. Hic sunt due propositiones signate. Prima est ꝙ debuit deus incarna ri vt homo reconciliaretur deo et fieret pax. Secunda ꝙ non pater nec spiritussanctus: sed fili⁹. Pri ma ꝑpositio patet dupliciter: pri mo: quia nulla creatura sufficie bat ad tantū debitum persoluen dum: cum debitum esset infinituꝫ: quia cōtra infinitum offensa fuit facta. Secundo: quia contraria cō trariꝭ curātur. Cum ergo homo cum peccauit voluerit esse deus dicente sibi dyabolo: eritis sicut dij. Gen.iij. Ergo per contrarium vt homo curaret̄ oportuit ꝙ per cōtrariū deus fieret homo. de hac materia in quarto latius dicetur. Secūda propositio patet: q2 licet tres persone sint vnus deus. distin guntur tamē realiter ꝑ relationes et habent etiā appropriata distin cta: q2 potētia appropriat̄ patri: sapiētia filio: ꝛ bonitas siue amor spūisancto: que sunt quasi tres di uise trium personaꝝ offerentiū se in cāpo certaminis: vt cuiuscūqꝫ tangeretur diuisa pro homine exi ret in campū: venit dyabolus ꝛ te tigit diuisam filij dicēdo parenti bus primis. Eritis sicut dij scien tes bonum ꝛ malum. Nō dixit po tentes. nec boni: sed scientes. Et cum scientia sit appropriatū filij. sicut potētia patris: ꝛ bonitas spi ritussancti: vt dictum est. Non er go debuit venire pro redemptio ne hominis ꝛ eius recōciliatione deus pater nec spiritussanctus: sꝫ filius qui est media in trinitate ꝑ sona. Item pacem inchoans ve nit in tempore medio. Currūt enī tria silentia ab initio mundi vsqꝫ ad beatitudineꝫ eternam: sicut pa tuit supra in hoc libro. articlo. iiij.

tertie cōsiderationis: ɀ hoc est qd̄ dicit. Sap. xviij. Dū mediū silentium tenerēt oia: ɀ nox i suo cursu medium iter haberet: oipotens sermo tuus dn̄e exiliens de celo a regalibus sedibus venit: angelus venit ad virginē hora cōpletorij. et ideo tunc pulsatur ꝓ Aue maria. Durauit sacra collocutio vsqꝫ ad dimidiū noctis. Et tunc dāte consensum virgine omnipotens sermo dei. i. verbum patris qui est eius filius a regalibus sedibus venit i vterū: scꝫ virginis. Sic ergo patet ꝙ filius dei venit in medio silentio in incarnationē: sic etiā natus fuit media nocte. sicut ptꝫ. Luce. ij. q: pastores custodiebant vigilias noctis: predicta tria silentia figurant nobis tres magnos annos durationis mūdi. In quorū medio debebat venire messias ad viuificandum genus humanū per peccatū mortuū dicēte ꝓpheta Abacuc. iij. ca. Dn̄e op⁹ tuū: in medio annorū viuifica illud: in medio annoꝝ notū facies. Item pacē inchoans stetit in medio: scꝫ vteri virginalis. Ipsa enī virgo beata que debuit esse mater istius excellentissimi medij inter deū ɀ hominē rationabile fuit ꝙ etiam ipsa esset mediū. Fuit enim medium locale: mediuꝫ morale: et medium naturale. Querūt enī logici mediū ad concludendū maiorem extremitatē de minori. de qua facit Aristoteles magnū ꝓcessum in. i. priorum. Maior extremitas deus est. Minor extremitas in genere rationabiliū homo est perquisierūt patriarche ɀ ꝓphete ɀ multi alij multis tēporibus medium ad cōcludendū predictā maiorem extremitatē de minori ɀ non inuenerunt: sed venit beata virgo et facta est mediū: q: in ipsa est: per ipsam verbū caro factū est. ɀ maior extremitas predicata est de minori: q: homo est deus: ɀ etiā minor de maiori: q: deus est hō. Est etiam virgo beata medium morale. sm̄ enī Aristotelē. ij. ethicoruꝫ. Mediū morale ē virtus nihil participans de extremis: q: extrema sunt viciosa: tale mediū fuit virgo beata que nullū viciū cōtraxit. Et sm̄ Hiero. Nihil gratie: nihil virtutis: nihil candoris est qd̄ non resplendeat in maria. Fuit etiam mediū naturale: quod ponitur triplex a philosophis: scꝫ mediū circuli: mediū celi: mediū mūdi. Mediū circuli ē a quo oēs linee recte ꝓtracte ad circumferentiam sunt equales. Centrum istud est beata virgo. In circulo sunt peccatores quia in circuitu impij ambulabāt teste psal. xi. ɀ ab ea ad circulū linee ducte sunt equales: quia oēs pctōres ɀ alios equaliter videtur respicere. vnde Bern. Maria oibus omnia facta est sapientibus ɀ insipientibus copiosissima charitate debitricē se fecit: vt de plenitudine ei⁹ suscipiant vniuersi. Est etiam medium celi quod dicitur linea equinoctialis in qua cū est sol equinoctium facit: ɀ sub qua habitantes non agitantur perturbationibus temporū: q: sunt in optima dispositione. propter quod multi

theologi dixerunt quod sub illa li nea est paradisus terrestris. talis linea fuit virgo beata: quia cum in ea fuit sol iusticie factu est equino ctium, qz nox sicut dies fuit illumi nata. Infinitu visum e equari fini to: eternu tepozali: imoztale moz tali: inuisibile visibili: immensum capabili: diuite pauperi. homies etia qui habitat sub hac linea sut in optima dispositioe: no agitant neq; mouentur perturbationibus demonu. ppter quod merito dici tur paradisus. Tunc enim impleta fuit figura illa Gen. ij. quia posuit deus lignum vite in medio para disi. i. xpm verum filiu suu in me dio ventris virginalis. Est etiam virgo beata mediu mundi. Istud dicit a phis esse terra que equali ter vndiq; distat a celo. Tres aute sunt pprietates terre propter que virgo beata dr terra. e enim infima et maria virgo infima: q humilli ma. Cu enim deberet esse mater dei vocauit se ancillam. Luce. i. Ecce ancilla dni rc. Secudo ad terram currut aque. et ad beata virginem abundantie gratiaz. ps. ciij. inter mediu montiu pertransibunt aque. Tertio omnia ponderosa tendut ad terra tanq ad centru r suu me dium: vt ibi saluentur sic r pcto res grauati pondere peccatorum recurrentes ad istud medium sal uantur. vnde. Bernar. Ad mariam velut ad mediu dei recurrant qui in celo sunt: r qui in inferno: r qui nos precesserunt: et nos qui sum r qui nos sequuntur et nati nato rum r que nascentur ex illis. Sic ergo patet quomodo beata virgo est mediu logicale: mozale: r natu rale pro pace fienda inter deum e homines. Uerus ergo messias fi lius dei in inchoatione pacis ex iuit de medio personarum diuinaz inquantum deus. Suscitatus est de medio fratrum. Inquantum homo ve nit in medio silentio in medio an nozu: r stetit in medio paradisi: scz vteri virginalis: r sic tanq media toz verus in inchoatioe pacis vni uit diuisa. s. deu r homine: qz deus r homo vnus est xps. s. verus me diatoz. ¶ Secundus passus est q ordinando pacem xps verus mes sias stetit i medio quadrupliciter. Primo statim sicut fuit natus ste tit in medio aialium. s. bouis r asi ni: sicut patet Abacuc. ij. fm aliam translatione. per bouem qui rumi nat intelliguntur cotemplatiui quo rum officiu est ruminare dei ma gnalia: scz reru creatione: homis recreatione: mudi gubernatione: premiatione bonozu: r punitione malozu. Per asinum intelliguntur actiui: quozu officium est onera r labozes tolerare: quales sunt pre dicatozes: confessozes: r omnes ex ercitantes se in operibus miseri cozdie inter quos xps positus est: vtrosq; in societatem recipit: r ad sua beatitudinem perducit iam fa ctos homies id est rationales qui per peccatu quasi bestie viuebat. Secundo ozdinando pacem inue tus est in medio doctozu: sicut pa tet Luce. ij. Cum factus esset an nozu duodecim. dicit textus audie tem illos r interrogante: sequitur.

Stupebant autē super prudentia ⁊ responsis eius: qꝛ nunq̄ viderāt infantē tam tenere etatis tante sapientie: permaxime cū scirēt eum litteras nō didicisse. Inuētus est ergo in medio doctorum: in signum ꝙ sapientes ⁊ docti huius mundi vel habebāt ad illud mediū cōuerti: vel ꝙ sapiētia illorum p excessum splendoris illius mediū debebat obfuscari: ꝙ indicat numerus duodecim annoꝝ qui est numerus superexcrescēs ꝰm btm̄ Isido.li. ethimo.iii. qꝛ eius partes aliquote plus reddūt q̄ suum totū: patet quia ille sunt vnum: ⁊ duo: ⁊ tres: ⁊ quattuor. et sex que sunt iuncte reddit.x.⁊ sex: sic etiam improportionabiliter sapiētia xp̄i excedebat sapientiam doctorum. Tertio ordinando pacē transiuit per medium inimicorum ipsos fugiens. Luce.iiii. qꝛ cum voluissent ipsum precipitare de monte ipse trāsiēs per mediū illoꝝ ibat. Dicit Beda ꝙ cū precipitaretur rupis admodum cere liquefacte cessit et fecit quoddam concauum in quo receptus est christus ⁊ manent ibi ruge vestis ⁊ signa pedis: sicut asserunt illi qui viderunt: tunc enī fecit se inuisibilem per medium trāsiens: fugiens mortē precipitationis: qꝛ non debebat mori nisi in ligno: vt vinceret vincentem in ligno. Quarto ordinando pacē stetit in medio discipulorum dando eis formā eligendi prelatum eos erudiens ⁊ eis seruiēs. Vñ Luce. xxii. Ego inquit in medio vestrum sum sicut q̄ ministrat: quasi dicat. Ille sit vobis superior qui fuerit humilior. Non ergo attendatis q̄s sit maior: sed attendite quis humilior: sicut ego. Qui licet sim dn̄s ⁊ magister vester non sicut qui recūbit in mēsa: sed sicut q̄ ministrat. patet ergo ꝙ christus verus messias ordinando pacem inter deum ⁊ hominem stetit in medio animalium. Inuentus est in medio doctorum: fugit per medium persecutorum: ⁊ ministrat in medio discipulorum. ¶ Tertius passus est xp̄s consummando pacem ordinatam stetit in medio dupliciter. Primo stetit in medio latronum: sicut patet ioh̄a.xix. Crucifixerunt cum eo duos latrones hinc ⁊ inde: medium autem iesum: quod iudei fecerunt: vt populus communis cogitaret ꝙ quia erat cum malefactoribus punitus erat malefactor sicut ⁊ alii. Sed tamen diuina dispensatione factum est: vt impleretur prophetia Isaye que ante illum vacua fuerat. Isay.liii. Et cum sceleratis deputatus est. Positus est autem in medio latronū vt nullus quātūcunq̄ peccator desperet de venia si voluerit facere penitentiam: quia ⁊ ille latro licet sero cognoscens peccatum suum: ⁊ petens misericordiam: inuenit subito veniam. Hodie inquit eris mecum in paradiso: et sic factum est: quia eadem die vidit diuinam essentiam: que visio dicit paradisus: sic cū viderūt xp̄s ⁊ scti patres in inferno paradisus fuit ibidem. Secūdo cōsummādo pacē stetit ī medio terre: qꝛ mons caluarie vbi

crucifixus est xps: est in medio ter re habitabilis. tunc autem impleta fuit prophetia dauid. in psal. lxxiiij. Deus autem rex noster ante secula. i. eterna ordinatione rex operatus est salutem in medio terre. tunc enim ibi operata est salus humani generis. et consummata pax inter hominem et deum. Fuit enim xps crucifixus in medio terre: vt tanquam centrum et medium omnium omnia traheret ad seipsum. quia ipse dixit. cum exaltatus fuero a terra in cruce in medio terre: omnia traham ad meipsum. Joh. xij. ¶ Quartus passus est quod xpus publicando pacem consummatam stetit in medio. vnde post resurrectionem stetit in medio discipulorum suorum: et dixit eis ter. pax vobis. Joh. xx. quasi dicat. Jam est pax inter deum et hominem consummata per passionem meam. stans in medio latronum et in medio terre. et ideo pacem consummatam vobis in publico dicens in medio vestrum pax vobis: et sicut xps per seipsum stans in medio pacem publicauit discipulis: sic et per litteras per totum mundum diuulgauit. Iste littere inter ceteras fuerunt epistole Pauli. in quibus mundo publicauit quod xpus personaliter extrema diuisa vnierat factus mediator. Unde ad gal. iij. loquens de xpo quomodo lex fuit posita in manu eius sicut in manu mediatoris: vt de ea faceret quod vellet dicit. mediator autem vnius non est deus autem vnus est. Oportet ergo quod mediator sit duorum. et sic non solum deus: sed deus et homo vniens extrema diuisa. publicauit etiam quod christus fuit mediator extrema concorditer pacificans. vt patz ad Hebreo. ix. vbi dicit: quia christus noui testamenti mediator est vt morte intercedente in redemptionem earum preuaricationum que erant sub priori testamento repromissionem accipiant qui vocati sunt eterne hereditatis. Intimauit etiam firma pacis per litteras: propter quod de christo dicitur. ad hebre. viij. Melioris testamenti mediator est iesus quanto in melioribus repromissionibus sancitum est. Ueteris testamenti mediator fuit Moyses qui promisit obseruantibus bona temporalia. Noui testamenti mediator est iesus: qui promittit fidelibus regnum celorum. Publicauit etiam per litteras hominibus: quod christus pacem immobiliter ratificauerat dicens de ipso. i. Thimo. ij. Mediator dei et hominum homo iesus christus. cuius testamentum confirmatum est temporibus suis. ¶ Quintus passus est: quod christus pacem publicatam conseruando vsque in finem seculi stat in medio. Ipse enim dixit Matth. vlti. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Sed quomodo sit in medio vidit Johannes euangelista. Apoca. i. vbi dicit. Uidi septem candelabra aurea: et in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis. i. christo filio virginis. Ista septem candelabra aurea sunt septem ecclesie sacramenta. scz baptismus: confirmatio: penitentia: eucharistia: sacer ordo: matrimonium: extrema

unctio. In quorū medio scʒ in sacramento eucharistie est xp̄s verus deus et verus homo. qd̄ sacramentum etiam durabit vsqȝ ad aduentum xp̄i ad iudicium: vt dicit apostolus. i. Corinth. xi. Quotiens enī manducabitis panem hunc ꝛ calicem bibetis mortem domini annūciabitis donec veniat. scʒ ad iudicium. Est ergo christus in sacramēto eucharistie vsqȝ ad finem seculi sicut in medio septem cādelabrorū aureorum pacem inter deum et hominem conseruando: et non solum inter deū ꝛ homines. sed etiā inter hoies ꝛ hoies existēs in medio eorum. eorum voluntatem faciendo. sicut ipse dicit Math. xviii. vbi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo: in medio eorum sum. Dicit in nomine meo. i. in charitate in medio eorum sum. scʒ eorum faciendo voluntatem si fuerit eorū petitio triplici conditione regulata. scʒ ꝙ petant ꝑ se ꝛ pie ꝛ perseueranter. Bene ergo dictū est moysi a domino in promissione messie prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum. Ex quibus duo catholica documenta accipiunt. Primum ꝙ ver9 messias debebat esse mediator dei ꝛ hominum. Secundum ꝙ verus messias debebat esse de genere tribus iude que manifeste impleta sunt in christo iesu saluatore nostro.

¶ Quod verus messias debeat eē similis moysi in in dando legem.



Ertius thesaur9 aperitur de assimilatione messie quam sacra scriptura determinat quia postꝙ deus dicit moysi ꝓphetam suscitabo eis de medio fratrū suorum. statim subiunxit cui debebat assimilari dicens similem tui ca. quo supra. forte enī dixissent iu dei non sufficere ad hoc ꝙ quis dicatur messias ꝙ exeat a medio: scʒ a tribu iuda: quia multi alii ꝓphete fuerunt de tribu iuda: vt Dauid ꝛ sic suscitati sunt de medio fratrū suorum. Sed quid dicit regula. singula que non prosunt multa vnita iuuant. sufficit ꝙ q̄tum ad hoc ꝙ debebat esse de tribu iuda verificatur in iesu nazareno. quia ipse fuit filius marie: que fuit desponsata ioseph: qui fuit de tribu iuda: vt patet Math. i. Et mulieres nō desponsabantur nisi viris tribus sue. Ideo sequitur in auctoritate que dicta fuit moysi ꝓphetam suscitabo eis ꝛc. similem tui quasi dicat deus nō solum sufficit ꝙ sit de tribu iuda: sed ꝙ assimiletur tibi. Ista similitudo debuit s̄m aliquid singulare esse quod fuerit in moyse: et nō s̄m aliquid cōmune. Moyses duxit populum et erexit. Multi etiam alii hoc fecerūt: vt Aaron cū eo: et post eū iosue moyses fecit multa miracula. ꝛ alii multi hoc idē ꝛ maiora: vt helyseus qui mortuū suscitauit qd̄ est maximū miraculoꝝ. Sed in quo inuenitur Moyses singularis non habens parem in quo debet

sibi assimilari messias certe in dando legem. Hic sunt q̃ttuor pũcta videnda. Prim⁹ pũctus est quomodo moyses fuit singularis in dãdo legem. Secundus si iesus verus messias debuit dare aliam legem a lege moysi. Tertius si debebat illam legem quam daret scribere. Quartus que est excellentia legis noue.

¶ Quod moyses fuit singularis in dando legem.



Circa primũ pũctum posset aliquis dicere ꝙ moyses non fuit singularis in dando legem. Quia s̃m Ysidorũ. v. ethimologiarũ ca. i. Multi fuerunt qui dederunt leges. Quia primus qui dedit leges grecis fuit Foroneus rex. Primus qui dedit leges egyptijs fuit Mercurius termegistus. Primus qui dedit leges atheniẽsibus fuit Solon. Primus qui dedit leges lacedemonijs fuit Ligurgus. Iste fecit legem ꝙ ciues haberent libertatem eligendi magistratus et rectores. Iste diuisit soluꝫ tam in domibus ꝙ in vineis: et alijs predijs per equale ne quis posset dici potentior alio. Iste fecit iuuenes vna veste nõ ãplius toto ãno vterẽtur non permisit aliquem cultius alio progredi: nec opulentius epulari. Qui singula non pecunia: sed compensatione messium coequari iussit pueros puberes: non in forũ sed in agrum deduci iussit ne primos annos in luxuria: sed in labore et opere agerẽt: nec prius in vrbem redirent ꝙ viri facti essent. Statuit virgines sine dote nubere vt vxores non pecunie causa eligerentur: sed virtute. et sic matrimonia diutius ꝑmanerent. Maximũ honorem non diuitum et potentuꝫ sed senum esse statuit. Demum vt suis legibus eternitatem daret. iureiurando obligauit ciuitatem nihil mutaturos priusꝙ reuerteretur. Profectus est autem cretã vbi voluntarium exiliũ perpetuo egit moriensq; abijci sua ossa in mari iussit. ne forte lacedemones se solutos crederent iureiurãdo si corpus eius reducerent ad ciuitatẽ. ¶ Primus qui dedit leges romanis fuit numa pompilius qui primus successit Romulo in regno. Deide cũ populos sediciosos magistrat⁹ ferre non posset. x. viros legibus scribendis creauit. qui leges ex libris Solonis in latinum sermonẽ trãslatas. xi. tabulis exposuerũt. Paulatim autem antique leges vetustate atq; incuria perierunt. Noue a Constantino cesare ceperunt: et reliquis succedentibus erantq; permixte et inordinate. Postea Theodosius minor augustus ad similitudinem gregoriani et hermogeniani codicem factum constitutionuꝫ a Constantini temporibus sub proprio cuiusq; imperatoris titulo disposuit: quem suo nomine theodosianum vocauit. Iustinianus vero qui imperauit anno domini quigẽtesimo. xlij. et impauit ãnis. xxxviij. Hic leges ciuilesq; romane quarũ erat nimia prolixitas admirabilis

breuitate correxit. ⁊ ad.xij. libros coartauit. ⁊ de oibus vnū codicem ordinauit: quē codicē Justinianū appellari voluit. Fecit etiā librum institutionū quē in quattuor distinxit libros: in quibus legū primordia cōtinētur. Nouas quoqꝫ leges quas ipse fecerat in vnū volumen redactas nouellas vocari voluit ꝙ cōmuniter autētice appellantur. et sunt per collationes distincte. Omnium etiā magistratuū et iudicū seu iuris consultorū leges ꝙ duorū milium cē librorū dicebant abbreuiari fecit: ⁊ ad numerū librorū quinquaginta redigit. ipsumqꝫ librū digestorū seu pādectarū vocari mandauit: qbus legib⁹ hodie tot⁹ mūdus ordinatur ⁊ regitur. In isto principe concurrerūt potētia: sapiētia: ⁊ diuinus cultus. per potētiā hostes superauit. per sapientiā mundū in suis legibus ordinauit. per diuinū cultū deū ⁊ ecclesiā edificijs ⁊ alijs operibus honorauit. Cū ergo oēs predicti leges dederint: vt ostēsū est ptꝫ euidenter: ꝙ moyses in dando legē nō fuit singularis. ¶ Respondeo ⁊ primo declaro quid est lex. secūdo distinguā nomen legis. tertio soluet dubitatio. Circa primū dicitur ꝙ lex est quoddā speciale vinculū quo hoies tenentur ⁊ ligantur ne per actus illicitos euagentur. Sicut eīn aialia siluestria nō domātur nisi primo fortib⁹ vinculis teneant: qꝛ secꝫ nūꝙ domita efficerentur si sine vinculis ad voluntatē suā vagari dimitterentur. Sic vero necesse fuit: vt leges et mādata a deo ⁊ a superioribus fierent: vt infra limites iusticie vagabiles mores hominū corrigerētur et domarentur. Homo eīn qui sicut vir vanus in superbiā erigitur. et sicut pullū onagri se natū liberum putat. vt dicitur Iob.xi. nunꝙ perfecte corrigeretur vel domaretur si sine legis vinculo vagari ad arbitrium sineretur. Et ideo certa ad ligandū mores hominū ne vagarētur. cōstituta est lex triplex. scꝫ lex nature: diuine cure: ⁊ humane cure. Lex nature est illa inflexibilis certitudo quā deus in sinderesi cōsciētie collocauit. ne quis excusari possit. que vnicuiqꝫ dictat ⁊ ostendit: quid bonum vel quid malum. de ꝙ dicitur ad Ro.ij. Cum gentes que legem non habēt ea que legis sunt faciunt ipsi sibi sunt lex. vide ibi. Lex diuine cure est quā dedit deus moysi in scriptis. Et ideo dicit lex scripture. ⁊ quā xps in illa promissus implens vacuitatem eius veniens ex generis humani amore per seipsum docuit. et in cordibus impressit. suisqꝫ fidelibus dereliquit. et ideo dicta est lex amoris. Lex vero humane cure est illa quā ad regimen humanum principes statuerunt. de qua dicitur .i. Corinthio.vij. Lex in homine dominatur quanto tempore viuit. ¶ Circa tertium ad predictam dubitationem dicitur ꝙ verum est moysen in dando legem esse singularem. ⁊ verum est ꝙ alij qui dicti sunt dederunt leges. quia moyses dedit legem diuinam. Alij vero leges dederunt humanas. ait enim beatus Isidorus vbi supra. Moyses gēt

hebraice primus omnium diuinas leges sacris litteris explicauit. vt infra capl'o.ij.ponens differentiã inter leges diuinas ꝛ humanas dicit. Oẽs aũt leges: aut diuine sunt aut humane. diuine natura humane moribus constãt. Ideoq; he.s. humane discrepant: quia alie alijs gentibus placẽt. Si ergo moyses in dando legem diuinam fuit singularis et solus. in illo quo singularis fuit propheta suscitaturus de medio debebat ei assimilari. sequitur ꝙ ille ꝓpheta debebat dare legem diuinam qd̕ solũ impletuȝ est in iesu christo saluatore nostro qui dedit legem euãgelicam que lex diuina est ꝛ noua sicut moyses dedit legem diuinã antiquã. ¶ Quo ad secundũ punctũ scȝ vtrum iesus verus messias debuit dare legem diuinam: aliam a lege moysi dico ꝙ sic. Ad quod ꝓbandũ adduco tres fidelissimos testes: quorum prim⁹ est Isaias. qui in capl'o.ij. quod ad litteram exponitur de messia inter cetera dicit. De syõ exibit lex: ꝛ verbum dñi de hierusalem: quod verũ est in iesu nazareno vero messia: et in eius discipulis et apostolis qui inceperunt verbũ predicationis in hierusalem ꝛ cõtinuauerunt et publicauerunt per totum mũdum: q2 in omnẽ terrã exiuit sonus eoꝝ ꝛc. Declarat rabi salomõ super verbo eleuabitur super omnes colles. ca. eodẽ dicẽs. Quid vult dicere. ꝛ eleuabitur super colles. Nisi quia miraculum quod erit factũ in eo erit maius ꝙ miracula montis syna i ꝛ carmeli ꝛ thabor. Et quod est ill' d miraculũ: est illud quod dicit. De syon exibit lex. Iteȝ dicitur in midras tusim. id est i glosa psalterij super illud. Dñe in fortitudie tua letabit rex. ps. xx. dicit sic. Quid voluit dicere Isaias in. c. xi. quãdo dixit. In illa die erit radix Iesse que stat in signũ populoꝝ ipm gentes deprecabũtur: ꝛ erit sepulchꝝ eius gloriosum. Dixit rabi hãma. Non venit rex messias: nisi vt det gẽtibus seculi mandata: sicut tabernacl'a: palmes: ꝛ philateria. Satis apparet ex intentiõe hui⁹ doctoris ꝙ deus debebat dare legem nouã in qua essent mandata cerimonialia: sicut in lege veteri. Et quia facit mentionem aliquaꝝ cerimoniarũ legis antique nõ apparet ꝙ sit sua intentio ꝙ messias deberet dare illas easdem cerimonias: cũ causa ꝓpter que date fuerunt in illo tpe sit iam preterita: ꝛ in tpe messie non est locus vt dētur. Item dicit in midras sichasirim. i. in glosa cãticoꝝ sup textu. ca. primi vbi dicit. Osculetur me osculo oris sui. dixit rabi Iahida. In hora in qua israel audiuerunt ex ore dei. Duo prima mandata legis fuerũt firmati in cordib⁹ suis taliter: ꝙ nõ tradiderunt obliuioni. Venit ad moysen ꝛ dixerũt. En rabi oportet ꝙ tu sis mediator inter deum ꝛ nos: sicut scriptũ est Exo. xx. dixerunt moysi. Loquere tu nobis ꝛ audiemus: non loquatur dñs nobis ne forte moriamur. Ex illo tũc docebat eos moyses legem: ꝛ qui addiscebant obliuioni tradebant ꝛ dixerũt. Sicut

moyses est carnalis & transiēs. sic doctrina sua transit a nobis et dixerunt Rabi. vtinam vellet de⁹ sequendo ostendi nobis & iam oscularetur nos osculis oris sui. taliter q̄ sua doctrina refirmaretur in cordibus nostris. Et dixit eis moyses Hoc nō pōt esse modo sed in tempore Messie erit. quia sic scriptū est Ihere. xxxi. Dabo legem meam in visceribus eorū & in cordibus eorum scribā eā. hec ibi. ¶ Hec est illa lex quā cū magna instātia petebat dauid secundus testis. in psal. cxviij. Legem pone mihi domine viā iustificationum tuarū: & exquirā eam semp. Hic pōt queri a iudeis quam legē hic petebat a dño dauid nō legē moysi quia eam iā habebat. ergo aliam q̄ dicit. viā iustificationū tuarum et hec non est alia nisi veri messie Iesu nazareni que iustificat. lex enim moysi nō iustificabat nec eius sacrificia patet q̄ illa sacrificia de per se. nō placebāt deo nec cum lege instituta sunt. Ihere. vij. Hec dicit dñs: nō sum locutus cū patribus vestris in die qua eduxi eos de terra egypti. de verbo holocaustorum & victimarū sed sm̄ q̄ dicit Rabi Moyses de egypto. Ista sacrificia non fuerūt data nisi vt retraherentur a sacrificiis ydolorum et in signum huius non fuerunt data populo nisi post q̄ populus ad ydolatriā declinauit vitulum cōflatilē adorando. Ideo voluit deus magis ea sibi offerri q̄ ydolis. et de hoc pulcre tractat sanctus Tho. prima secunde. q. cij. articulo. iij. in corpore. & deinde per totum. Item pz q̄ sacrificia legis moysi non iustificauerunt q̄ semper cum eorum oblatione requirebatur oblatio sacerdotis patet i leuitico ¶ Sed quid si sacerdos esset malus & indignus: vtrum exaudiret a domino: certe nihil valebat totum sacrificium. & hoc est q̄ dicūt doctores theologi i quarto q̄ sacrificia valebant non ex opere operato. sed ex opere operante. Secus est de sacrificiis veri nostri messie iesu nazareni que valent ex opere operante. & ex opere operato: vt patet in baptismo: qui quātūcūq3 sit malus minister et pessimus etiam iudeus & infidelis quicunq3 faciens quod ecclesia intendit baptismus ꝯplet suum effectum. Petebat ergo dauid legem veri messie Iesu nazareni que iustificat dicens. Legem pone mihi domine iustificationum etc. ¶ Hec est illa lex scilicet Iesu nazareni data in monte syon nō in monte synai. de qua tertius testis. s. Iheremias: c. xxxi. dicit. Ecce dies veniunt. id est tempora noui testamenti dicit dominus. & faciā domui israel & domui iuda. i. fidelib⁹ christum confitentibus generaliter & credentibus de iudeis specialiter secundum quod dicitur Act. xiij. Primū vobis oportebat loqui verbum dei & cetera. fedus nouum. i. legem nouam. Lex enim frequenter in veteri testamento vocatur fedus non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris in die qua eduxi eos de terra egypti qd̄ irritum fecerunt. ipsum multipliciter trāsgrediendo. sicut patet in libris

Judicum Regū. et paral'. Ecce q̄ expresse dicit propheta legem veri messie. quam vocat fedus nouū sive pactum debere esse aliam a lege moysi. & dicit non secundum pactum quod pepigi cum patrib' eorum in die qua eduxi eos de terra egypti. scilicet cum dedit eis legē in monte synai. ¶ Quia ergo alia debebat esse lex messie promissi. s. iesu christi a lege Moysi videnda est differentia inter vtranq; legem que non vna sed multe incomparabiles dicte sunt: de quibus dat testimonium sacra scriptura specialiter doctrina beati pauli qui plenius q̄ omnes alij auctores noui testamenti locutus est ostēdens q̄ quia impleta erant mysteria ipsius cessauit vsus legis moysi q̄ primo erat. Et de diuersis ptibus suarū epl'arum colligunt hic. xiiij. differentie. et addā vnā: vt sic sint. xv. differētie q̄ p ordinem sūt iste q̄ sequūtur videlicet lex Moysi est lex carnis. lex christi est lex spūs. lex Moysi est lex timoris. lex xpi ē lex amoris. lex Moysi est lex figure lex xpi ē lex veritatis. lex Moysi ē lex oneris pōderosi & sine cōmō. lex xpi ē lex suauitat̄. leuitatis & multi fruct'. lex Moysi ē lex seruitutis. lex christi ē lex libertatis. lex moysi est lex que occidit. lex xpi est lex que viuificat. lex Moysi ē lex mortis. lex christi est lex vite. lex Moysi est lex que est virtus peccati lex christi est lex que est plenitudo gratie. lex Moysi est lex antiquitatis & debilitatis: lex christi est lex nouitatis et fortitudinis. lex Moysi est lex vacua. lex christi est lex habundantie. lex Moysi est lex imperfectionis. lex christi ē lex perfectionis. lex moysi est lex noctis lex xpi ē lex diei. lex moysi est lex tenebrarum lex christi ē lux lucis clare. lex Moysi est lex mysterium dānationis. lex christi ē lex iusticie & saluationis. lex moysi est lex pticularis lex christi ē lex generalis. ¶ Omissis primis. xiiij. propter prolixitatem euitandā. que diligens lector in predictis epistolis poterit inuestigare contra quālibet conditionē legis moysi poterit concludere nō sm pactum etc. vt supra. Ultimā solū pro presenti intendo pertractare cum hec sit inter ceteras propria differentia vtriusq; legis. lex enim moysi fuit particularis propter multa. Primo quia lex serui. scʒ moysi. Secundo quo ad populum quia fuit data particulari & limitato populo. s. descendentibus ab Abrahā per Isaac. Tertio quo ad precepta cerimonialia sacramētalia & iudicialia que solum obligabant populum limitatum. scʒ iudeorum et non alios homines mūdi propter quod ille populus fuit dictus peculiaris. Quarto erat limitata & particularis quo ad locū scilicet terre pmissionis i qua obligabantur iudei et non in altera implere multa suorum preceptorum habentibus in se ceteros limites vel terminos. Quinto quo ad tempus quia habebat durare tempore limitato scilicet vsq; ad aduentū Messie lex vero christi est lex vlis Primo quia lex domini vniuersi fi

cut lex moysi lex serui. Secūdo est lex vniuersalis et sine aliqua limitatione quia mādat suis apostolis dicens. Euntes in mundum vniuersum predicate euangelium omni creature.mar.vlti. Et ꝙ baptizarent omnes gentes et docerent non doctrinam moysi serui sui.sed quam ipse dominus precepit eis et propterea data ꝛ notificata lege que est vniuersalis et communis omnibus gentibus: statim cessauit lex moysi que erat particularis data iudeis cū vna esset incompatibilis alteri. ꝛ dico incompatibilis non solum quia obseruantia vtriusqꝫ non potest esse in vna persona que ad plenuꝫ eas seruet. sed vltra hoc incompatibilitas est respectu diuersarum personarum cū vna lex ꝙtum ad obseruantiam debitam ipsius repellat. ꝛ in exilium mittat alteram non solum ab illa persona in qua stat vel a domo ciuitate.regno vel imperio. sed a toto mundo. ꝛ ideo melius dicitur ꝙ vna lex alteram totaliter annullat volo dicere ꝙ non potest esse lex dei ordinata ad salutem animaruꝫ quam obseruando homo meretur paradisum nisi vna sola que ē lex gratie cui est incompatibilis lex scripture. Est ergo altera lex christi a lege moysi: quia vna particularis.et altera vniuersalis.ergo nō secundum pactum et cetera. vt supra. ꝛ sic cessare debuit lex moysi sicut particularis aduenient lege christi que est vniuersalis et communis. sicut minor dando locum maiori. ¶ Quo ad tertium punctū in quo querebatur ex quo verus messias debebat dare legem sicut moyses. ꝛ aliam a lege moysi: vtrū debuit scribere legem illam in pellibus. petris vel aliquibus aliis extrinsecis. Uidetur enim ꝙ fuisset valde rationabile ꝙ ipse fecisset aliquem librum sacre scripture cuius ipse fuisset principalis actor et scriptor. quia quelibet sciētia habet suum principalem actorem sicut gramatica donatuꝫ: logica aristotelem. geometria euclidē. Ad hanc questionem respondetur ex dictis sancti Tho. vlt. parte summe. q. xlii. articulo. iiii. ꝙ non fuit decens aut conueniens ꝙ christus legem suam aut aliquem libruꝫ de sua doctrina scriberet propter quinqꝫ rationes. Prima ne derogaret dignitati sue. Quia oportuisset scribere miracula et sanctitatis opera per ipsum facta et famam quam habuit in populis que omnia essent in laudem sui que licet sine superbia scribere potuisset in mentibus tamen hominum non careret arrogantie nota. Secunda ratione tolleret auctoritatem suam spiritusancto. licet enīꝫ indiuisa sint opera trinitatis ad extra ꝑm augu. in enchiridion. et ad Pollentiū. xxviii. q. i. Sic enim tamen cōmēdatur patris auctoritas in mundi creatiōe. Auctoritas filii in mundi redēptione et spiritusancti in hominū intima inspiratione. et scripturarum per sanctos conscriptiōe. Unde Grego. dicit i ꝓlogo moraliū. ꝙ sacre scripture actor ē spūssanctꝰ Et apostolus. ii.

ad Thimo.iij.φ sacra scriptura est diuinitus inspirata τ vtilis ad docendũ. Quod autem ad spiritũ sanctũ pertineat scribere patet qꝛ scribere est officium digitorum nunc autem spũssanctus ē dextre dei digitus. Exo.viij.τ Luce.xi. Man⁹ enim τ lingue doctorum nõ sunt nisi instrumentuȝ τ calamus spũssancti. vnde dixit qd̃. ps. xliiij. Lingua mea calamus scribe. Tertia rõ nõ decuit φ xp̃s legem τ doctrinã suã scriberet in aliquo libro propter suam excellentiam singulareȝ. scripta enim ordinantur ad impressionem doctrine in cordibus auditorum sicut ad finem. Tunc sic. excellẽtiori doctori excellẽtior mod⁹ debet attribui doctrinam tradendi τ docendi. Sed excellentior modus est doctrinam in mentibus auditorum imprimere sicut faciebat xp̃s φ̃ i libro scribere igitur nõ debuit scribere legem suaȝ. Vñ pitagoras τ socrates τ pl̃bi ãtiqui qui fuerũt doctores excellentissimi istum modum tenuerunt φ nũφ̃ aliquos libros scripserunt τ hec est ratio formaliter sancti Thome. Quarta ratio est vt legem nouam a veteri distingueret τ separet. lex enim ver⁹ dicitur lex scripta etiã digito φ̃tũ ad precepta moralia. Si noua eẽt scripta per xp̃m etiam posset dici lex scripta. Quia igiť illa fuit lex timoris fuit scripta in libris et cordibus. qꝛ ista amoris fuit scripta solum in cordibus. Quinta ratio τ vltima ē propter regiã excellẽtiã demonstrandam xp̃s enim fuit rex Jesus nazaren⁹ rex iudeoꝝ. Joh. xix. Et decȝ regiã maiestatẽ φ sua dicta τ facta p suos notarios scribantur τ nõ p se sicut fecerũt quattuor euãgeliste xp̃i iesu veri messie notarij. Sic ergo patet φ xp̃s non debuit legem nouã per se scribere in aliquibus extrinsecis sȝ ex amore scripsit eam in cordibus fideliũ sicut dicitur in supradicta auctoritate Jhere. sed dabo legẽ meaȝ in visceribus eorum. et in corde eorũ scribã eam. ¶ Ex predictis satis claret φ verus messias debuit assimilari Moysi in dando legẽ. et φ non debuit dare talem legem sicut erat antiqua sed legem nouam. τ φ illam non debuit scribere per se in aliquibus extrinsecis. sȝ in visceribus τ in cordibus fideliũ. que omnia ad litterã impleta sunt in iesu xp̃o saluatore nostro. ¶ Quo ad quartũ punctum qui est de excellentia legis noue licet ex supradictis differentijs clareat manifeste specialius tamen eius excellentia declarať ex sex gradib⁹ perfectionis. Primus est ex ostẽsiõe cognitiõis dei. Secundus ex cõceptorũ rationabilitate in mãdatis vel monitis. Tertius ex miraculoꝝ claritate. Quartus ex ecclesie stabilitate. Quint⁹ ex diuina bonitate. Sextus ex amenissima promissoꝝ incõparabilitate. ¶ Circa primũ gradum notanduȝ est φ lex moysaica quo ad fidem vnius dei erat impfecta. quia licet in illa fuit aliqualis noticia vnius dei τ etiam christi in quodam generali. nõ tñ fuit ibi noticia explicata trinitatis personarum in vnitate essentie. nec p

consequens incarnationis. Cuius ratio est quia sicut cognitio naturalis procedit de imperfecto ad perfectum. vt dicitur. i. phisicorũ vnde et pueri vocant primo omnes viros patres et omnes feminas matres. et postea distinguunt. Ita similiter supnaturalis cognitio minor fuit in lege veteri q̃ in noua. in qua per christum veritas lucide est reuelata propter quod dicit saluator Jo. xvij. Pater manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi. Ipse enim manifestauit expresse trinitatem personarũ patrē nominãdo a quo eternaliter pcessit per generationem dicens. Jo. xvi. Exiui a patre et veni in mũdũ scilz in vtero beate virginis carnē assumendo spiritũsanctum pmittendo. Jo. xv. Cum venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre: ecce processus spiritussãcti ab vtroqz. Nominauit etiam expresse trinitatem personarũ in forma baptismi. Mathei. xxviij. Euntes docete omnes gentes baptizãtes eos scz In nomine patris et filij et spiritussancti. Manifestauit etiã vnitatem essentie. Johan. x. dicens: Ego et pater vnum sumus. Hoc est quod Johãnes in sua prima canonica. c. v. dicit expresse. Tres sunt qui testimonium dant in celo. pater verbũ et spũssanctus. et hi tres vnũ sunt. In figura huius Moyses loquebatur ad populum velata facie vt habetur Exo. xxxiiij. quia mysteria fidei nostre erant figuris et enigmatibus velata. sicut supra late declaratum fuit. In figura etiam huius velum templi fuit scissum in christi passione ad ostendendum q̃ declarata et manifestata erant que prius latebant sub velamine pter quod ipsa lex noua tanq̃ perfecta in cognitione est donum perfectũ: descendens a patre luminum. vt dicitur iacobi primo patet ergo q̃ cognitio dei perfecta est ĩ lege noua que imperfecta fuit ĩ veteri pter quod patres veteris testamenti poterant dicere illud quod scribitur i. ad Cori. xiij. Ex parte cognoscimus et ex parte pphetamus. i. imperfecte. ¶ Secũdus grad⁹ quo ostẽditur q̃ lex noua perfectissima est ex contentorũ rationabilitate. vel mãdatis vel monitis. quod vt clarius videatur ostẽditur imperfectio legis mosayce quo ad totum corpus suũ. s. quo ad pcepta moralia et iudicialia et sacramẽtalia et cermonialia Prio enim ĩ lege moysi pcepta moralia fuerunt imperfecta. et dicuntur moralia precepta illa que sunt de dictamine rationis etiã si nulla lex esset sicut est illud mandatum quod scribitur. Exod. xx. Honora patrem tuum et matrem tuam etc. Et similiter illud quod per modum monitionis scribitur. Leuit. xix. Coram cano capite cõsurge. et honora pso nam senis et similia. Quod aũt ista fuerunt imperfecta declaratur dupliciter. Primo quia precepta moralia ĩ lege Moysi ordinabãt act⁹ hominum exteriores tantum pter quod apostolus ad Romanos. iij. vocat legem moysi legem factorum De actibus autem interioribus in quibus consistit bonũ moris nihil

ordinabat aut parum. Sed contra hoc ē quod habetur Exo.xx.ꝛ Deute.v. Non concupisces vxorē proximi tui ꝛ cetera. dicendu; est secundum antiquos doctores ꝙ talis cōcupiscentia non prohibebatur inquantum erat omnino latens i corde: sed inquatu; prorumpebat exterius per aliqua signa: vt per verba scurrilia. impudicos tactus: ꝛ oscula ꝛ cetera. huiusmodi. Ideo sic exponunt. Non concupisces. i. signa cōcupiscentie non facies. Unde ad Phil. iij. dicit glo. ꝙ lex vetus prohibebat manū nō animum. vel dicendū ſm alios ꝙ lex vetus ꝓhibebat concupiscentiam animi latentem: hoc tamē erat in paucis. s. in mechia ꝛ furto. Item in istis isufficienter prohibebat concupiscentiam. quia non puniebat trāsgressores. et sic patet ꝙ insufficienter lex mosayca ordinabat actus interiores. ¶ Secundo declaratur sic. quia lex mosayca etiam actus exteriores ordinabat sicut patet Deutro. xxiij. vbi dicitur sic. Non feneraberis fratri tuo pecuniā ad vsurā. nec fruges. nec aliquam aliam re; sed alieno. Ibi enim ꝑmittiť vsura cū alienis ꝑsonis. quod est illicitum contra dictamen recte rōis. Item Deutro. xxiiij. permittiť viro dare libellu; repudij etiā causa indebita. Unde ibidem subditur Si accepit homo vxorem. ꝛ habuerit eam. ꝛ non inuenerit gratia; in oculis eius propter aliquam feditatem. scribet libellum repudij. et dabit in manu eius. et dimittet ea; de domo sua. indiuisibilitas autem per totam vitam est de dictamine rationis naturalis. ꝛ sic pat; ꝙ lex vetus imꝑfecta fuit in moralibus Et propter hanc imꝑfectionē lex mosayca dicitur pedagogus nr̄. ad Gal. iij. i. regula puerorꝫ ꝛ iꝑfectorꝫ in q̄bus nō q̄ritur ꝑfectio iterior. Sed ab exterioribus inhonestis timore discipline reprimūtur. Et in actibus exterioribus multa eis ꝑmittuntur que non permitterenť viris perfectis. ꝓpter quod Aug. li. de spiritu ꝛ littera exponens illud. ij. Cori. iij. littera occidit ꝛ cetera. dicit hoc non tantum de cerimonialibus intelligendum est. sed etiam de moralibus veteris legis. quia. s. non prohibebantur aliqua que de se sunt mortifera. vt patet ex predictis. propter quod dicitur Ad Ro. iij. Ex operibus legis non iustificať omnis caro. ¶ Sed lex noua perfecta est in moralibus. ꝗ perfecte ordinat actus humanos non solum exteriores sed etiam interiores. ꝛ in hoc imperfectionem legis suppler: propter quod dicit saluator imperfectione; legis adimplendo. Math. v. Audistis quia dictum est antiquis. non occides. qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico vobis. quia omnis qui irascitur fratri suo reꝰ erit iudicio. in quo ordinat motu; interiorem vt patet. Similiter lex noua actus exteriores ordinat nullum malum permittendo propter quod dicit saluator. Math. xij. Dico autem vobis quoniam de omni verbo ocioso quod locuti fuerint hoīes super terra; reddēt rationē

in die iudicij. Si autem his prohibet verbum ociosum per cõsequẽs verbum nociuum. Et multo forti⁹ oẽm actum malũ: ppterea Math. v. post suppletionem preceptorum moralium veteris legis concludit perfectionẽ euangelicam dicens. Estote ergo perfecti sicut pater vester celestis perfectus est. perfecit autem xp̃s moralia precepta legis etiam consilia euangelica superaddendo. propter quod Math. xix. Inueni dicenti se sc custodisse mãdata legis ꝛ querenti vlterius viã perfectionis dicit saluator adhuc vnum tibi deest. Si vis perfectus esse. vade ꝛ vẽde omnia que habes et da pauperibus. ꝛ habebis thesaurũ in celo: ꝛ veni ꝛ sequere me.

¶ Secundo in lege moysi iudicialia precepta erant imperfecta. qd̃ patet ex duobus. Primo ex modo inducendi homines ad obseruantiam iusticie. ad quod ordinabant iudicialia precepta. Secũdo ex ipsis preceptis. primũ patet sic. proprium est hominũ imperfectorum vt inducantur ad iusticiam obseruandã timore pene. Vñ dicit Oratius libro epistolaruz. Oderũt peccare boni virtutis amore. Oderũt peccare mali formidine pene. Hoc etiam declaratur ratione: q2 illud quod cũ timore fit penale est: et nõ delectabile. Vñ dicitur. i. Joh. iiij. timor penã habet. Operari autez virtuose non est pena virtuoso ꝛ pfecto: sꝫ magis delectabile. ppter quod dicitur. ij. ethi. q signum habit⁹ generati est delectatio in opere. lex moysi inducebat homines ad iusticiam obseruandam per timorem penarum. propter quod dicitur lex timoris. Et in signum huius lex fuit data in terroribus: vt patet Exo. xix. Iã aduenerat dies tertius in quo scꝫ data est lex. Sequitur. Et ceperũt audiri tonitrua et micare fulgura. ꝛ nubes densissima operire montem. clãgorq3 buccine vehementius perstrepebat. Timuitq3 populus qui erat in castris. Et similiter facies moysi apparuit cornuta quando secũdo apportauit legem in tabulis descriptam. ꝛ timuerũt filij israel. vt habetur Exo. xxxiiij. In cordibus eñ illis designabatur terror ꝛ feritas legis. Patet ergo primum: videlicet imperfectio iudicialium preceptorũ et modo inducendi ad opera iusticie scꝫ per timorem pene. Secundo idem patet ex ipsismet preceptis iudicialibus que aliquãdo infligebant penam innocenti. ꝛ aliquando culpabilem non puniebant. Primũ patet per illud quod habetur. Numeri. xxxv. de homicidio omnino casuali. vbi dicitur talis qui fortuitu ꝛ absq3 odio ꝛ inimicitijs interficiebat hominez debebat confugere ad vnam ciuitatem refugij. et ibi manere vsq3 ad mortez summi sacerdotis. qd̃ erat aliquando per magnum tempus. Talis qui erat innocens cuꝫ homicidium erat omnino casuale et inuoluntariũ sine culpa puniebatur graui pena. q2 oportebat eũ exulez esse p magnũ tp̃s a sua ciuitate et a sua possessione. Secũdũ ptꝫ vbi subditur de tali fugitiuo innocẽte

 q si infra terminos vrbium inuē tus fuerit: et percussus ab eo qui vltor est sanguinis absq noxa erit qui eum occiderit. Debuerat enim profugus vsq ad mortem summi sacerdotis in vrbe habitare: et sic patet q interfectio innocentis in tali casu remaneret sine pena. que tamen est grauis culpa. Talis au tez imperfectio legis cōueniebat impfectioni populi qui erat pronus ad effusionē sanguinis: et ideo interfector a casu remanēs in sua ciuitate inter amicos interfecti: erit in periculo mortis qūis innocens: et sic de facili possunt in populo homicidia multiplicari. Et ideo ad hec mala vitāda data est lex predicta de ei9 fuga: qūis esset innocēs. Et eadē ratiōe parcebat lex. Si aliquis amicus mortui interficeret eū extra fines ciuitatis refugij: vt sic cogeretur in vrbe remanere non ex sua culpa: sed propter homicidia vitāda ad que populus tanq̄ impfectus erat pn9. Exemplum idoneū ponit phs in quinto ethicoꝝ dicens. q aliquādo leges sunt similes regulis quibus vtuntur artifices in lesbia ad dolandū lapides: qr lapides illi9 regiōis sunt male dolabiles. ideo vtuntur artifices regulis plumbeis vt possit tortuositati lapide applicari. sic in veteri testamento date sunt leges aliquam imperfectionem habentes propter imperfectionē illius populi. Lex tn̄ euāgelica q̄tum ad iudicialia est perfectissima: qr īducit ad obseruantiam legis non per timorez pene: sed per amorem iusticie: quod est proprie perfectorū. vt supra dictū est. ppter quod lex noua merito dicitur pfecta sm q dicit Jacobi. i. Qui aūt perspexerit ī lege pfecte libertatis. i. in lege euangelij que ducit hoiem ad perfectionē et liberat a seruitute timoris et seruitute peccati: sicut dn̄s ait Jo. viij. Si manseritis in sermone meo: vere discipuli mei eritis: et vos cognoscetis veritatē et veritas liberabit vos. Itē qr nullum innocentē punit nec aliquod malū impunitū relinquit: qr etiā verba ociosa puniēda ostēdit vt supra dictū est: et nō solū verba ociosa: sed malas cogitatiōes sm quod dicit Matth. v. Ego dico vobis q quicūq videris mulierē ad concupiscendā eaz iam mechatus est in corde suo: propter quod lex noua ē perfecta: de qua pōt exponi illud cāticoꝝ. vi. Una est colūba mea perfecta mea. Dicitur etiā lex noua colūba metaphorice: quia est sine felle amaritudinis nullum innocētē puniēs. Dicitur etiā perfecta: quia nullū malū permittēs et sic apparet perfectio legis euangelice q̄tum ad iudicialia. ¶ Tertio declarat quō sacramēta veteris legis erant impfecta. Ad cuius euidentiā considerandū q illa sacramenta erant ordinata ad faciendum homines idoneos ad cultū diuinum: et ideo aliqua erant cōia toti populo tam viris q̄ mulieribus: vt purificationes: alique a tactu immūdi vel mortui que purificationes fiebāt per aspersionez aque expiationis

de qua habetur Numeri.xix. et similia. Aliqua autē erant solis viris cōuenientia: sicut circūcisio: aliqua solis sacerdotibus sicut cōsecratio: et vnctio sacerdot̄. et hmōi Cuius ratio est quia sacerdotes applicabantur speciali modo ad cultum dei. Ista tamen sacramenta predicta erant imperfecta: q̄ nō conferebāt gratiam sine qua non efficiuntur homies idonei ad cultum diuinū. Ideo sacramenta legalia dicuntur egena et infirma. Ad gal. iiij. vbi dicitur sic. Nunc aūt cum cognouistis deum immo cogniti estis a deo quomodo conuertimini iterū ad egena et infirma. Elementa dicuntur aūt infirma. quia non conferebāt aliquam potestatem spiritualē: sicut conferūt sacramēta noue legis. Similiter dicūtur egena: quia non cōferebāt gratiam que necessaria est ad bene vtenduȝ illa potestate. ¶ Sed contra hoc videtur quia in Exo. et Leui. quasi vbiq̧ dicitur: quia illa sacramenta reddebant homies idoneos ad cultum diuinum. Dicitur q̄ talis idoneitas erat p quādam mundiciam et expiationem corporaleȝ sicut in noua lege quis dicitur ineptus ad ministranduȝ et celebrandum propter immundiciam manuum. Lotio manuum reddit eum aptum: sed hec aptitudo est tātum corporalis. Sic erat de aptitudine que dabatur per sacramenta veteris legis. Et propter hoc dicuntur illa sacramenta emundationes carnis: vt habetur ad Hebreos. ix. vbi dicitur sic. Sanguis hyrcorum: qui scilicet offerebatur in consecratiōe sacerdotū et cinis vitule aspersus quo omnes mundabantur a tactu morticini vel immundi: vt dictum est: inquinatos sanctificat ad emundationem carnis. id est corporis. quia sicut dictum est talia non cōferebant gratiam: sed auferebant quedam impedimenta seu regularitates impedientes a tabernaculi ingressu: sicut in noua lege patet per exemplum. Quando enim per prelatos dispensabatur cum aliquo illegitime nato vel priuato vno oculo: vel huiusmodi non cōferebat̄ ad hec sibi gr̄a: sed tātuȝ tollitur irregularitas. ¶ Sed cōtra hoc videtur quia s̄m doctrinam sanctorum circuncisio tollebat peccatum originale: et per consequens conferebat gratiam vt cōmuniter tenetur. Dicendū s̄m antiquam opinionem q̄ tollebat peccatum originale: non tamen conferebat gratiā. hec enī erat potestas circūcisiōis. vt tenetur a multis et magnis doctorib⁹: quoꝝ rationes propter prolixitatem omittuntur et in hoc differebat a baptismo q̄ non solum auferebat peccatum originale. sed confert graȝ. Aliter pōt dici q̄ si in circuncisione gratia conferebatur hoc non erat in virtute illius sacramenti: sed in fide christi venturi: quem protestabatur ille qui circūcidebatur si adultus erat vel alius p eo si paruulus erat. Et hoc est quod dicit̄ cōmuniter q̄ valebat ex fide suscipientium: non autem ex opere ope-

rato. per quem modum valent sacramenta noue legis. patet igitur quod sacramenta veteris legis erant imperfecta. ¶ Sed lex noua perfecta est quantum ad sacramenta: quia illa conferunt gratiam quod illa non faciebant. vt dictum est: propter quod dicitur Jo. i. Lex per moysen data est gratia et veritas per iesum christum facta est: propter hoc de Johanne baptista qui per suam predicationem et baptismum disponebat populum ad christi baptismum: et per consequens ad alia sacramenta: cum baptismus sit ianua omnium sacramentorum. Luce. i. dicitur. Ipse preibit ante illum in spiritu et virtute helye: parare domino plebem perfectam. Sunt ergo ablata sacramenta veteris legis et introducta. vii. sacramenta noue legis in quibus tanquam in perfectissimis sacramentis deus attulit nobis causas salutis spiritualis. ¶ Cause autem salutis spiritualis non sunt nisi quattuor sicut et quattuor sunt cause salutis corporalis. scilicet curatiua: conseruatiua: preseruatiua: et melioratiua. Curatiua est duplex. quedam enim totaliter et simul curat: vt baptismus culpam et penam omnino delens quantum in se est: quedam vero paulatim: vt penitentia. Conseruatiua est vt confirmatio: in hac enim datur spiritussanctus ad robur et confirmationem gratie que data est in baptismo. Preseruatiua est matrimonium in quo concupiscentia carnalis in ruinam turpitudinis prona excipitur honestate nuptiarum: ne ruat in mortale peccatum. Melioratiua est ordo in qua gratia melioratur vel augmentatur: vel etiam extrema vnctio que hominem in meliori statu ponit et securiorem reddit. Est quoque quedam alia medicina predicta quattuor sola faciens. scilicet eucharistia: quoniam et venialia curat et ab eis animam preseruat: gratiam quoque conseruat: quia ps. ciii. Panis cor hominis confirmat et etiam gratiam augmentat. ¶ Quarto in lege moysi cerimonialia fuerunt imperfecta. Ad cuius euidentiam notandum quod cerimonie veteris legis fuerunt in quadruplici differentia. Quedam pertinent ad sacramenta: quedam ad sacrificia: quedam ad obseruationem: et quedam ad sacra. Sacra autem et obseruationes ordinantur ad sacrificia et ad sacramenta: quia sacra dicuntur vasa et loca et huiusmodi quibus vtebantur in sacrificiis et ritu colendi. Obseruationes dicuntur quidam modi viuendi religiosi quibus vtebantur iudei qui erant populus peculiaris ipsius dei. vtpote quod custodirent se ab aliquibus cibariis potibus et vestibus: et similibus ex hoc: quia erant populus deo consecratus per sacramentis circuncisionis et alia sacramenta. Nunc autem ita est. quod ex fine accipitur ratio eorum que sunt ad finem: et ideo ostenso quod sacrificia et sacramenta imperfecta erant sufficienter erit ostensum quod sacra et obseruationes erant imperfecta: quia ordinabantur ad duo predicta: sicut ad finem: vt prius dictum est. Quod autem sacrificia veteris legis essent imperfecta ostenditur: quia quedam

erant sacrificia p pctis oblata et hec erant imperfecta: quia nō poterant auferre peccata ppter qd dicit apl's ad Hebre.x. Impossibile est sanguine hyrcorū et thaurorū auferri pctā. Et iterū ibidē. Ois quidē sacerdos. scz veteris legis presto est quotidie ministrans et easdē offerēs hostias q nō possūt auferre pctā. Et idē habet Esa. xl. Libanus nō sufficiet ad succēdendū et aialia nō sufficiēt ad holocaustuz. Libanus aūt hic vocat primū tēplū qd fuit factum de lignis libani. Aialia aūt illa oblata qtum ad ptem cōcremata nō sufficiebant ad amotionem peccati. Alia aūt erant sacrificia pacifica ex deuotione oblata ad gratiā dei impetrandā seu ad aliqd beneficium diuinū: et illa erāt impfecta: qr gratia diuina seu beneficium diuinū non impetrabatur ratione oblati muneris: licet aliquādo daretur ppter oblationē et fidē offerentis. Et hoc est qd dicit apl'us ad Hebre.ix. Tabernaculū factuz est primū etc. Sequit que est parabola tēporis instātis: iuxta quam munera et hostie offerūtur que nō possunt fm cōscientiā perfectum facere seruientē: qr perfectio conscientie est donū gr'e. Et sic patet ppositū q lex moysi qtum ad cerimonialia et sacrificia erat imperfecta. ¶ Sed lex noua perfectissima est qtuz ad sacrificia: quia ipsa est vnū sacrificiū perfectissimū scz eucharistia que nō tm̄ ē sacramentū: sed etiā sacrificium: qr ibi xps queadmodū imolat et fructus sue benedicte passionis a populo percipitur. Istud aūt sacrificium tanq vnū et pfectū fuit i lege figuratū p mlta sacrificia et varia: sicut pfectuz p imperfecta. Eius aūt pfectio apparet in duobus: quia primo tollit peccata qd nō poterāt facere legis sacrificia: ppter qd dicit. Jo.i. Ecce agn9 dei ecce qui tollit pctā mundi. fm q dicit btūs Johānes.i.canonica.iiij.ca. Ipse est propiciatio pro pctis nostris: nō pro nostris aūt tm̄: sed p totius mūdi. Secūdo apparet ei9 pfectio: qr augmētat gratiā fm q dicit Joh.vi. Qui māducat me viuit ppter me: scz per augmentum gratie. De hoc sacrificio panis et vini in Berefich raba.i.in genesi magno. Rabimosse darsan super textū gen.ca.xiiij. Melchisedech rex salem offerens panē et vinuz. Erat eni sacerdos dei altissimi dicit rabismulthel filius nahamā. Iste mechisedech erat sem filius noe: et quid voluit dicere proferens panem et vinum: ostendit nobis q decuit ei actus sacerdotij q erat sacrificare panem et vinum: et hoc ē quod dixit. ps. in psal.c ix. Iurauit dominus et nō penitebit eum: tu es sacerdos etc. Et quis est ille. Ille est rex messias. propter quod scriptum est. Ecce rex tuus venit tibi iustus et saluator ipse zach.ix. Et in hoc q dicit proferens panem et vinum concordat cū ps. q dixit ps.lxxi. Erit firmamētū in terra in sūmis montiū vbi dicit. Translatio chaldaica erit sacrificium panis in terra in

capitibus montium synagoge. Et cum ille. ps. lxxi. Deus iudiciū tuū regi da. sm doctores talmuth tot⁹ loquatur de messia. quicunq; si nō est cecus poterit videre sm predi ctam translationem chaldaicā ꝙ messias erit firmamentum in ter ra in altitudine montium synago ge: qui montes synagoge ꝛ eccl'ie sunt sacerdotes qui quotidie de fa cto eleuant messiam super capita sua. ꝛ est ita clarum ꝙ non possunt negare nisi illi sup quos venit ma ledictio. Esa. In cecitate oculorū ut cordis. hoc est ergo vnicū sacri ficium excellentissimū legi noue in pane ꝛ vino. quod sacrificium est ipsemet messias. ꝛ sic perfectio le gis euangelice patet ex perfectio ne sacrificii. Et cum omnes ceri monie ecclesie sint precipue ꝓpter istud sacrificium: sicut propter fi nem. sequitur ꝙ cerimonie xp̄iano rum sunt perfectissime. ¶ Nec est mirandum ꝙ in lege noua fiant ce rimonie que aliquid figurent sicut figurabāt cerimonie veteris legis Cerimonie eñi ordinantur ad cul tum diuinum. Et sm ꝙ dicit Aug. in encheredion. c. iij. De⁹ fide spe et charitate colitur loquēdo de cul tu interiori qui est per fidem ꝛ cha ritatem. Est ergo triplex status ho minis in quo habetur fides ꝛ spes de bonis celestibus: et de his per que ad ipsa introducimur. scil; de mysteriis xp̄i. et de vtrisq; sicut de futuris: ꝛ hic est status veteris te stamenti: in quo habetur fides de bonis celestibus sicut de futuris. Sed de his per que introducimur ad celestia: sc; de mysteriis xp̄i. si cut de presentibus vel de preterit; est status noue legis. Terti⁹ status est in quo vtraq; habentur tāq̄ pre sentia ꝛ euidentia ꝛ nihil creditur ꝛ hic est status patrie celestis. in hoc autē statu tertio vbi nihil cre ditur nihil est cerimoniale vel fi gurale ad cultū pertinens. sm qđ dicitur Apoca. xxi. Templū non vi di in ea. dominus eñi deus omni potens templū illius est. Pari igi tur ratione aduenicnte secundo sta tu: sc; noue legis cerimonie primi status. s. veteris legis cessare de buerunt ꝛ induci alie que conueni rent statui noue legis. in quo bona celestia expectantur de futuro. sed beneficia xp̄i habita sunt de prete rito. Et ideo quia cerimonie vete ris legis significabant xp̄m ventu rum. dignum est vt sic euacueretur in noua lege. in qua mysterium xp̄i iam est preteritū. et hoc est qđ di cit ap̄ls ad Hebre. vij. translato sa cerdotio necesse est: vt legis trāsla tio fieret q̄tum sc; ad cerimonia lia thurificatione tantū excepta. quia nō significabat mysteriū xp̄i directe: sed deuotionem populi ad xp̄m. nunc autem debet esse nō mi nor deuotio ad ip̄m iam presentia liter exhibitū q̄ erat tunc ad ip̄m venturū: ꝓpter qđ in noua lege ma net thurificatio per quā designat ministrorum ecclesie: ꝛ ipsius po puli deuotio. Innumere autē sunt in lege noua cerimonie. Et si nūq̄ aliud attenderent iudei ꝛ pagani nisi excellētia cerimoniarū in ritu xp̄iano. Istud solū deberet conuin

cere cecitatem eorū sicut patet de ornamentis sacerdotalibus et ministrorū et de aliis que cum tanta solennitate fiunt in altari ꝛ in choro in festis duplicibus maioribus minoribus semiduplicibus ꝛ simplicibus: quales etiam cerimonie fiunt in choro a cātoribus et organis ꝙ honestissime inclinationes. Quid dicam de ornatu in crucibus ꝛ calicibus aureis ꝛ argenteis. ceteriisqꝫ vasis ꝛ reliquiariis. in quibus reliquie sanctorum qui ꝓ xp̄o mortui sunt vel eū fidelissime secuti sunt honorifice conseruant̄. Mirabantur iudei vnum templū Salomonis: sed in stuporem conuertātur pre multitudine ꝛ magnitudine ecclesiarum xp̄i in toto orbe cōstructarum. Mirentur altitudinē et pulchritudinem turrium: in quibus armonia dulcissima resonat campanarum: que pro laudibus diuinis ꝛ pro conuocatione populoꝝ ꝛ pro terrore demonū mira efficacia propulsantur. Quid dicam de cerimoniis romane curie in summi pontificis imperatorū ꝛ regū vnctione. Quid de consecratione episcoporum: ecclesiarum: altariū: vasorum: ꝛ vestimentorum que omnia admirāda et stupēdissima sunt cum xp̄o: ꝛ in admirationem conuertunt deuote aspicientes. Attendant autem miseri iudei. s. ꝛ infideles super omnia in vna ꝛ eadem fide tantā diuersitatem religionum: vbi homines a seculo fugiētes exponunt totum tempus vite sue in laudibus et seruitio redemptoris qui sic et diuersis cerimoniis ꝓ cōseruatione religionū quasi quibusdam muris vtuntur sicut nucleum in testa conseruatur. ꝛ mel in fauo. et ciuitas in muro. In substantia tamen eiusdē fidei nullatenus discrepantes ad vnum beatitudinis terminū nituntur peruenire. Sic ergo pꝫ in summa colligēdo ꝙ lex noua que euangelica dicitur perfectissima est in moralibus: quia ea implentur. addita perfectiōe quia illi precepto non occides additur non irasci. Et illi non mechaberis additur non concupiscere ex visu. Et illi non periurabis. additur nō iurare omnino. i. sine legitima causa. ꝛ sic de aliis Matth. v. Et ab illo ꝑmisso vsure aliena tollitur imperfectio. date mutuum, nihil inde sperantes. Luce. vi. Et illi de libello repudii. additur si quis dimiserit vxorem: nisi ob fornicationē mechatur: ꝛ qui eam duxerit similiter mechatur. Matth. v. ꝛ sic tollunt̄ imperfectiones talium permissorū in lege veteri. ¶ Si queras vtrum moralia precepta possunt dici euacuata simpliciter. Respondetur ꝙ moralia precepta fuerunt euacuata tm̄modo ꝫm quid. scꝫ ꝙtum ad imperfectionem: cuius ratio est ꝙ sunt de dictamine recte rationis. ꝛ ideo manent quātū ad substantiā precepti remota tm̄ imperfectione sicut dictum est: quia quando ex imperfecto fit perfectū non tollitur terminus a quo. sꝫ tm̄ eiꝰ imperfectio: sicut qn̄ ex minus albo fit magis albū non tollit̄ albedo ꝓcedēs. sed tm̄ eius imperfectio. non est sic de cerimonialibꝰ veteris legis: ꝙ

contrariantur nove legis cultui: et quando fit mutatio de vno contrario in alterum: oportet terminū a quo totaliter euacuari: sicut quādo ex albo fit nigrū albedo tollit. Cerimonie veteris legis dicuntur cōtrarie cerimonijs noue legis: quia ille figurabant christū venturum. et iste iam de preterito aduenisse. et ideo totaliter cessare debuerunt. Etiam lex noua est perfectissima in iudicialib9 ex amore ad iusticiā inducendo innocentem non condēnando. nec aliquod malum impunitum relinquendo. et impleuit christus iudicialia precepta. et in eo q iusticie addidit equitatem misericordie: vt p3 in absolutōe adultere Et factu3 est deinceps et iter faciebat rc. Maria q̄ vocat magdalena de qua septem demonia exierant. et Johāna vxor chuze procuratoris herodis: et susanna et alie multe rc. Johan. viij. Justicia enim ſm rigorem diminuta est a misericordia que supererxaltat iudiciu3. ¶ Sed nunquid iudicialia precepta veteris legis totaliter euacuata sunt. Respondetur q quādo corrumpitur terminus a quo per accidēs illud quod est ei adiunctum corrumpitur. potest tamen manere cū termino ad quē si nō habeat ad ipsu3 contrarietatem: non tamen manet idem numero: sed specie tm̄. Sic quando de aere fit ignis corrumpitur aer. et manet in igne qualitas symbola eadem specie scilicet raritas. talia sunt iudicialia veteris legis que adueniente lege gratie cessat etiam earum obligatio. posset tamen aliquis princeps ordinare q seruarent in regno suo: ita tm̄ q nō reputaret ea esse obligatoria ex lege moysi. Ratio p̄dicti est: q2 iudicialia p̄cepta per se et directe nō erant ordinata ad significandū aliquid futurum sicut erāt cerimonialia: sed erāt ordinata per se et directe ad seruandū ordinē iusticie in populo iudaico: vt supradictū est. Q2 tm̄ status illius populi erat figuralis tot9 respectu xp̄i: vt dicit ap̄ls. i. ad Corinth. x. oīa in figura cōtingebant illis: per cōsequēs precepta iudicialia illi9 pp̄li erāt figuralia nō directe sed ex cōseq̄nti. et ideo si aliqui seruarent ea ex hoc q fuerunt tunc statuta hoc eēt dicere q stat9 ille adhuc durat qd̄ est erroneū et illicitum si tm̄ aliquis princeps vellet ea de nouo statuere posset licite. ¶ Considerandum tm̄ q in lege noua transeunt quātū ad eorū rigorē: q2 essent magis obseruāda ex amore virtutis q ex timore: q2 lex noua est lex amoris ꝓpter qd̄ dicit. i. Joh. iiij. perfecta charitas foras mittit timorē. Adimpleuit etiā xp̄s p̄cepta iudicialia rigorē eorū tēperando in aliq̄bus: vt dictū est p seip̄m: et in alijs dimisit tēperamētū suis ministris sc3 ecclesie: p̄latis: et principib9 catholicis. vt de talibus ordinēt ſm q viderint vtile cōitati fidelium ſm temporū varietatē et locorū et personarū. et istud nō fuit destruere legem: sed adimplere. q2 sic ordinauit meliorē modū obseruationis iusticie. sicut nō destruit puer qn̄ fit vir: q2 licet transeat pueritia: ma-

net tñ melior status eiusdē persone etate mutata. Lex vetus habuit quasi statū pueri respectu noue legis: ꝑpter qd̄ vt supradictū est. ad gal. iij. dicitur lex pedagogus noster fuit primo. i. regulatiuus stat⁹ puerilis: ꝑpter qd̄ erat lex timoris sicut pueri sub disciplina ꝛ timore custodiūtur. Lex aūt euāgelica est lex amoris. ꝛ ideo non debet esse tātus rigor penarū: qꝛ ꝓpriū hoīum ꝑfectorū est magis deduci ad virtutē amore iusticie ꝙ timore pene vt supradictū est. ¶ Est etiam lex noua perfectissima in sacramentalibus: vt dictū est de eucharistie sacramento. Et impleuit xp̄s sacramentalia legis per exhibitionē veritatis. venit em̄ rex ꝛ impleuit figuras que vacue erant. Impleuit sacramentum circumcisionis qd̄ se ostendebat soluꝫ ad viros. Primo suscipiendo in seipso. Scd̄o meli⁹ efficacius ꝛ generalius instruendo sacramentū loco ipsius: scꝫ baptismū in quo cōfertur maior gratia ꝛ remediū tam viris ꝙ mulieribus. Impleuit etiā sacramentū vnctionis regū ꝛ sacerdotū. non ꝙ assumpserit statū sacerdotis legalis vel terreni regis: immo dixit coraꝫ pylato. Regnū meū nō ē de h̄ mūdo. Si ex hoc mundo esset regnū meū ministri mei vtiqꝫ decertarēt vt nō traderer iudeis: nūc aūt regnū ꝛc. Iohannis. xviij. et ideo non habuit istā vnctionē corꝑalē regū vł pontificum. sed vnctionē spiritualem habuit a deo patre per plenitudinē gratie ꝑm ꝙ dicitur in ps. xliiij. Unxit te de⁹: de⁹ tuus oleo leticie ꝛc. ¶ Est etiam lex noua perfectissima in cerimonialibus: vt dictum est: ꝛ christus impleuit cerimonialia: non solum que pertinebant ad sacramenta: sed etiaꝫ ad sacrificia: sicut immolatio agni paschalis: ꝛ iuge sacrificium. ꝛ similia que erāt figuratiua vnius sacrificij perfecti. scilicet christi in cruce offerendi. Et ideo ista impleuit christus vno modo patiendo corporaliter in cruce. Alio modo efficatius sacrificium: scilicet eucharistiam instituēdo. Quedaꝫ etiam cerimonialia pertinebāt ad sacramenta ꝛ de talibus erant preceptiua prohibitiua vsuuꝫ aliquorum ciborum: ꝛ similia: et ista adimpleuit christus: quia dixit petrus actuū. xi. Immūdum ꝛ commune non intrauit in os meum: ꝛ multo fortius christus hec obseruauit: ꝛ sic ista precepta adimpleuit obseruando: et obseruationem meliorem declarando: per talem enim abstinentiam a corporibus cibis significabatur abstinentia a spiritualibus immundicijs. Hanc autem mūdiciam instituit christus in lege euangelica q̄ est mūdissima dicēs. Beati mūdo corde: quoniā ipsi deū videbunt: ꝛ per cōsequens debuit cessare illa figura vel abstinentia: propter qd̄ dicitur actuū. iiij. ꝙ deus purificauit. Ñuc ergo dicit: qꝛ nullus cib⁹ coinquinat hominem qui cum gratiarumactione percipitur: et hoc est quod dicit christus. Matthei xv. quod intrat in os non coinquinat animam. dimisit tamen deus

in ipso captiuitatis exordio qui-dē terre vestre princeps decem de melioribus totius israelitici popu li Anaman.f.traditionis filiū3 Sy meonem gamalielis filium hysma hel helysci filium:et Achiba cete-rosq3 captos in carcerem misit.sci scitans vt quid iustū vendidissent Lex enim inquit decreuit:vt mor-tis sententia mulctetur quicunq3 iudeum vendiderit.Et vos igitur sm iudicium legis mori debetis di cto decreto vario dat corpora leto non enim omnes vna cohercuit pe na.sed singulis singula sunt gene-ra mortis proposita.Alium videli cet ignis cremauit.alius ferrei pe ctinis vnguibus laceratus expira uit.alium vero mors queuis diuer sa consumpsit quemadmodu3 mor tes illas doctrine vestre liber ex-posuit.Doctores autem vestri hu-ius iusti pro quo illi sunt ita puniti nomen mutātes in hoc facto pror-sus conticuerunt de christo dicen-tes.ꝙ princeps ille iustu3 denomi nans ioseph filium Jacob.quem in egyptum fratres vendiderant intelligebat eiusq3 sanguinem ab illis exigens propter eum talibus illos suppliciis affecit.Sed absur dum rationi videtur vt id ab eis exigeret quod ad minus Mille qn gentis annis antea factum esset maxime cum tempore quo venum-datus est Joseph nulla lex esset qua eos princeps ille mortis reos conuincere posset ꝙ si vultis vt etiam de prophetis in medium au ctoritatem deferam qua captiuita tem hanc propter hominem illum ipsum necessario xpm esse ostendā Ecce profero Ysa.ca.xxiiij.A fini bus inquit terre laudes audiuim⁹ gloriam iusti hec verba iusti hui⁹ laudes vbiq3 terrarum ostendunt fuisse nec alterius iusti hominis laudes tantas vnꝙ fuisse audiui-mus vt peruenirent vsq3 ad fines terre. Cui iusto: qꝛ tribulationes quasi sine causa passurus erat pro-pheta preuidebat his verbis com patiens dicebat.Ve mihi preuari-cantes preuaricati sunt. et preua-ricatione transgressorum pˉuarica ti sunt.preuidens enim propheta quas prophetis dei aduentu3 pre-nunciantibus tribulationes illatu ri essent ait.pˉuaricantes preuari-cati sunt. Intuit⁹ aūt quia nec mē bris contēti ipsum etiam caput in uidia pleni qbuscunq3 possent mo dis essent oppressuri.⁊ sm corpo-ris passibilitatem occisuri preua-ricationis nomen ingeminans sub iunxit et preuaricatione transgres sorum preuaricati sunt. Que vero pena pro huiusmodi peccato ple-ctendi essent dictante spiritu pre-sciens ait illico subiungens. Formi do et fouea ⁊ laqueus super te qui habitator es terre. Inter cetera ꝙ de eadem gente ait. Grauabit eum iniquitas sua et corruet.⁊ nō adij-ciet vt resurgat vbi videlicet vo-bis certum euadendi captiuitate3 terminū fūdit⁹ depressit. ¶ Quar to dicunt iudei aliter ad hoc.quod si nos dicimus ꝙ iste iustus pro ar gento venditus fuit iesus nazare-nus petunt ipsi.quis fuit ille pau-per de quo subiungitur. ⁊ paupe-

rem pro calciamento. Ad quod dico q ille fuit verus messias noster iesus nazarenus quem zacharias vocat non solum iustum et saluatorem sed et pauperem. zach. ix. In maiorem quantitatem peccati sui notanter dicit textus. et pauperem pro calciamento. quia premittitur iustum pro argento. Crederet forte aliquis q pro magno precio argenti. sed hic exponitur debilitas precii et modicitas quando dicitur q vendiderunt pro calciamento. i. pro precio calciamentorum. quod precium est communiter. xv. morapetinorum. qui summant. xxx. albos vel denarios. Alibi vero precium sotularium est duo solidi cum dimidio qui etiam summant. xxx. denarios. quia solidus est. xii. denarii pro quo precio fuit venditus christus. Nunc quid ergo valeant illi denarii vel illud argentum designatur modicum precium pro quo pauper christus fuit venditus. quia pro precio calciamentorum. ¶ Quinto dicunt iudei ad istum textum q intelligitur sic. Iustum pro argento. i. iusticiam quia iudices et ministri iusticie pecunia corrupti vendebant pauperis hominis iusticiam pro modico precio. quia pro calciamento. sed ista responsio nulla est. quia cum deus sit magis pronus ad miserendum quam ad puniendum. et deus pepercerit super tria prima scelera que grauiora sunt. vt ydolatria homicidium. fratris venditio. a fortiori etiam parceret super illud quartum quod non est ita graue. Relinquitur ergo q venditio illius iusti pro argento et pauperis pro calciamento et venditio iusti pauperis Iesu nazareni veri messie nostri super quam deus non parcit iudeis. quia non datur venia non penitenti. et in peccato continue perseueranti. Non ergo a predicta captiuitate exire poterant donec patrum suorum in se peccatum emendent. i. quod illi non crediderunt credant. Mundata vero mente cuiusuis a culpa. confestim eum consequitur pietas diuina. quod etiam suorum quedam doctorum. scilicet Rabina subtilibus et occultis exprimi voluit verbis. si illud sue mentis duriciam penetrasset. Interrogatus enim quando Dauid filius esset venturus. hodie ait si verbis credideritis eius. His enim verbis intelligi dedit. q quicunque quauis hora mandatis dei obediens et credulus fuerit. ilico filius dei ad eum accedit. De hac pena irreuocabili in hac vita dicitur etiam Danielis. ix. Occidetur christus et non erit eius populus qui eum negaturus est. et ciuitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo et finis eius vastitas. et post finem belli statuta desolatio. Ecce triplex pena occidentium christum in presenti vita. Prima pena quia non sunt eius populus quia non christiani sed adhuc iudei appellantur. Secunda pena dissipatio ciuitatis et templi qualis facta fuit per Tytum cum romano exercitu. Tertia pena q finis eius est vastitas et statuta desolatio. i. fine

caritura que omnia impleta sunt post mortem christi quem occiderunt. ¶ Si dubitant de tertio satis debet eē eis sufficiens testimonium quia sunt iā mille.ccccxx. āni quod ꝯtinuatur ꝑdicta desolatio ciuitatis ⁊ templi vt supra dictū est. ¶ Secundo sacra scriptura specifice determinauit persequētium messiam penā in futuro vnde dicitur Ysa. vlt. de fidelibus sequētibus xpm ꝯtra iudeos incredulos ⁊ impenitētes. Egredientur ⁊ videbunt cadauera virorū que preuaricati sunt in me vermis eorū non morietur. ignis eorum non extinguetur. et erūt vsque ad satietatē visiōis omni carni Intellectus predicte auctoritatis est iste egredientur. s. beati qui fuerūt credentes ⁊ sequētes verū messiā egredientur dico in die iudicij nō pro loci mutatiōe sed pro cōsideratiōe: ⁊ videbūt cadauera eorum quod ꝑuaricati sunt in me quia inquit dñs. Preuaricantes reputaui oēs peccatores terre preuaricati sunt xpm promissum nō recipiēdo: eius doctrinā nō sequēdo ⁊ ipsum crucifigendo. cadauera dicit. i. corpora dānatorū in gehēna. ⁊ dicūtur cadauera: quia in eternam damnationem cadent. Quia et demones cadauera possunt dici secundum quod homines appellantur. Unde inimicus homo hoc fecit. hec in glosa. Et quod iste sit intellectus patet per hoc quod sequitur. Uermis eorū non morietur. quia vermes corpora mortuorum corrodentes in sepulcris cito deficiūt: quia cum eis in puluerem conuertūtur ⁊ ignis eorū nō extinguetur. Ex quo patet quod dictum est de cruciatu corporum infideliū et oīm dānatorum in igne inferni qui est inextinguibilis extrinsecus. Et de verme cōscie qui semper intrinsecus corrodebit eos qui nō crediderūt nec secuti sunt xpm verū messiā. vnde sicut tinea comedit vestimentū ⁊ vermis corrodit lignum et ignis deuorat ligna. sic meror et tristicia excruciat cor viri. Sequitur ⁊ erunt vsque ad satietatem visiōis oī carni. quia. s. boni videbunt eos a se iusto iudicio separatos. amissa potētia qua seuiebāt contra bonos. vt vindictā dei in illos tantā ⁊ vltra non exposcant qui dicūt modo. Usquequo dñe nō vindicas sanguinem nostrū: satiabuntur quoque de beatitudine sua gratias agentes visa ipsorum ineffabili pena. hec ex ordinaria glosa. Nicolaus vero de lyra satis concorditer sic exponit. Et erūt vsque ad satietatē. i. repletionē ⁊ perfectionem visionis omni carni. i. oī homini beato. non sic intelligendo quod beati delectentur per se in penis dānatorum sed quia talis intuitus declarat eis diuine iusticie exercitiū et diuine mīe beneficium quo penas illas euaserūt. ⁊ proprie glorie augmentum in ꝯtrarium apparet maior cōparata ad suum contrariū: quia appositis iuxta se contrariis maiora ⁊ minora videntur. i. elencorū. et ex istis tribus beati per se letantur. secundum quod dicitur. ps. lvi. Letabitur iustus cū viderit vindictā. Ecce primū: manus suas lauabit i sanguine peccatoris in ꝯtrariū dei mīa factus est immunis ab illis penis. Ecce scdm.

si vtiqȝ est fructus iusto. accipitur hic si pro qȝ. quia per hoc apparet maior fruitio ꝓpria ⁊ sic totū cedit in gloriā electoꝝ ⁊ ipsius veri mes sie xp̄i iesu principaliter qui in die iudicij dicet existentib⁹ ad sinistrā s. incredulis ⁊ dānatis. Ite male dicti in ignē eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius. Math. xxv. Existentibus vero ad dexterā dicet Venite benedicti patris mei possidete regnuȝ quod vobis paratū est ab origine mundi. c. eodē. ¶ Ex predictis. xij. thesauris colligitur vna ratio quasi quedā corona victorie incōparabilis valoris cōtra iudeos que talis est. Quādocunqȝ sacra scriptura ꝓnunciat aliquod futurū ⁊ specifice determinat tempus veniendi ꝓgenieȝ venientis. cui debet assimilari. locū natiuitatis. nomē eius. venerationē singularē. modū viuendi. modū moriendi. causaȝ mortis. resurrectionem eius. premiū credentiū. et penā ꝑsequentiuȝ ipm in vita presenti ⁊ in futuro seculo. Si ista oia cōcurrūt simul in vnum determinatū hominem. manifestum est ꝙ illud quod fuerat ꝑ illam scripturā predictuȝ ⁊ denunciatū est i illo tali homine adimpletū. Sed sacra scriptura ꝑ dixit ⁊ denūciauit oia predicta que oia in iesu nazareno saluatore nostro sunt impleta. nec alius inuent⁹ est in quo omnia predicta simul cōcurrerent igitur concluditur ꝙ ipse est verus messias i lege promissus nec alius expectandus. Maior isti us rationis clara est sicut lux et ab omnibus concessa. et ideo probatione non indiget. Sed minor latissime declarata est in apertione predictorum. xij. thesaurorum qui aperti sunt ad declarationeȝ aduētus messie veri in lege promissi. q̄ est christus iesus fili⁹ dei viui. Et in hoc completur liber primus qui est de armatura fidelium. ⁊ de excellentia fidei catholice domini nostri iesu christi qui est turris fortitudinis a facie inimici. Cui honor laus. bn̄dictio ⁊ glīa sine fine. Amē

¶ Explicit liber primus fortalicij fidei.

¶ Incipit liber secundus qui est de bello hereticorum.









Ntiquorum in libris legimus gentilium. milites humanam venerantes gloriam generose diuersa monstrorum genera destruxisse. Sicut Hercules antheum. Theseus mirothaurũ Jason ethaurum ignivomum. inextinguibilez aprũ meleager. Cerebus stigiale mõstrũ. Perseus marinũ monstruz. Sic etiaz generosi ecclesie milites: vt Iheronimus. Augustinus Hylarius ꝛ ceteri patres orthodoxi diuersorum hereticorum et heresis monstra spũalibus armis expugnasse legũtur. Non tñ sic omnino extincta sunt heresium monstra: quin repullulare conentur. ac etiã noue hereses oriant in aliquib⁹ solo noĩe xpianis. Qui ꝛ si nõ puplice. in cõuenticulis tamẽ suis venenũ effundentes de illis cõfabulantur quasi vespertiliones et noctue lucem fugientes. q2 oculis egris odiosa est lux. Et non solũ oculos egros habẽt heretici. sz ceci sunt. qd ostenditur ex fidei effectu. Est eniz fides diuin⁹ radius aiaz illustrãs. Disponit enim aiaz ad lumẽ sũme veritatis. ex eo ꝙ summe veritati eaz stabiliter inherere facit qd quidẽ põt ratiõe ostẽdi. Constat eñi ꝙ quãdocunqz aliqua virtus que influit in aliquo agente ꝛ quiete non infigitur in recipiẽte. caret ibi sua naturali operatiõe ꝛ suo debito fine. sicut ptz in radio solis sup aquã currẽtẽ ꝛ nõ quiescentẽ: vt in flumie in






quo quia radius quiete nō figitur actio eius caret debito fine. qui quidem finis est aquaz subtiliare et ex ea partes subtiles attrahere: et in vaporem mutare: et sursuz eleuare. Ex quo manifestum est: q̄ quies disponit ad illuminationem rei. s̄m enim philosophum. vij. phisicorū: homo fit sapiens et intelligit cum anima quiescit. Cum igitur fides aiaz in deo stabiliat. eā in ipso quiescet. ipsam disponit ad eternaz illuminationē. Et hec ē ratio quare heretici sunt totaliter ceci: nec a deo merentur illuminari: quia nihil stabiliter credunt et se ab vno opposito in aliud vertunt cū careāt fidei lumine disponente. Iuxta illud apostoli ad Ephes. iiij. tenebris obscuratum habentes intellectū: quia sicut oculus nō potest videre sine luce: sic intellectus nihil pōt capere credibiliū sine fidei lumie qua carent heretici: vt ergo bellum hereticorum presertim nostri temporis contra nostrum fidei fortaliciuz viriliter possit dissolui presertim cū sint ceci: vt dictum est de heresi et hereticis. xij. considerationes sunt pertractande. Prima quid est heresis. Secunda vnde habuit originē heresis Tertia que requiruntur ad hoc: vt quis proprie dicatur hereticus. Quarta quot sunt modi hereticorum. Quinta si est alicui⁹ vtilitatis esse hereses in ecclesia dei. Sexta exprimet hereses presertiz in nostris temporibus repullulare vel oriri sentiuntur. quarum bellum contra fidei fortalicium in nihilum computabimus cum sit turris fortitudinis: a facie inimici. Septima erit ad quos pertinet diffinire: que assertio est catholica: vel heretica. vtruz scz ad theologos: vl' canonistas. Octaua vtrū heretici sunt vitandi. Nona vtruz sit cum hereticis vel alijs infidelibus publice disputādū. Decima quis est modus inquirendi hereticos. Undecima quali pena hereticus est puniendus. Duodecima quis pōt hereticos capere et tormentis exponere.

¶ De quidditate heresis et quomodo differt ab errore.



Circa primā cōsiderationē que est scire quid est heresis. Respondetur s̄m illuminatum doctorē Franciscum de maronis i tractatu suo de hereticis. q̄ heresꝭ ē error: sz nō quicūq3 error q̄ est contra fidem catholicam: aut ecclesiaz. vt habetur in prohemio de origine heresis. Augustin⁹. vbi dicitur q̄ non omnis error est heresis: licet heresis sine errore esse non possit. Ista autem diffinitio confirmatur per illud quod dicitur Actuum quinto. Ubi secta saduceorum fuit vocata heresis: q2 non solum contra fidem veteris testamenti negabant resurrectionem et angelos: sed etiā cōtra synagogam phariseorum vtrūq3 cō

stentium. Sed nunquid heresis differt ab infidelitate dico ꝙ sic: quia infideles errāt circa totā fidē: heretici autē circa partē: licet vtrumqꝫ sit contra fidem catholicam ⁊ ecclesiam. Sed contra quia iudei dicuntur infideles: ⁊ tamen confitentur vnū deū. Respondet ꝙ sicut pagani errāt circa totam fidem iudeorum. ⁊ ideo dicuntur infideles: sic iudei errāt circa totam fidem xpi que dicit catholica sunt em̄ a pietate religionis christiane alieni.

¶ De origine heresum ⁊ quomodo possunt repelli.



Secunda consideratio est vnde habuit originem heresis. Pro cuius declaratione notandum qd̄ ſm Isid. viij. ethimologiarum. c. iij. ⁊ xxiiij. q. ij. c. heres. Heresis ab electione vocatur. ꝙ scilꝫ vnusquisqꝫ id sibi eligat qd̄ illi esse videtur vt phi: paripathetici. achademici epicurei: ⁊ stoici. vel sicut alij: qui peruersum dogma cogitantes arbitrio suo de ecclesia recesserūt. Exinde ergo heresis dicta est greca voce ex interpretatione electionis sue: qꝛ quisqꝫ arbitrio suo ad instruenda siue ad suscipiēda quelibet ipse sibi elegit. Nobis ergo ex nostro arbitrio nihil inducere licet nec eligere qd̄ aliquis de arbitrio induxerit. apostolos dei habemus auctores qui nec ipsi quicꝗ̄ ex suo arbitrio qd̄ inducerent elegerunt: sed acceptā a xpo disciplinā fideliter nationibus assignauerūt: ita ꝙ si angelus etiā de celo aliter euāgelizauerit anathema vocat hec ille. Ex his patet ꝙ heresis habuit ortū ab electione ꝓprij iudicij: quia non eligunt ea que sunt a xpo vere tradita. Sꝫ ea que sibi suggerit mēs propria. Volentes em̄ aliqui ꝑ se sacramenta scripturarum intelligere suis proprijs iudicijs inherēdo in hereses diuersas inciderunt ſm ꝙ dicit Augu. in libro. lxxxiij. questionū questione. lxix. Non potest inquit oriri error qui palliat nomine xpiano nisi de scripturis male intellectis: ⁊ hoc ideo: qꝛ ātecedentia ⁊ subsequentia non contulerūt. Vnde ibidem solet circumstantia scripturarū illumiare sententiā. Nec etiā alia loca scripture contulerunt vnde hereses sunt orte per se legendo que cōferendo repulse sunt: quia conferentes diuersas sententias adduxerūt que ex se inuicem mutuo inueniri potuerunt qualiter erant intelligende. Et ideo cōtra istos dicit Aug. in libro contra epistolā fundamēti. Nō crederem inquit Aug. euangelio: nisi qꝛ ecclesie catholice credo: igitur irrationabile ē aliquid scripture recipere ⁊ aliud non propriā electionē ⁊ iudiciū sequendo cum ecclesia catholica totā equaliter recipiat: vt certā: patet ergo vnde habet ortū heresis: qꝛ a propria electione.

¶ Quot sex sunt modi ex quibus cōuincitur ꝙ aliquis sit hereticꝰ.


Ertia conside ratio est scire que re-quiruntur ad hoc vt aliquis sit hereticus. Respondetur ꝙ sex. Primo ꝙ erret: quia error est gen⁹ heresis ſm Aug. de origie heresum circa principiū vbi dicit. ꝙ licet heresis sine errore esse non possit: tñ nō ois error est heresis. Superius aūt est a quo non cōuertit̄ consequētia. ſm ꝙ dicit. Aristo. in postpredicamētis. c. de priori. Scdo ꝙ erret i veritate: cū sit alius error fidei ⁊ alius operatiōis. dico ꝙ erret in veritate: q2 in ope errātes nō dicunt̄ heretici. Vñ Aug. in Iponosticon dicit ꝙ heresis sumitur circa falsas opiniones. Tertio ꝙ nō solum sc3 erret in veritate: que quidē est in sacra scriptura expssa. sed etiā extra scripturā ab apostolis credita: vt de symbolo apostoloꝝ aut ab ecclesia determinata. vt in symbolo ecclesie. Aut a sanctis annunciata confirmante ecclesia: vt in symbolo athanasij: aut eūtes cōtra determinationē ecclesie: oēs enī isti taliter errantes sunt heretici reputandi vt patet per Aug. de fide ad petꝝ. Quarto: ꝙ nō solū erret in hac veritate. sed ꝙ qñqꝫ ipsam cōfessus fuerit: q2 iudei ⁊ pagani licet errent in talibus tñ nunꝙ proprie dicūtur heretici: vt patet de significationē eorum quā ponit Augusti. de vera religione circa principium: et bene dixi proprie: quia large loquendo ſm Gofredum. omnis qui non tenet articulos fidei potest dici hereticus et sic iudei ⁊ pagani dicentur heretici. ⁊ hoc modo nō omnis hereticus est excōicatus. Quinto requiritur ꝙ non erret circa totum: sed circa partem. qm̄ qui totaliter errant dicuntur apostate. Sexto requiritur ꝙ non solum sic erret. sed ꝙ obstinate in errore persistat. vñ ſm Augustinū. Non qui falsas gignunt opiniones: sed qui eas pertinaciter defendunt sunt heretici reputandi vt iterū Augusti. ⁊ hoc xxiiij. q. iij. dicit apostolus. Si qui sententiā suā licet peruersam nulla pertinaci animositate defēdit. Sequitur querūt autem cauta sollicitudine veritatē corrigi parati cum inuenerint nequaꝙ sunt inter hereticos computandi: quia. s. non habent electionem cōtrariam doctrine ecclesie. Si quis autem pertinaciter determinationi vniuersalis ecclie resisteret heretic⁹ censeret̄: cuius quide3 auctoritas pricipaliter residet i petro. xxiiij. q. i. quotiens: et. cap. hec est fides. Et his patet ꝙ non quicunqꝫ deuiat a fide: sed qui pertinaciter deuiat proprie dicit̄ hereticus. hoc etiam alibi dicit Augustin⁹. hereticus est qui conceptā noui erroris perfidiā pertinaciter defendit ſm vero alexandrū de halis in. ij. summe sic tria concurrunt ad perfectā rōem heresis. sc3 falsa credulitas in rationabili: peruersa volūtas in cōcupiscibili: ⁊ defensionis siue impugnationis ptinacitas in irascibili. scdm primum attēditur illud Hiero. qui scripturam aliter

intelligit q sensus spũssancti flagitat a quo cõscripta est: lz de ecclesia non recesserit tamen hereticus appellari põt. Item dicit Isido. viij. ethimo. ca. vi. in fine. Sm primũ z secũdũ attẽditur descriptio Augu. li. de vtilitate credẽdi. et in glo. super verbo oportet hereses esse. i. Chorinf. xi. scz q hereticus est qui alicuius tẽporalis cõmodi z maxime glorie principatusq sui gratia falsas ac nouas opiniones vel gignit vel sequitur. Sm vero tertium sumptis primo z secũdo diffinitio attenditur que ponitur in glosa. super verbo audio inter vos scissuras esse. ca. eodem. Qui inquit in ecclesia dei praua sua dogma defensare presumunt heretici sunt. Patet ergo manifeste ex p dictis que requiruntur ad hoc q aliquis sit hereticus dicendus: q falsa credulitas peruersa voluntas z defensionis siue impugnationis pertinacitas. ¶ Notandum tamen Sm Tho. in. iiij. q si quis errat ad que explicite credenda non tenet non est hereticus: vt si quis putaret iacob esse patrẽ abrae: et huiusmodi: z cum cognoscit hoc esse cõtra veritatẽ fidei z scripture credit ei similiter z circa ea de qbus inter doctores sũt opiniões donec per ecclesiam determinatũ sit. ¶ Sed occurrunt due difficultates. prima est si dubii in fide sunt heretici reputandi. Et videtur q sic: quia scribitur extra de hereticis. q dubius in fide infidelis est: nec ei omnino credendum est: qui fidei virtutem ignorat. Item scribitur iacobi. i. Postulet autem in fide nihil hesitãs: q qui hesitat similis est fluctui maris: qui a vẽto mouetur z circunfertur: z subdit ibi causa dubitans vel hesitãs in fide duplex ẽ: z vir duplex animo incõstãs ẽ in oĩbus vijs suis. tales aũt sunt heretici: q nõ incõstãter: sed firmiter est credendũ. Sed in cõtrariũ videtur q Thomas fuit dubius in fide. nõ tñ ponit q fuit hereticꝰ. ¶ Pro declaratiõe huiꝰ difficultatis notandũ Sm Aug. de anchona. i li. de potestate. q. xxviij q aliquis potest dici dubius in fide quinq modis. Primo modo subrepticia tẽptatione. Secũdo veritatis elucidatione. Tertio impfecta adhesione. Quarto volũtaria hesitatione. Quinto pertinaci defensiõe. Primo modo dubitare in fide non facit hominẽ hereticum: quia est humane tentationis: non enĩ est in potestate hominis quin superueniat homini aliquid cogitandũ. Unde si subita subreptione vel dyabolica tentatione: quis incipit dubitare de aliquo articulo: vel de his: que sunt fidei statim si captiuat intellectum suum in obsequium xpi. vt deliberet hoc credere quod ecclesia credit: non cedit sibi talis dubitatio ad defectũ sz ad pfectuz. Unde apostoli ppt hmõi tentationis impulsum petebant. Adauge nobis domine fidem. Luce. xvij. Semper enim debemus rogare deum vt adiuuet incredulitatem nostram. Secundo modo non facit hominez hereticum: sed est christiane profectionis et per

fectionis. Ponunt enim doctores xpiane fidei illa que sunt magis determinata in fide sub dubitatio neque questionū: rationes pro et contra ad illa adducendo: nō quod de ipsa cōclusione dubitetur: sed vt veritas dicte cōclusionis magis clucidet secundum quē modū dicit phūs quod dubitare de singulis non est inutile. Per tales enim dubitatiōes pro et contra: rationes ad illa que sunt fidei adducēdo: veritas fidei prius opitulatur: et etiā contra impios defenditur: vt dicit Augustinus. Tertio modo non facit hominē hereticum: sed peccatorem et malum xpianum. Omnes enim peccantes secundum Crisō. imperfecte credunt eoipso quod nō viuunt secundum quod credūt: nam si perfecte adhererent quasi transituri de hoc mundo: non quasi in eternū mansuri. Quarto modo facit hominē errantem et incredulum: eo enim ipso quod aliquis eligit volūtarie credere quod vult: et discredere quod nō vult nō est paratus sequi in omnibus doctrinā ecclesie: et per consequens errat et infidelis reputandus est. Sed quantum recte facit hominē hereticū: quia non credere illa que sunt fidei et que inconcusse ecclesia tenet cum pertinaci defensione directe ad hereticos spectat. ¶ Ad primū argumentum dicendum quod dubius in fide varia electione: vt si quis credit quod vult et discredit quod non vult infidelis est: nō tamen hereticus: nisi pertinaciter defendat falsa que de deo credat: vel de tota: vel de parte sacre scripture a deo inspirate. Ad secundū dicitur quod loquitur de fide imperfecta peccatorum. Unde dicit glosa super illo. Conscientia peccati pressus dubitat de premijs celestibus et superuenientibus vento temptationis facile deserit fidem et statim secundum tentationis volūtatē distrahitur ad errorem et fit alienus a fide. ¶ Secūda difficultas est vtrum sequētes opiniones erroneam alicuius magistri sint heretici reputandi. videtur alicui quod sic. quia de falsis et errantibus magistris dicitur Mat. xxiij. Ue vobis qui circuitis mare et aridā vt faciatis vobis vnū proselitum. et cū factus fuerit facitis eū filium gehēne duplo quam vos. ergo discipuli sequentes doctrinam erroneam alicuius magistri heretici. reputandi sunt heretici: sicut ipse. In contrarium videtur esse: quia xps mādauit doctrinam phariseorū et scribarū seruādam esse. Matthei. xxiij. dicens. Super cathedram moysi sederūt scribe et pharisei omnia que dixerint vobis seruate et facite: secundum vero opera eorū nolite facere. Dicūt enim et nō faciūt. et cetera. ¶ Dicendum ad difficultatem quod diuerse opiniones doctorum sacre scripture si non pertineant ad fidem: et ad bonos mores. Absque periculo auditores vtranque opinionem sequi possunt. In tali enim casu locum habet: illud Romanorum decimo quarto. Unusquisque in sensu suo abundat. In alijs autē que pertinent ad fidē et bonos mores nullus excusatur si sequatur opi-

nionem erroneã alicuius magistri nõ quidẽ ꝓpter ignorantiam: quia tunc immunes haberentur a peccato qui secuti sunt opinionem arrij nestorij: ꝛ aliorum errantium in fide. nec etiã excusari potest ꝓpter simplicitatem ꝛ ignorantiam. quia in rebus dubijs potissime in his q̃ sunt fidei nõ est de facili p̄stãdus assensus. Ideo vt dicit August. iij. de doctrina xp̄iana. Consulere debet aliquis regulam fidei quaz de scripturarũ planioribus locis ꝛ auctoritate ecclesie percipit. Similiter Richardus super illo verbo Matth. xvij. Apparuerunt illis moyses et helyas. dicit ꝙ suspecta debet haberi omnis veritas: quaz non confirmat legis vel ꝓphetie scripture auctoritas. Qui ergo assentit opinionẽ alicuius magistri contra manifestum scripture testimonium: ꝛ cõtra illud quod publice tenetur ſm ecclesie auctoritatẽ puto ꝙ ab erroris vinculo non potest excusari. Ratio autẽ que adducitur pro ista parte concedenda est quia si tales auditores magistrorũ cecitatem imitantur eorũ errores sequentes: ꝛ mores imitantes ꝛ p̄tinaciter contra ecclesie mandatuz defendentes. non solum errantes verũ etiã heretici reputandi sunt. Ad illud vero quod in contrarium adducebatur dicendum ꝙ signanter premittitur super cathedrã: vt intelligatur ꝙ illa que pertinẽt ad cathedre doctrinã veritatis ꝛ iusticie seruanda sunt ꝛ facienda p auditores. Illa vero q̃ sunt contra fidem et bonos mores non spectant ad cathedram veritatis ꝛ iusticie. sed potius ad cathedram falsitatis et pestilentie.

¶ De quinqȝ modis heretico ꝝ. et quomodo heresis se extẽdit ad tria genera credibilium. ꝛ quid ꝓprie de hereticis est sentiendum.



Quarta cõsideratio ẽ scire quot modi sunt hereticorum. Respõdetur ꝙ quinqȝ principaliter. Primus est eorũ qui errant circa cerimonialia. vt p3 de heresi Nicholaitarũ quorũ facta se xp̄s odisse testatur. p3 apoca. ij c. Isti Nicholaite ſm Isido. viij. ethimo. ca. v. dicti sunt a Nicholao dyacono ecclesie hierosolimorũ. qui cum Stephano ꝛ ceteris cõstitutus est a petro. qui ꝓpter pulchritudinẽ relinquens vxorẽ dixerat: vt qui vellet ea vteretur versa est in stuprum talis consuetudo: vt inuicẽ coniugia cõmutarentur. quos Iohannes in apocalipsi reprobat dicẽs. Sz hoc habes ꝙ odisti facta nicholaitarũ. Secũdus modus est eo ꝝ qui errãt circa sacrã scripturã. sicut Faust⁹ qui dãnauit vetus testamentuz: vt p3 per augu. cõtra faustũ. In hoc errore etiã fuerũt manichei. qui vetus testamentũ respuũt: ꝛ nouũ in parte recipiũt. Tertius modus est eorũ qui errant contra ecclesiam: sicut sunt greci contra ecclesiã tenẽtes per determinationẽ spiritũsanctum a filio non procedere. qui er

ros dãnatur de fidecatholica.l.fidelis. Quartus modus est eorum q̃ errant circa articulos fidei. sicut Sabelliani cõtra articulum incarnationis. Isti enĩ vnã psonam patris: et filij: et spũssancti asserunt. Quintus modus est eorũ q̃ errant contra sacramentũ ecclesie: vt manichei circa sacramentum eucharistie. et arriani q̃ dicũt sacrificia pro defunctis offerri non cõpetere. vt habet p Augu. de originе heresis. ¶ Sed nũqd ad omia credibilia heresis se extẽdit. Rñdet alexãder in.ij. summe sue q̃ heresis ad tria genera credibiliũ extendit p oppositũ ad fidem sm quãdã cõuenientiã analogicã. Nã ratio fidei ponit et principaliter est circa articulos fidei. et p oppositũ heresis. Secũdo fides extenditur ad illa q̃ docet sacra scriptura circa mores. vt q̃ fornicatio est peccatũ mortale. et p oppositũ heresis. Tertio fides extenditur ad hystorias in biblia contẽtas. et per oppositum heresis. Qui enĩ assereret aliquã hystoriã biblie esse falsam et hoc pertinaciter hereticus censetur. Primo credibilia prius credũtur: et postea intelligũtur. Secũda simul credunt et intelliguntur. Tertia credunt et nunq̃ intelliguntur. ¶ Sed quia in pcedentibus cõsiderationibus aliquã do locuti sumus de hereticis communiter. aliquãdo uo ppriе. Ideo pro reali inuestigatione hereticoꝝ introduco hic octo cõclusiones: q̃s ponit Franciscus de maronis vbi supra. Prima cõclusio est q̃ nõ omnes excõicati sunt heretici. q: excõmunicatio est pena peccati: nõ peccatũ. heresis autẽ est peccatũ. Itẽ etiã ecclesia faceret hereticos quotiens excõicaret eos. Item si excõmunicatio esset heresis frustra heretici excõicarentur: quia vnum simile non punitur per simile: q: cuꝫ iam essent heretici frustra hereticarentur per excõicationem. Itẽꝫ nullus potest se absoluere ab excõmunicatione: et tñ oĩs hereticus potest se ab heresi retrahere. omĩa ista patent per canones. Secunda cõclusio est q̃ quidã excõicati sunt circa excõicationem ipsam. heretici qui. s. cũ excõicant nõ credũt vim cultum excõicationis aliquã efficaciam habere. cuius oppositũ determinat ecclesia. Item etiã eius oppositũ determinatur in sacra scriptura. ad gal. i. de anathemate ei9 qui euangelizat preter fidẽ catholicam. Itẽ idem habetur primo et secundo capitulis. de illo incestuoso: quẽ paulus excõicauit. Itẽ ista censura tradita est ab apostolis ecclesie. vt dicit. c apstoe. xxiiij. q. iij. Tertia cõclusio q̃ nõ oẽs scismatici sunt heretici. quia Augu. de origine heresum distinguit inter scisma et heresim. Itẽ in principio de vera religiõe distinguit scismaticos cõtra hereticos. Itẽ scisma originatur ex inobedientia. heresis autem ex ignorantia. vt ait augusti. super Iob. Itẽ donatiste prius fuerunt scismatici q̃ heretici. vt ptꝫ p Augusti. de origine heresum. Quarta conclusio est. q̃ quidam scismatici circa ipsum scisma fuerunt heretici. vt illi qui non credunt obedien

dum vni ecclesie. quia vnus articulus fidei ẽ de sancta ecclesia catholica: quem descripsit beatus mattheus. Item claues ecclesie fuerũt tradite petro apostolo. Math. xvi. Item claues ecclesie fuerũt ei tradite Joh. xxi. Item Augu. de fide ad petrum ponit inter fundamẽta fidei obediendum ecclesie. et ibidẽ patet ꝙ putans non obediendum esse ecclesie militat contra articulum fidei et sacram scripturam et auctoritatem sanctorum. et talis est hereticus. sed si obediendũ credat sed non velit: talis videtur eẽ scismaticus. Quinta conclusio ꝙ non omnes symoniaci sunt heretici. quia papa Alexãder distinguit inter symoniacos et hereticos. vt habetur in. iiij. sententiarũ. dist. xxv. Item aliquis potest esse symoniacus nõ errando in fide: vt credens se malefacere dum spiritualia emit. Itẽ i. q. i. c. reperiũtur. datur alia pena symoniacis. quia anathematis obprobrio condemnantur: atq; a participatione corporis et sanguinis xp̃i alienantur. Et si fuerit accusatus suscepti honoris gradu priuetur et in monasterio perenni penitentia traditur. et illi qui hac causa munerum acceptores extiterunt si clerici sunt honoris amissione mulctentur. Si vero laici perpetuo anathemate condemnentur. vide ibi. Itẽ in quinto libro distiguitur titulus hereticorum a titulo symoniacorũ. Sexta conclusio est. ꝙ quidam symoniaci sunt heretici. quia Augu. de origine heresum symoniam ponit heresim primã. Item. extra de symonia. c. quotiẽs. appellat symoniam heresim. Itẽ. i. q. i. c. presbyter. vbi dicitur symoniam esse heresim nullus fidelium ignorat. Itẽ iiij. sententiarum dist. xxv. dicitur ꝙ non est dubitandum de symoniacis: ꝙ heretici sunt. ¶ Sed oritur difficultas: qui symoniaci sunt heretici: et qui non. Respondetur ꝙ illi qui ementes spiritualia nõ putãt se errare aut malefacere: seu ꝙ vendẽtes ea sunt heretici: quia cõtra auctoritatẽ xp̃i gratis accepistis: gratis date. et contra auctoritatem Petri in actibus. et cõtra determinationem ecclesie militantis vt patet et causis preallegatis. Itẽ illi qui confitentur male facere si nolunt omittere propter superbiã aut auariciam. non sunt heretici: quia habent errorem in opere: non in fide. Septima conclusio: ꝙ non oẽs sortilegi sunt heretici: quia pena hereticorum nõ imponitur sortilegis qui diuinationem faciunt in tabulis vel codicibus. vt habetur extra de sortilegis. c. in tabulis. Itẽ nõ est sacerdos hereticus qui vocauit infantem vt inquireret furtum ecclesie. ibidem ca. ex tuarum. Item de sorte que fuit missa in electione ep̃i que non damnatur vt heretica ibidem in. c. ecclesia. Item titulus sortilegiorũ in hoc separatur a titulo hereticorum. Octaua conclusio est: ꝙ aliqui sortilegi sunt heretici: et inducuntur hic quattuor casus. Primus eorum qui dicunt sortilegia non esse illicita cum habeãt quãdoq; speciem pietatis: vt si propter spem recuperande sanitatis

fiant. Quod autem istud sit heretičum ꝓbatur: qu ia oppositū est ab ecclesia determinatū. extra de hereticis. c. i. Item ibidem dicitur esse peccatū grauissimū. licet autem nō sit heresis fornicari: tamē hereticū est dicere fornicationem licere. Secundus casus est in cerimonijs ecclesie qū quis abutitur eis ad sortilegia facienda: vt aqua benedicta vel cera vel incenso benedicto ⁊c. credēs habere efficaciā aliquā respectu talis effectus mali. quia q̄ male sentit de ecclesia est heretic⁹ contra articulū math. talis autem male sentit de ea putans malos effectus ex eius cerimonijs ꝓuenire. Tertius casus est circa articulos fidei vt cū quis abutitur verbis fidei: vt verbū caro factū est. ⁊ similibus designantibus vt sacrilegia causent credens ad malū. istud verbum efficatiam habere: quia talis male sentit de fide. et oīs talis est hereticus reputādus contra articulū iohānis in ꝓposito. Quartus casus ē i sacramētis noui testamēti: quibus abutuntur vt bruta communicātes: aut baptismū inaiatis cōferentes. tales eñi sunt heretici in duplici casu. Primo sic cōferre se credunt baptismi sacramentum rei inanimate. Secundo si putant sacramentū baptismi habere efficaciām respectu alicuius effectus mali: quia vterq; ipsorum male sentiunt de sacramentis ecclesie: ⁊ tales sunt heretici: vt patuit supra. Item qui dogmatizat ꝙ sacramentū baptismi potest conferri etiam irrationabilibus etiam est hereticus reputādus: ⁊ per consequens qui credit talem errorem. Itē qui diceret ꝙ sacramentum baptismi potest habere efficaciam respectu alicuius mali esset hereticus. cum male de ipso sentiret sacramento ⁊ errorem teneret. ⁊ per consequens qui credit hunc errorem: non est catholicus. ¶ Sed oritur difficultas si talis ab heresi potest aliquo modo excusari. Dicitur autem ꝙ sic quia aliquis potest illo vti non intelligēdo cōferre sacramētum: nec putando habere efficaciam malaꝫ sed solum intendens seruire dyabolo vt habeat suum intentum. talis nō errat nisi in opere sicut faciunt ydolatre. Secūda difficultas si sortilegium est sacrilegium dicit̄ autem ꝙ sic ⁊ maxime: quia maxime sacramēta leduntur cum quis eis abutitur ad obsequium demonum. Tertia difficultas est quare talia sortilegia dicūtur habere maximā efficaciam. Rūdetur ꝙ causa est quia demones quorum ministerio talia fiunt maxime delectant̄ aut appetūt illa in quibus summe de⁹ offenditur. Quarta difficultas est si tales sortilegi. sunt heretici magis q̄ symoniaci. Dicitur ꝙ sic. qꝛ maior est error sacramenta ecclesie contēptibiliter: immo abominabiliter pertractare q̄ ipsa emere vel vendere. Et hec sufficiant de consideratione quarta. in qua ostensum est quot sunt modi hereticorum ad quos scꝫ omnes alij reducantur vt cōiter. ⁊ ad que se extendit heresis quecūq;. ⁊ q̄d sentiēdū est quo ad rem. ⁊ ꝓprie loquēdo de hereticis.

¶ Quod vtile est esse hereses in ecclesia dei: lz i se hereses male sint.



Quinta consideratio est videre si est alicuius vtilitatis hereses esse in ecclesia dei. Dico q sic. qd ostenditur auctoritate apostoli. i. Corinth. xi. vbi dicitur. opz et hereses esse: vt qui probati sunt manifesti fiant in vobis. super quo dicit glosa. opz. i. vtile e etiā hereses esse sicut erant in his qui dubitabāt de resurrectione. scissure autem erant pro donis spūalib9. Uidens enim dyabolus templa demonum deseri: z nomen liberatoris z mediatoris curare genus humanū mouit hereticos. qui sub noie christiano resisterent doctrine christiane. Qui eñi in ecclesia xpi moribū dum quid prauūqz sapiunt si correcti: vt sanum rectumqz sapiant resistunt contumaciter: suaqz pestifera dogmata emendare nolunt. sed defensare persistūt. heretici sunt. Et hi etiam sic malo suo prosunt veri catholicis: dum deus vtitur etiam malis bene. et diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Roma. viij. omnes inimici ecclesie vel cecati errore: vel malicia deprauati prosunt. quia si accipiunt potestatem affligendi corporaliter exercent eius patientiam. si vero male sentiēdo aduersantur exercent ei9 sapientiam. ab aduersario eñi mota questio discendi existit occasio. Multa quippe ad fidez catholicā pertinentia dum hereticorū callida inquietudine exagitātur vt aduersus eos defendi possit z considerantur diligētius z intelligūtur clarius z predicantur instantius. Hereticorū eñi genus callidū est non spiritu sapientie: sed impatiētie. Dum pacē catholicam perturbant in vsum cedit proficientium sm illud. Filius eruditus sapiēs erit. Imprudente autem ministro vtet. Utatur ergo z hereticis non vt eorz approbemus errores: sed vt catholicam doctrinam aduersus eorū insidias asserentes vigilantiores z cautiores simus. Prosunt ergo nobis heretici non vera docendo quod nesciunt: sed ad verū querendū z aperiendū catholicos excitando. Ideoqz diuina prouidētia multos hereticos permittit z cum insultant nobis z interrogant nos que nescimus vel sic excutiamus pigritiam z diuinas scripturas nosse cupiamus. Unde ait. Oportet hereses esse. non vult apl's: nec optat vt hereses sint: sz quia sic futurum est dicit: z q hoc vtile est. Ad quid est vtile subdit vt non tantū reprobi qui dicunt: ego sum pauli: sed etiam qui probati sunt in vobis. id est inter vos sicut illi qui dicunt ego sum xpi. manifesti fiant hominibus: hi eñi deo probati sunt qui bene possunt docere. sed manifesti esse hoibus non possunt nisi cum docent. docere autem nolunt nisi qui doceri q̄runt. Sed multi ad querendū pigri sunt nisi per molestias z insultationes hereticorz quasi de grau

somno excitentur. hec ibi. Ex quib9 patet manifeste vtile esse hereses non in se. quia male sunt sed quia earum causa excitantur catholici viri ad ꝯsiderādas veritates fidei catholice et sacre scripture qui prio inaduertēter quasi somno graui dormiebant.

¶ Quod .xiiij. sunt hereses repullulantes istis tēporibus.



Exta consideratio huius secundi libri exprimit hereses repullulantes et quasi de nouo orientes. vt nostrū fidei fortalicium ꝑ vias subterraneas subuertant. q: in occultis feruent non attendētes ꝙ est turris fortitudinis a facie inimici. Et ꝙ q: supra firmā petrā fundatū ruinari non possit. et licet non dubitetur plures esse. quia dato vno incōuenienti plura contingunt: illas tamen solū que ad mei noticiam venerunt gladio fidei trucidare lumine altissimi precedente conabor. Sunt aūt predicte hereses in numero .xiiij. Prima est ꝙ nullus potest saluari sine circūcisione carnali. Secūda est ꝙ xp̄i euangeliū est falsum. Tertia ꝙ cōfessio sacramētalis nō valet ad remissionē peccatoꝝ sed sola cōtritio sufficit. Quarta est ꝙ confessio nō est fienda hoi sed soli deo. Quinta est ꝙ dato ꝙ cōfessio hoi sit facienda solum est fiēda proprio sacerdoti. Sexta est ꝙ non tenetur aliquis cōfiteri sacerdoti si laye9 sit ꝑito. Septima est ꝙ non est obediendum nisi soli deo. Octaua ꝙ dato ꝙ obediendū sit hoi. non tamē existenti in peccato: et ꝙ solū boni sacerdotes habēt ptātem ligandi atqꝫ soluendi. Nona est non officium et ordo sed meritū bone vite hꝫ ptātē soluendi et ligandi consecrādi et benedicēdi. Decima ꝙ nō est vera relaxatio vel indulgentia episcopi in consecratione ecclesie vel alias indulgentias concedendo. Undecima est. ꝙ suffragia vel orationes ꝓ mortuis ab existētibus in mortali factis nō proficiunt. Duodecima ꝙ non est purgatorium. Tredecima ꝙ nō est alia vita nisi ista. Decimaquarta et vltima ꝙ illi qui sunt nati in tali signo vel facto non possunt euitare peccata ad que inclinātur.

¶ Quod xp̄iani qui vtuntur circūcisione carnali post euāgelij publicationē sunt heretici reputandi et vt tales puniendi.



Rima heresis in his solū oritur ꝙ de iudaismo venerūt fortassis attendētes ad illud Gen. xvij. Masculus cui9 preputiū caro circūcisa nō fuerit delebitur aīa illa de populo suo. q: pactū meū irritū fecit: et etiā q: xp̄s circumcisus fuit. Pro exclusiōe huius scelerate heresis pono duas cōclusiones et post primā respōdebo ad obiecta. Prima est ꝙ erroneum est xp̄iano vti circūcisione carnali. Scda est ꝙ necessariū est xp̄iano

vti circũcisione spũali. Prima3 sic deduco. Qui vere xp̃ianus ē fact⁹ est noua creatura per baptismũ pa tet. ad gallath. vltimo. Si ergo re‑deat ad circũcisionem carnalē effi‑citur vetus creatura. cũ accipiat sa cramentũ inueteratum qd̄ iā cessa uit sicut ostēsum est supra libro pri mo. cōsideratione. iij. art. vi. in pri‑mo puncto de cessatiōe legis moy‑si. Sed accipere sacramentum qd̄ iā cessauit est erroneũ ergo vti cir cũcisione carnali in viro xp̃iano ē erroneũ. ¶ Itē qui vtitur sacramē to qd̄ nihil valet errat. s3 xp̃ianus qui vtitur circũcisione carnali vti tur sacramento qd̄ nihil valet. ergo valde errat. maior est nota. minor ē apostoli vbi supra dicētis. in xp̃o eni iesu neq3 circũcisio aliquid va‑let neq3 preputiũ: quasi dicat equa lia sunt deo circũcisio et p̄putium nec vnũ nec alterũ valet ad salutē Sed noua creatura. i. regeneratio ⁊ noua vita. Nouā enim creatura3 dicit nouā vitā per fidē xp̃i vt di‑cit glo. Et iterũ ad Gal. v. In xp̃o iesu neq3 circumcisio aliquid valet neq3 preputiũ sed fides que per di lectione3 opatur. sup quo dicit gl. Fides nō vtiq3 ociosa q2 fides sine operibus non saluat. Jaco. ij. S3 que operatur per charitatē dicitur et pprius opus fidei ipsa dilectio est sine dilectione fides inanis est. fides cũ dilectione xp̃iani est. Alia i. fides sine dilectione demonis est Nam et demones credũt et contre miscunt. qui autem non credũt tar diores sunt ⁊ peiores q̄ demones. Sed multũ interest vtrũ quis cre dat ipsum esse xp̃m an credat i xp̃3 Nam ip̃m esse xp̃m demones credi derunt. nec tñ in xp̃m crediderunt Ille eni3 credit in xp̃m qui sperat in xp̃3 et diligit xp̃3. hec ibi. Mul tũ ergo errat quicũq3 xp̃ianus qui vtitur circũcisione carnali cum in xp̃o nihil sibi valeat et cũ ostendat se fidē ociosā habere. ¶ Item ter tio arguit sic. quicunq3 de libero se facit seruum multum errat. s3 xp̃ia nus qui vtitur circuncisione carna li de libero se facit seruũ ergo mul tum errat. maior patet q2 efficitur crudelis sibipsi. minor est apostoli ad Galath. v. vbi vtrunq3 ostendit dicens. Itaq3 fratres mei nō sum⁹ filij ancille s3 libere qua libertate xp̃s nos liberauit. Super quo di‑cit glo. nō sumus filij ācille q2 non sumus serui peccati vel legis sed libere. s. iherusalem celestis qui est populus nouus regni celorũ ⁊ non alio modo sum⁹ filij libere sed per eā libertate3 qua libertate. i. p quā libertatē xp̃s nos liberauit. q̄ imu‑nis a peccato et dilectiōe obediēs fuerit. libertas ergo qua liberati sumus a xp̃o est peccatoꝝ remissio et fidei p operantis dilectionē iu‑stificatio. hec ibi. Secũdũ ostēdit c. eodē dicens. State ergo ⁊ nolite iterũ seruitutis iugo cōtineri. Ec‑ce ego paulus dico vobis qm̄ si cir cuncidimini xp̃s nihil vobis pde rit. Super quo gl. dicit Galathas hortatur ne se iugo legis velint su bijcere ⁊ terret periculi cōminatio ne. et q2 per xp̃m liberi estis ergo state ⁊ firma fide. fixo pede pmane te i libertate ⁊ nolite cōtineri iugo

seruitutis.i. legis q̃ in seruitutem generat. Et addit iterũ nõ qꝛ gala the prius legẽ custodierint sꝫ duꝫ circũcisionis et legaliũ obseruatio nũ iugo se subiiciebãt quasi ad eos dẽ reuertebant̃ cultus quib⁹ i ydo latria ante seruiebãt. qꝛ nõ ẽ leuior hec legis seruitus q̃ ydolatrie. No ta terribile verbũ gloriosi Iheronimi. sequitur Iheronimus autēꝫ ista legalia post xp̃i passionẽ siue i eis spes ponatur siue nõ obseruantibus. dixit noxia esse nisi dispẽsatorie custodiantur et s̃m hoc locus hic ita exponitur. si circũcidamini nihil vobis xp̃s ꝓderit qꝛ circũcisio iam non solum prodest sꝫ obest Anteq̃ noua inciperet predicatio oportuit circuncidi nunc aũt lege xp̃i succedente nihil proderit fideli addita circumcisio sꝫ oberit. mai⁹ enim malum est ex libero seruũ fieri q̃ nasci. hec in glosa. Et hoc habetur manifeste qꝫ magis peccat xp̃ianus circũcidens seipm̃ vel filium suum q̃ iudeus eodem genere peccati ꝛ ceteris paribus circũ stãtijs. Patet etiam ex prehabitis qꝫ xp̃ianus vtens circumcisione nimis errat cum se faciat veterẽ creaturam nouam deserendo vt patuit argumento primo. Et quia circumcisio nihil ei valet vt patet argumento primo et secundo. ꝛ de libero se facit seruum vt patet argumẽto. iij. ¶ Item quarto arguitur sic. Quicunqꝫ de amico dei se constituit inimicum eius et ei odiosum valde errat. Sed christianus vtẽs circũcisione est talis. ergo valde errat. maior est nota. minor probatur per locum a minori. quia si iudeus vtens circũcisione est blasphem⁹ ꝛ in cõtinua ira ꝛ odio dei vt declaratum fuit superi⁹ libro primo consideratione tertia ar. vi. in scd̃o pũcto. ergo multo fortius erunt blasphemi et in cõtinua ira et odio dei quicũqꝫ xp̃iani vtentes circũcisiõe ꝛ tãto grauius peccãt q̃ iudei q̃to ipsi confitẽtur iesuꝫ xp̃m esse filiũ dei ꝛ virginis marie verum messiã venisse in mũdũ et cõplesse ꝑ mortẽ suam quod fuit per deũ ꝓmissũ. ¶ Et quo elicit correlariũ dñs cesariensis in tractatu cõtra sarracenos dicens. Quicũqꝫ manifeste intelligere põt q̃ grauissimũ peccatum cõmittũt et in q̃ ꝓfundissimã heresim incurrunt neophiti de iudeis facti xp̃iani. Si postq̃ receperũt baptismũ cõfitẽtes fidẽ xp̃i qꝫ fuit natus de virgine qꝫ mortu⁹ fuit ꝛ resurrexit et ascendit ad celos ipsi redeunt sicut prius ad obseruandũ sabbatũ ꝛ volendo sicut prius seruare legẽ moysi nõ comedere ea que in illa prohibentur. ꝛ si circũcidũt filios suos postq̃ baptizati sunt in hoc non debẽt habere aliquã patientiã xp̃iani qꝫ non corrigãt qñ talis actus venerit ad noticiã suam cũ sit ex toto ꝛ totaliter actus fidei xp̃iane cõtrarius. qꝛ ex quo mysteriũ circũcisionis et spes aduent⁹ messie et illud quod quis expectat nõ habet ipso facto intelligitur qꝫ tales circumcidentes faciunt professioneꝫ iesum xp̃m non eẽ natũ ex ꝟgine nec crucifixũ nec mortuũ nec resuscitatũ nec ascendisse ad celos. hec ille. Manifeste

iste doctor ostendit i predictis omnes xpianos vtentes circũcisione esse hereticos. ¶ Sed nũquid sũt aliqui tales isto tempore certe nõ sum testis de visu. sed illi qui viderunt filios xpianorũ circũcisos ꝓpriis oculis testimoniũ perhibuerunt et ꝑhibent et scimus q verũ est testimonium eorum. Et vt cooperiret istud grauissimum crimẽ et peruersam heresim vnus xpianus habẽs duos filios circũcisos quorũ vnus est apud nos dixit hos sic natos cum circũcisione quod dictum quante irrationabilitatis et falsitatis satis notum est. Si enim istud esset possibile ꝙ circuncisio fieret in ventre matris in abraham primo circunciso ostendisset miraculose deus: et frustra fuisset culter lapideus ad circuncidendũ in lege. Et iterum quia non diceretur circuncisio ex quo per nihil preputium scissum est circuncirca. sed diceretur illud tale si sic accideret mõstrũ in natura propter defectũ materie. sicut ille qui nascitur cũ aliquo defectuoso membro. Itẽ quia cum natura intendit generationẽ nunꝙ deficit in membris generationis. in aliquo preputium autẽ est de complemento membri generationis: et propter hoc mouet dubium franciscus de maronis i materia de generali resurrectione si omnes resurgent cum circuncisione. et dicit ꝙ non quia preputium videtur pertinere ad integritatẽ hominis: ideo cum ea erit futura resurrectio: cum sic fuerint creati primi parentes. ¶ Sed tũc est dubium si christus cum preputio resurrexit dicitur ꝙ sic. q dicit apostolus ꝙ in virum perfectum. hec ille. Patet ergo irrationabilitas et falsitas illius dicti. ꝙ nati sunt ei filii circuncisi. Mulier etiam quedam in ciuitate zamorẽsi. habens duos filios paruulos circuncisos timens ꝙ hoc veniat ad noticiam cuiusdam ibidem: verbum dei predicantis et reprehendentis dure peccata malorum christianorũ die quadam cum transitum faceret ante domum dicte mulieris gardianus conuentus dicte ciuitatis exiuit ad eũ mulier illa et hylari vultu ipsum recipiens inter cetera dixit sibi. Nescitis domine quid accidit his duobus filiis meis. Cũ esset edificaretur hec domus noua et eẽt hic multum de calce iste paruulus ludens de calce intra preputiũ posuit propter quod calefacta virgula necesse fuit ꝙ vocaremus cirurgicum qui abscidit preputiũ eiusdem vt curaretur. Similiter iste alius paruulus ponens paleas intra preputium infirmatus fuit in virga. propter quod a cirurgico ẽt abscisum est preputium: et sic videntur circuncisi. Et tamẽ nõ fuit aliud nisi quod dictum est. Gardianus vero ille miratus est de verbo cum non quereret de materia ille et dissimulauit cognoscens fictionẽ satis coloratam. ¶ Sed quid amplius dolendum est nec sine amaritudine cordis exprimere queo. ꝙ adulti eorum qui iam longo tempore citra nomine xpiano gaudebãt aliqui circũcisi sunt. Cum enim predi

carem anno dñi. Millesimo.cccc. lix. in villa metine de campis & relatum fuisset mihi per virum religiosum eiusdem gentis q essent ibi plures heretici occulti qui asserebant iesu christi euangelium esse falsum vt dicetur infra: zelo fidei succensus predicaui ibi plures sermones de excellentia nostre fidei damnando errores predictos vt dominus mihi dedit. Certificatus sum deinde quasi sex mensibus elapsis per illũ qui bene nouerat eorum secreta. nihil occultum qđ non sciat q eo tempore quo ibi predicabatur fuerunt in quadam domo dicte ville secretissime occulti fere. xx. eorum noviter circũcisi pro vulneribus circũcisionis sanandis. Alij vero conuersi sunt ad iudaismũ sicut de eadem villa: et credo q vnus magistrorum qui dicebatur magister Franciscus medicus vendidit secrete que possidebat in iherusalem profectus factus est iudeus. sicut mihi rex retulit p̃nte quodã iudeo medico qui idẽ asseruit fore verum. De pluribus alijs dicitur q preparant se secrete vt similiter faciant illum dyabolico consilio deo permittente. qui ꝓpter eorum peccata dat eos i reprobũ sensũ. ¶ Isti tales xp̄iani vtentes circũcisione inimici dei et magis heretici sunt illi de quibus paulus ad Tytum in primo ca. enumerat. xv. cõditiões pessimas. s. q sunt inobedientes. vaniloqui: seductores: vniuersas domos subuertentes: docẽtes que non oportet. mendaces. crudeles. gulosi. non sani in fide. intẽdentes iudaicis fabulis. auertentes se a veritate. confitentes se nosse deum factis negantes. abominabiles incredibiles. ad oẽ opus bonum reprobi: cuius verba ad litteram sunt hec. Sunt enim multi inobedientes vaniloqui et seductores maxie qui de circũcisione sunt quos oportet redargui qui vniuersas domos docentes que non oportz lucri gratia. Dixit quidã ex illis ꝓprius eorum propheta. Cretenses semper mendaces. male bestie ventris pigri: testimonium hoc verũ est. quã ob causam increpa illos dure vt sani sint in fide non intendentes iudaicis fabulis et mandatis hominum auersantiũ se a veritate: omnia enim munda mundis. Coinquinatis autem et infidelibus nihil mũdum sed inquinate sunt eorum et mens et conscientia. Cõfitentur enim se nosse deum. factis autem negant cum sint abhominabiles & incredibiles et ad omne opus reprobi: super quo glosa ordiaria sic dicit. Inobedientes in se. vaniloqui ad alios & seductores circũuẽtionibus et cuiuscũq generis fraudibus maxime qui de circũcisione sunt. i. de iudeis qui sub nomie xp̄i iudaizare docebant. Renati enim in xp̄o non puri erant xp̄iani: quia partim legem partim christum venerari volebant. de quibus subdit quos oportet redargui. ideo q ipsi sunt qui subuertunt vniuersas domos id est totam familiam docentes que non oportet et hoc faciunt gratia turpis lucri. s. terrene rei ꝓ terrenis acquirendis. dixit quasi

tales vere sunt sicut dixit quidam ex illis qui eos nouerat. Iste sunt epigmides cretensis. In cuius libris hoc inuenitur nomen eius nō commemorauit apostolus. quia inter prophetas dei non inuenitur. pphēta quia verū dixit. ⁊ si pphēta esset illorum non dei ⁊ proprius illorum quia eorum naturam bene aperuit quod vtiqꝫ ad hoc dictum est ne dei pphēta videretur sꝫ illorum. Cretenses semper sunt mendaces: expertus sum et longo tempore hanc mendacij ppriaetatem non dico iocosam sed perniciosam in viris religiosis eiusdeꝫ gentis qͣs sanctos primitus reputabam. nūc vero angelos sathane in lucis angelos transformatos potius reputaui. Cum secundum verām conscientiam nihil in eis nisi simulatā equitatem senserim que duplex est iniquitas. male bestie. s. sanguineꝫ sitientis: ⁊ ventris pigri. id est gulosi. ⁊ ideo pigri. Et ne minus credas ei quia gentilis erat. eius verba commendat apostolus dicens. Testimonium hoc verum est quia vanis atqꝫ superfluis gentiliū superstitionum et poeticarum sententijs abrasis atqꝫ decisis. quod purum repertum fuerit ad ministeriū domus dei assumendum est. Quaꝫ ob causam quasi doceret quod nō oportet quaꝫ ob cām increpa illos non vt soles molliter sed dure vt sani sint in fide. i. vt recte credāt quasi dicat non recte credunt. ¶ Ego enim vidi quandam pesquisiam que casu venit ad manus meas. Et que facta fuit cōtra hanc gentē in ciuitate toleti. ⁊ inter multa que ibi legi. vnde notatur ꝙ aliqui eoꝝ nō sunt sani in fide sicut ea q̄ sequūtur. Primo ꝙ filios suos circūcidunt. Secundo ꝙ sacramentū altaris nihil aliud est nisi quedam cerimonia vt sacerdotes trahant gentes ad deuotionem. Tertio ꝙ mittunt etiam oleum et habent lāpades in synagogis iudeoruꝫ. Quarto ꝙ obseruant sabbatuꝫ sicut iudei ⁊ operantur occulte die dominica. Quinto ꝙ faciunt iuramēta. sicut iudei in cōtractibus suis dicētes ꝙ per nomē creatoris viui veri qui fecit mare et arenas ⁊ celuꝫ et stellas: ⁊ dederit tabulas legis moysi ꝙ ipse daret ⁊ solueret etc. Sexto ꝙ fides catholica erat quedā truffa ⁊ ꝙ nihil aliud erat i hac vita nisi nasci ⁊ mori et ꝙ totū aliō vanitas erat. Septimo ꝙ cū in periculis se videbāt nūqꝫ nominabāt xp̄m nec beatam virginē sed dicebāt adiuuant te Adonay. Octauo ꝙ virgo maria nō erat nominanda qꝛ fuerat quedā peccatrix que stat sub cauda iuda. Nono ꝙ in die iouis sancto occidebant agnū et comedebant. Decimo ꝙ cū sunt in ecclesia non attēdūt cū eleuatur corpus xp̄i nec signāt se nisi cum dimidia cruce. Undecimo ꝙ fingunt paruulos in periculo eēꝫ nascuntur et dicūt ꝙ ppter periculū baptizant eos ⁊ nō est sic sicut de duab⁹ filiabus alfandari cursoris demorū inuenitur ibidē ꝙ cū eēnt. xviij. annorū fuerūt baptizate. Duodecimo ꝙ faciūt circa defunctos oēs cerimonias iudeoꝝ. Tredecīo ꝙ cōtrahūt

matrimonia in gradu ꝓhibito sine dispēsatione ecclesie. Decimoquarto ꝙ mittunt paruulos ad synagogas: vt doceantur in eisdē. Decimo quinto ꝙ deridēt de sacramēto baptismi: ⁊ de cerimonijs que fiunt a sacerdote. Decimosexto ꝙ dant publice ad vsuras antiquis xp̄ianis in lege xp̄i dicēdo: ꝙ dicti xp̄iani sunt sui inimici ⁊ legis. Et ideo nō peccant dando ad vsurā eis: immo ꝙ cū hoc faciant lucrantur indulgentias. Decimoseptimo ꝙ non curant de excōicationibus: nec de absolutione accipienda. nec credunt nec intelligunt si sunt excōicati: ꝙ sunt excōicati ꝓpter debita ad que tenētur. cum ꝓpter illa soluenda excōicantur. ⁊ si soluunt hoc faciūt vt non capiātur: vel vt non euitentur. sed non timore dei: nec vt euitent periculū animarū suarū. ⁊ cū hac incredulitate non curant de absolutione dicētes. ꝙ soluto debito amotū est peccatū. ⁊ ꝙ nō indigēt absolutione. ⁊ sic dimittunt se stare excōicatos toto tpe vite sue. Decimooctauo ꝙ raro audiūt missam ⁊ diuina officia raro ⁊ confitentur ⁊ si veniunt ad confessionē. hoc faciunt ꝓpter verecundiā. ⁊ vt non expellantur ab ecclesijs. et nunꝙ confitentur aliquod peccatum: sed opera virtutis ⁊ sanctitatis: licet sciant publici pctōres. Decimonono ꝙ sacrm ꝯfessiōis ordinauerūt xiij. ebrij ꝗ fuerūt cā ꝙ occiderētur ꝑ mūdū plures ꝗ. xx. mille ꝑsone. Tricesimo ꝙ sunt ydolatre. qꝛ inuenit in eadē pesquisa ꝑ illū testē ꝗ vidit iuramēto pstito ꝙ Alfonsus gundisalui de faro predicte ciuitatis ciues ⁊ ꝑdicte gētis cū Mencia alfonci vxore sua habebāt i eadem domo vnū retabulū de petra tabulis coopertū cū ianuis suis: i quo erant. iiij. imagines lignee firmiter coniuncte lapidi illi. figura vnius illaꝝ erat hois lōgi magne ꝙtitatis habētis coronā aureā ⁊ a sona infra erat ymago illa nigra sicut carbo. Tres vero ille imagines habebāt figurā domicellarū. erant tn̄ nigre sicut carbones habētes capillos protensos: sed nigros. Et dixit testis ille iuratus ꝗ vidit ꝙ predicti tenebant dictum retabulum in quodaꝫ loco occulto scꝫ i tecto camere quadrate in qua dormiebant. ⁊ claudebatur tabulis cū clauis. Cum vero erat pulsata campana pro aue maria precipiebant predicto testi cum eis cōmoranti vt ascenderet ad predictum locū cum quadam scala qui amouebat clauos ⁊ tabulas illas. ⁊ extrahebat predictum retabulum: et ligato fune vsꝗ ad eorum manus suspēdebat. Qui recipientes illud faciebāt ꝙ predictus testis adoraret imagies illas ⁊ deosscularetur ora ipōꝝ dicēdo ꝙ erāt sancti ⁊ statim extingwebant cādelas: ⁊ crucibula que incensa tenebant ⁊ orabāt magno spacio ante ydola illa i arabisco vsꝗ ad galli cantum. In qua hora vocabāt iterum predictum testem ⁊ faciebāt ꝙ verum eleuaret retabuluꝫ illud ad predictum locum claudēdo sicut prius diligenter. Dixit etiā ꝙ qualibet die hora meridiana illud

faciebant ⁊ ꝙ hunc laborē habuit ꝗdiu vixit cū eis. Dixit etiā de illis ꝙ comedebant carnes per totam quadragesimā: sextisqȝ ferijs ac in diebus sabbatoꝝ. Uicesimo primo ꝙ sunt peiores heretici ꝗ̄ arriani ⁊ quicunqȝ alij qui contra legē xp̄i errauerunt: sicut patet in predicta pesquisa de errore didaci gomes baccalarij filij de mosen iohā. eiusdē gentis sicut affirmauit iuramēto interposito. Aluarus fernandi medicus predicte ciuitatis conicinꝰ presentatus in testem in forma iuris. dicit enī ꝙ loquendo de lege xp̄i ⁊ lege iudeoꝝ cū eo ꝙ dixit ei predictus baccalariꝰ ambulate: qꝛ nihil scitis: qꝛ si sciretis scripturas quas nos habemus vos miraremini. Qui dixit sibi. Que scripture sunt ille: qꝛ ego sepe pertrāsiui testamētū vetus ⁊ nouū: ⁊ cum hoc etiā signaui plura loca predicte scripture. Respōdit predictus didacus gomes baccalarius tota ipsa scriptura est ꝓ populo: sed nostri litterati alias scripturas habēt maioris certitudinis: et maioris auctoritatis. Cumqȝ predictus testis cogitaret ꝙ illa essent aliqua magna mysteria sctissime trinitatis: vel incarnationis vel verbi diuini. seu natiuitatis xp̄i. mortis vel resurrectionis: vel sanctissimi sacramēti altaris: dixit sibi ꝙ ostenderet eidē. Et ipse respōdit ꝙ totū erat scriptum in hebraico. Et iterum dixit ei. Quid ē illud quod est ibi scriptū vltra illud quod tenet in biblia. Respondit ei ꝙ hec erant secreta rerum preteritarū. scilicet quis fuit Abraam: et adhuc xp̄s: ⁊ quis Machometus: ⁊ quos spiritus habuerūt quilibet eoꝝ ⁊ ꝙ mirabantur de gentibus qui credunt tot insipiētias sicut dicunt: quia abraam querebat spiritū qui respōderet suis petitionibꝰ ⁊ non inueniebat. Quadā vero die abraam existente nudo in quodā circulo cōuocādo spiritū qui ei responderet nihil vidit de quo posset sanguinē extrahere nisi de virga virili sua: ⁊ circūcidit se: ⁊ cū cecidit sanguis statim respōdit sibi spūs saturni ⁊ ꝙ totū aliud erat derisio quedam. Et dixit ei spiritus ꝙ in annis saturni sunt octoginta puncta: ⁊ ꝙ quicquid diceret sic erit: ⁊ ꝙ illa puncta reuelauit spūs abraae ⁊ Abraam filijs suis. ⁊ sic p illa ꝓphetabāt ꝓphete. Dicit etiā ei ꝙ iesus xp̄s habuerat spiritū mercurij. ⁊ ꝙ addiscebāt cū vno magno rabino ipe iesus ⁊ iudas scarioth ac alij iudei: ⁊ ꝙ iesus fuit filocaptus de quadā iuuēcula iudea. qḋ cum cognouit ille rabinus posuit excōicationē sup iesum xp̄m per x. dies: ⁊ in octauo die dilatauit excōmunicationem. per. xx. ⁊ deinde dilatauit. per. xxx. dies. Et cū hoc vidit iesus xp̄s recessit ⁊ separauit se ab illo rabino. ⁊ ꝙ incepit ꝑdicare contra magistrum suū: ⁊ ꝙ sic ambulādo appropiquauit vnꝰ predictorum octoginta punctoꝝ saturni: et dixit ꝙ posuit se iesus xp̄s ad seruandum punctum illū per partem suam: et rabinus ille per suam ⁊ iudas similiter. Et di

Dixit q rabinus ille & iudas dormierunt: & q iesus christus vigilauit optime: et cum venit ille punctus dixit q dixi iesus xps. Dne deus miserere omniu qui me audierint & in me credet. & in hoc excitatus est rabinus. Tace mala morte moriaris tu & tui credentes. Excitatus etiā iudas dixit. Male finias ego si de te non dedero malum finē: & dixit q sic totū impletuz fuit & q iudei maledicūt illum rabinū quia excōicauit iesum xpm dicentes. q si non excōicauerat eum totū mundū conuerterat ad iudaismū. Et ideo vtrūqz maledicūt: sz plus iesum xpm: q maledixit eos Dixit etiam vlterius q machometus habuit spiritū martis. Et tot & tanta dicebat iste testis q habebat in scriptis q plus videbātur stulta figmenta cōposita malitiose & ex inuidia & peiora q dixerāt Arriani & manichei. Dicebāt etiā q per malam artem iesus xps fecerat in morte sua terremotum: et q propter talia prophete fuerant occisi. quia vtebantur malis artibus: & q sic etiam a simili fuerant mortui sicut mali & falsi per iusticiam. & taliter mortui sunt qualiter opera fecerunt. Dicebat enim q sectū sacramētū altaris ordinatum fuerat in formā hostie rotūde sicut sol: quia erat sacrificiū solis & q iupiter sol & mercurius ordinauerant legem xpianorum: sic q iupiter accepit habitum: mercurius sermonez: sol vero sacrificiū. Et cum predicta & multa alia abhominabilia audiuit predictus testis ab illo didacogomecij non solum contra legem iudeorum: sed etiam christianorum: dixit q separauit se ab eo. Vidit enim q̄ sic ex pediebat ei: quia peiora videbantur predicta q ydolatrare. Dicebat enim si in isto qui est graduatus in scientia & filius doctoris talia inueniuntur: quid erit in aliis Dixit etiam predictus testis q tātum cognoscebat de predicta gente q plus crederet vni sarraceno qui iuraret sibi in lege sua q vni cōuerso q iuraret sup scta dei sibi euangelia. & q boni inter eos sunt pauci. Et p maiori parte sunt augures sortientes: creditores malarum rerum: somniatores: intromissi in oibus aliis artibus. Vicesimo secūdo q sacerdos quidam eiusdē gentis consecrauit die quadam quinqz hostias: quarum vnā sumpsit & alias tradidit fratribus suis & nescitur quid factū est de illis. Hec & plura alia continentur in predicta pesquisia que breuitatis causa obmitto. ¶ Itē me existēte in ciuitate Segobiens anno millesimo.cccclix. cum iudei celebrarent festum tabernaculorum: & vnus iudeus timeret puniri ab alio in synagoga propter aliquod peccatum commissum recommendauit se cuidam christiano algazelo iudeorum vt veniens in synagogaz presens nō permitteret punitionem eiusdem. Qui veniens vidit synagogam plenam hominibus orantibus ac illustratam luminarium multitudine. Et cuz ad ianuam synagoge permaneret exi

uit vnus capite cooperto: qui cu; quesiuisset ab eo quis esset: agnouit cū esse vnum de conuersis pre dicte ciuitatis. Qui miratus et volens videre amplius inuenit plures alios ibidē cu; iudeis habitu et oratione cōformes: que oia predictus algazelus oibus volētib' audire publice affirmabat. ¶ Itē in villa de formesta hui' regni castelle: quidam barbitonsor eiusdē gentis. Cuius nomen Fernādus sanctij publice dixit: et sepe idem affirmauit. scil; q iesus xps non erat verus deus: nec credebat in eū: et q deus nūq habuerat filiū: s; q solū credebat i illo vno deo q fecit celū et stellas: mare et arenas ¶ Ite; peruersus hereticus fuit accusatus coram dño petro palētino qui facta inquisitione inuentū est testimonijs septē testiū eadem dixisse: vt ego vidi in pesquisia q ad manus meas deuenit p mādatum dicti epī qui cepit predictu; malū xpianū. et timore mortis potius q amore veritatis abiurauit heresim ibi publice vbi peccauit. Deinde fuit absolutus ab excōicatione in forma iuris per me ex cōmissione mihi facta per predictu; diocesanum et demū positus in carcere a quo exire ſm ius non debebat. Rogaminib' tñ multo:ū libe ratus a carceribus: relegatus est exilio a predicto loco decē annis. hec acciderūt anno dñi. M.cccc. lviij. In predicta villa notarius publicus pesquisie fuit petr' martini calderon. testes vero Rodericus garsie de Alua: et alfonsus lupi tonsor. et Alfonsus de villa regali faber. et Alfonsus sanctij: et agmilar. et Fernādus sanctij pretor. et alfonsus fernādi Romo. et Gundisaluus pancho macellarius. Fertur etiā q est liber quidem apud eos quē cōposuit magister Martinus toletanus astrologus cōtra fidem catholicā qui liber ne cognosceretur q ab ipso factus esset verso nomie suo ipm intitulauit: q2 ipse lingua nostra vocat Martin. et ex hoc verso noie intitulauit illum librum nitram. Ex quibus omnibus manifeste patet q nō sunt sani in fide plures eorū: vt dicit paulus. Increpa ergo illos dure: vt sani sint in fide. i. vt recte credāt sicut dictū est. ¶ Sequit textus cū glo. nō intēdētes iudaicis fabulis litteralis obseruantie. In qua nemo iustificatur apud deū et mandatis hoim. q2 mādata legis post manifestā veritate; iam hoim et nō dei mandata sunt: hominū dico auertentiū se a veritate spūalis intelligentie. Quicqd em aduersus veritatē opponitur humana inuētio est. Ideo mādata hoim et fabulas appellat que narrāt: quia nescientes vim scripturarū interiora verborum legis colorē sequuntur: nō saporem. Putant enim nunq recedendum esse ab his que moyses tradidit: vtputa de escarum differentia. Omnia enim quasi se auertunt vere a veritate: quia omnia humanis vsibus concessa munda sunt mūdis. scilicet illis qui fide bona sumunt et iusti sunt. quod ipi negant. ideo quia in lege quedam

Moyses prohibuit: & ab immundis mundandis creuit. hoc autem non sm naturas quas deus creauit intelligi voluit: sed sm signifificatiões. Omnia ergo mūda sunt mundis sm naturam in qua creata sunt. Unde in genesi. Vidit de⁹ cuncta que fecerat: & erant valde bona. Secundum significationes tamen quedam immunda sunt iudeis: nec nobis omnia apta sunt: vel propter salutem corporum: vel propter cõsuetudinem humane societatis. Cum ergo cuiq sua redduntur & naturalē ordinē seruant omnia mūda sunt mundis. Cōtaminatis autē per peccata & infidelibus. scz qui non credūt in deū vel deo nihil mūdū est: q nō sunt dignis donis dei: sed & mens. id ē intellectus & conscientia eorū inq̄nate sunt quasi non ex cibo est inquinatio eorum: sed ex malo intellectu & cõscientia peccatorum. Et vere mens & conscientia eorum coinquinate sunt. quia confitentur q̄dem verbis se nosse deū factis autem negant. vnde. i. Jo. ij. dicitur. Qui dicit se nosse deū: & mandata eius non custodit mendax est: si negatio non tantum lingua fit: sed & factis certe multos inuenimus antichristos qui ore confitentur christum: & moribus dissentiunt ab eo Quisquis factis negat christum antichristus est. Tales enim sunt omnes mali catholici qui non verbis: sed factis negāt. Nolite ergo esse de fide securi. adiungite fidei recte vitam rectā vt christum cōfiteamur verbis vera dicendo et factis bene viuēdo. Nam si cõfitemini verbis & nō factis. fides taliū morū proprie est fides demoniorū. Cum sint quasi se cõfitētes nosse deū cum tamen sint abhominabiles. id est deo odibiles & incredibiles. i. nec abiles credere: & ad omne opus bonū reprobi. i. a deo reprobati. vt non habeāt gratiam ad bene operandum. hec in glosa.

¶ Patet ergo ex pdictis quales sunt illi xpiani qui vtunt circūcisione carnali: & quomodo incidūt in crimen heresis. & ppterea sunt dure reprehēdēdi & digne castigādi ab illis quorū officium est errores contra fidē catholicam inquirere. Et sic patet prima conclusio huius primi erroris. s. q erroneū est immo hereticū est xpiano vti circūcisione carnali.

¶ Ad argumenta super que fundari videbatur predicta heresis. licet ex precedentibus satis pateat eorz solutio dicit tū q lex illa Ge. xvij. masculus cui⁹ pputij caro circūcisa &c. Durauit vsq verus messias xps cā in seipso impleuit. & pmissa fuit vsq post euāgelij publicationē.

¶ Ad scdm i quo dicit q xps fuit circumcisus. ergo & nos debemus circūcidi. Rñdeo q istud argumētū peccat ex defectu imaginationis. Cogitāt eñi heretici q causa quare xps fuit circūcisus in carne fuit: vt et nos taliter circūcideremur: sed non est sic. Et licet multe assignētur a doctoribus rationes quare voluit circumcidi dominus

sensus: in presenti tamen sufficiunt tres. Prima est vt ipse se ostenderet filium Abrae: cui preceptū circuncisionis erat factum: et promissio nasciturí seminis. et sic dei promissionem assignaret impletā. Secunda ratio: vt circuncisionem sicut et alia legalia suscipiēs ab onere legis nos liberaret dando fines legi scripte. Tertia ratio vt fratrē iudeorum se ostenderet ne haberēt iustam occasionem ipsum repellendi. Sic ergo impleuit preceptū domini. Infans octo dierum circumcidetur Gen. xvij. Et sic manet lex illa vacua iure quo erat plena ante xpi circūcisionem: ex quo facta est plenitudo promissi. et plene fuit declaratum supra libro primo consideratione tertia articulo. vi. Et quia inter ceteras hereses hec feruet pro presenti intantū: vt plurimi etiam adulti circūcidantur et vendit⁹ omnibus exeunt regnum: iudei efficiātur: vt dictum est. Ideo cum hec pestis rabida conetur ex toto subuertere legem xpi. Ideo viriliter resistendum est. precipue a diocesanis et inquisitoribus heretice prauitatis. ac etiam a predicatoribus euāgelicis. Necnon a principibus brachij secularis. et ab omnibus militibus et veris catholicis. quia non est minus quin hec massa sit multū corrupta in occultis. et iō multū periculosa. quia sm Bern. super cātica plus nocet falsus catholic⁹ quā si vere appareret heretic⁹. et nulla efficacior pestis ad nocēdū quā familiaris inimic⁹: q̄les sunt isti inter nos. vnde dñs Ezech. xiij. c. illos q̄ non resistunt hereticis acriter reprehēdit dicens. Non ascendistis ex aduerso: nec opposuistis vos murum pro domo israel: vt staretis in prelio. Ex aduerso enī ascendere et pro domo israel se opponere murum est pro defensione catholice veritatis cuicumque heretico domū israel que est ecclesia cupiēti destruere totis viribus obuiare. quod Urbanus videtur innuere. i. q. iij. c. saluator predicit in euangelio circa finem seculi pseudo christi et pseudo prophetas surgere et multos seducere. et fideles suos in mundo multas habituras pressuras. sed tamen portas inferi nō preualituras. proinde: vt ait apostolus. i. Corinth. x. oportet eē hereses: vt qui probati sunt manifesti fiant oportet nos cum propheta ex aduerso fugere et murum opponere pro domo israel. et cum apostolo: vt dicitur Act. xiiij. per multas tribulationes intrare in regnū dei quoniam non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriā que reuelabitur in nobis. Ro. viij. Ex quibus datur intelligi quod cōtra quascumque hereses insurgētes oportet catholicos ex aduersos cōsurgere et se murum opponere pro defensione fidei catholice intantū etiam si papa fuit hereticus et fidem molitus fuerit destruere orthodoxam oportet catholicos omnes animose obuiare. et ideo non immerito prohibentur neophiti ordinari. distin. xlviij. c. quoniam. §. i. Et assignatur in textu cū glosa duplex causa. Prima ne incidant in superbiam. putātes quod fides xpiana multū indiget

illis. Secundo quia nondum sunt experti statum ecclesie vel religionis. nec sciunt modos personarum. Item non ieiunauerunt. non steterunt. nec fleuerunt. nec probati sunt Unde tales nec ad minores debent promoueri nec tonsurari. xv. xix. q. iij. monasteriis. ¶ Secunda conclusio est quod necessarium est christianis vti circumcisione spirituali. De qua loquitur Bern. in sermone circumcisionis dicens. Fratres nos circumcidi necesse est. non littera: sed spiritu et veritate. circumcidi non in vno membro tantum: sed in toto corpore simul. licet enim magis in ea parte: in qua mandata est iudeis circumcisio regnet concupiscentia: vniuersam tamen occupat carnem. a planta pedis vsque ad verticem capitis non est in nobis sanitas. nec est pars aliqua que tabida non sit hoc veneno. hec ille. Ex quibus patet quod nos christiani debemus nos circumcidere: non in vno membro tantum: sed in omnibus. Sicut enim ridiculum esset si quis in partem barbam suam raderet. sic qui in parte circumcisionem spiritualem facit et in parte se circumcisum reliquit. Debemus ergo nos circumcidere interius et exterius. Interius quantum ad cognitiones et desideria. et exterius quantum ad singula membra et opera. hec est circumcisio viciorum quam necesse est quod faciamus. quia hec est que facit christianum iustum et sanctum. ¶ Sed notandum vlterius quod potest predicta conclusio deduci ex quadruplici similitudine qua solet aliqua res circumcidi. Primo ad euitandum corruptionem. Secundo ad procurandum fructificationem. Tertio ad demonstrandum distinctionem. Quarto ad attingendum congruam situationem. ¶ Primo ergo aliqua res debet circumcidi ad euitandum corruptionem. solet enim res aliqua circumcidi ne alia corrumpatur per ipsam. Videmus enim quod quando in pomo est aliqua pars putrida et corrupta nisi circumcidatur: pars sana per aliam corrumpitur: dens etiam putridus ab ore expellitur: ne per eius fetorem totum os corrumpatur: et ita de membro putrido respectu corporis. Sic debemus nos circumcidere a peccatis: ne per vnum peccatum anima corrumpatur. et sic amittat vitam gratie. et per consequens vitam glorie. Et ideo scribitur Deutro. xxx. Circumcidet dominus deus cor tuum et cor seminis tui: vt diligas dominum deum tuum ex toto corde tuo: vt possis viuere. Et nota quod dicit circumcidet dominus deus cor tuum. Ista enim membra in quibus sunt iste turpes infirmitates corrodentes solent circumcidi: ne per morbum membra aliqua corrumpantur. Et certe peccatum in corde est infirmitas corrodens omnia bona gratie. vnde sicut vinum corruptum corrumpit dolium. et nimius calor cibum ita cum peccatum fit corruptio. et sit quasi quidam morbus infernalis qui quando incipit oportet membrum circumcidi. Est enim ignis vsque ad consumptionem deuorans: animam corrumpit et comburit. ideo dicitur cor circumcidi: ne aia corrumpatur. Ideo dicitur Deutro. x. Circumcidite prepu:[illegible]

cordis vestri. Ad hoc pertinet qd dicitur in beresith quitanna super Gen.xvij. vbi dicitur. Et dabo pactum meum inter me: et inter te &c. rabi aquiba dixit. quattuor preputia sunt. dicitur enim preputium in aure, de quo scriptum est Hier. vi. Cui loquar et quem contestabor vt audiat. ecce preputiate sunt aures eorum et non poterunt attendere. Ecce verbum domini factum est eis in obprobrium non volunt ipsum. Dictum est etiam preputium oris: sicut scriptum est Exo. vi. Et ego preputiatus labijs &c. Dictumque est preputium in corde Hiere. ix. Et omnis domus israel preputiati sunt corde. et rursus est dicens. Leuit. xxvi. Et inducam eos in terram inimicorum suorum. vt vel tunc supplicet vel humilietur cor eorum preputiatum. et tunc placeret pro peccato suo. Et iterum Deutro. xxx. et circumcidet dominus deus cor tuum et cor seminis tui. Dicitur denique preputium in corpore. Gen. xvij. Et preputiatus masculus qui non circumciderit carnem preputij sui abscidetur anima illa de populis suis. hec rabi aquiba. Circa quod notatur in pugione. quod sicut quattuor sunt genera preputij. sic eodem modo sunt quattuor genera circumcisionis. quorum tria. s. auris: cordis: et oris. que spiritualia sunt: pro omnibus sunt necessaria. Quartum vero genus. quod corporale et vmbra reliquorum siue figura. ex quo venit messias noster preceptorum spiritualium magister. Non solum est inutile: sed etiam omnibus ipsum facientibus damnosum et valde pernitiosum: sicut declaratum est in precedenti prima conclusione. Circumcidatur ergo preputium auris. oris. et cordis nostri ne anima corrumpatur. quia secundum Greg. peccatum quod per penitentiam non diluitur mox suo pondere ad aliud trahit. ¶ Ista circumcisio debet fieri cum cultro penitentie. aliter homo moreretur. quod figuratur. Exo. iiij. vbi habetur quod angelus domini docuerit contra filium moysi. et eum occidere voluit: vt dicit glo. Tulit ergo sephora acutissimam petram: et circumcidit preputium filij sui. Iste filius circumcisus quem vult dominus interficere est malus christianus. sephora est ecclesia. interpretatur enim placens deo. Que petra acutissima circumcidit filium suum quando iniungitur penitentia. vnde acuta est per amaram cordis contritionem. acutior per confessionem. acutissima per satisfactionem. et certe acutum debet esse instrumentum quo non solum septem dierum: sed multorum annorum abscindi debet anime preputium. Unde Ber. abscidatur ferro acute compunctionis vlcus inueterate consuetudinis nisi ergo acuta penitentia circumcidaris. acuta sententia occideris. Et ideo scribitur. Gen. xvij. masculus cuius preputij caro circumcisa non fuerit delebitur anima illa de populo suo. Sicut etiam faciendum est in re publica que per vnum malum hominem. latronem. homicidam. adulterum. crimine pessimo maculatum &c. huiusmodi corrumpitur. vnde tales circumcidendi sunt per iusticiam et mortem. sicut ouis morbida ne

pereat grex. ¶ Secundo ostendi-tur predicta conclusio ex secunda similitudine: qua solet aliqua res circumcidi. s. ad procurandum fructificationem. Uidemus enim quod vinee et arbores circumciduntur: vt meli⁹ fructificent. nisi enim superflua resecarentur non fructificarent. sic et nos tenemur nos circumcidere. i. a peccatis purgare. aliter quicquid laboramus nihil prodest. nec partem in bonis ecclesie. nec celestis glorie habemus. frater enim mortuus non potest habere partē in bonis a fratre viuo acquisitis. nec cibus corpori ministratus prodest membro putrido vel absciso. Ita certe homini existenti in peccato non prosunt bona ecclesie quantum ad meritū glorie. quia abscisus est a corpore ecclesie per meritū: licet non per numerū. Et ideo necesse est nos a peccato purgari: vt habeamus fructum de bonis ecclesie. et partē in bonis celestis patrie. Et ideo possunt dicere peccatores de bonis. illud Gen. xxxiiij. si circuncidamus masculos nostros &c. Per masculos qui dominātur feminis et generāt intelligitur veritas que est dña in potētijs aie et generat bona opera que debet circūcidi ab omni immundicia. quod figuratur. Gen. xvij. vbi habet quod abraā fuit circūcisus cū filijs suis et seruis suis. Abraā qui interpretatur pater multarū gentiū est voluntas a qua habentur bona opera filij eius alie potentie. serui eius et sensus corporis. que oia debent circumcidi. voluntas ab omni malo vitu et membra. ab omni malo actu. os. oculi. auris. et sic de alijs. vnus enim homo potens et diues non daret filiam suam vni rustico habenti vile et turpe artificium. sed habēti nobile daret. Ita deus valens. nobilior. ditior. et potētior nō dabit eternam gloriam habenti vile ac turpe artificium peccati. sed nobili habēti omnia necessaria. nā homo tendens ad habendū filiam alicuius magni: solet se decentius gerere et a vilibus retrahere. Unde dicūt angeli illud. Gen. xxxiiij. nō possum⁹ facere quod petitis. et dare sororem nostram. i. gloriā eternam homini incircūciso. hoc est immūdo. sed in hoc valebimus federari si esse volueritis nostri similes. i. vacare mūdicie. et circumcidatur in vobis oīs masculini sexus. hoc est purgetur voluntas ab omni peccato. Et sic patet quod necessarium est xpianis vti circumcisione spirituali, si volunt fructum beatitudinis acquirere.

¶ Tertio ostenditur predicta conclusio ex tertia similitudine qua solet aliqua res circūcidi. scilicet ad demonstrandum distinctionem. Solet enim aliqua res circumcidi vt a re alia melius cognoscatur vel distinguatur: vt patet in omnib⁹ que vt distinguantur ab alijs solent circumcidi in auribus: vel in locis alijs. patet etiam in equis et pluribus alijs. Sic et nos debemus a peccato circumcidere: vt a familia dyaboli distinguamur vnde peccatum in anima signum est dyaboli. et circumcisio a peccato signum est dei. Ideo dicitur. Ad philippēses tertio capitulo.

Nos sumus circumcisio qui spiritu servimus deo. & gloriamur in xpo iesu. et non in carne fiduciã habẽtes. Et nota ꝙ dicit nos sumus circumcisio. i. circumcisi. & vide ꝙ isti armigeri qui seruiũt istis magnis dominis solent esse in noua tunica stricte cincti. stricte calciati. cum alba cucufa. cum serto pulchro. Ita illi qui seruiunt deo debent habere tunicam nouam pulchre ꝯscientie. stricte cincti cingulo castitatis et sancte affectionis. bene calciati exemplis sanctorum. cum alba cucufa intentionis recte que facit elevare capillos. i. cognitiões ad deũ habentes in capite sertum de pulchris floribus. i. deuotis orationibus. talis sic circumcisus est de familia dei. vñ sicut miles cognoscitur ẜm arma. sic ad signum peccati vel gratie cognoscũtur filij dyaboli vel dei. vnde Hiere. iiij. Circũcidimini domino. et auferte preputia cordium vestrorum. quasi dicat sitis circumcisi sicut decet famulos dei Gen. xvij. Circumcideris carnẽ preputij vestri. i. a vobis omnẽ immundiciam auferetis. vt sit signum federis inter me & vos. i. vt sit signum ꝙ estis de familia mea. necessariũ est ergo xpianis vti circũcisione spũali. vt distinguatur a filijs dyaboli. ¶ Quarto ostenditur predicta ꝯclusio ex quarta similitudine qua solet aliqua res circumcidi. s. ad attingendum congruam situationem. Uidemus enim ꝙ lapides anteꝙ̃ in edificio collocentur diligenter circumciduntur: vt melius in edificio valeant ordinari. Sic si volumus in edificio paradisi situari. oportet nos circumcidi ab omni peccato & poliri virtutibus & bonis operibus. Unde sicut lapides melius sculpti & politi et decorati solent poni in locis nobilioribus: ita magis boni & magis purgati & ornati ponentur in loco superiori & nobiliori. Nam ẜm excellentiam meritorum recipient anime distributionẽ premiorũ: et ideo dicit beatus Gregori⁹. Urbs beata iherusalem dicta pacis visio que construitur in celis viuis ex lapidibus: & angelis coornata: vt sponsata comite. platee & muri eius ex auro purissimo. Porte nitent margaritis abditis patentibus & virtute meritorũ illuc introducitur ois qui ob xpi nomen hic in mundo premitur. Tonsionibus pressuris expoliti lapides suis cooperantur locis per manum artificis disponunť permãsuri sacris edificijs. Igitur diciť Exod. xij. Si quis peregrinorũ in vestrã voluerit transire coloniam. id est agriculturã vel cultũ religionis: a colo colis: & facere phase circũcidetur prius: patet quo modo necessarium est xpianis vti circũcisione spirituali peccatorũ si volũt tanꝙ̃ viui lapides collocari i gloria beatorum.

¶ De heresi eorum qui dicũt euangelium esse falsum.



Secunda heresis est eorum qui dicũt euangeliũ esse falsum. quorũ motiuum est: ꝙ

quotienscunq; in aliqua doctrina inuenitur aliquid falsum tota illa doctrina iudicatur falsa. q2 sm apostolū ad galath.v. modicū fermentū totā massam corrūpit. Sed sic est de euangelio xpi vt dicūt: ergo etc. Istud probāt q2 i euāgelio Mat.in.c.ij.inuenitur allegatum. vt impleretur qd dictū est per prophetam. Ex egypto vocaui filium meū. dicunt isti q in nullo inuenit pphetarum. Itē dicunt de illo qd scribitur infra eodē ca. vt adimpleretur quod dictuz est p prophetas. quoniam nazareus vocabitur. quia hoc etiā in nullo prophetarum inuenitur vt ipsi dicunt. Cōcludunt ergo totum euangelium esse falsuz

¶ Hunc errorem deprehendi cum predicarem in conuētu metine de cāpis. q2 in predicta villa multi de eodē genere erant eodem vulnere vulnerati. vt mihi per fide dignos et etiam de eodem genere fuit intimatū. Cōtra quos pdicaui eos eē non solum pessimos hereticos totum euangelium dānātes. sed etiā insipientes et ignorantes scripturas pphetarum nō legentes in quibus expresse continetur quod euāgeliste affirmāt. Primum inuenit expresse in primo.xij. pphetarū minorū. s. in Osee in.c.xi. in pricipio vbi dicitur. Puer israel et dilexi eū et ex egypto vocaui filium meum. Ista auctoritas habet duplicē sensum vnum litteralem q2 verificata est ad litteram de populo israel vocato a domino de egypto, pfectius tamen de domino iesu xpo qui est filius dei naturalis. Alij aūt sunt filij tm per adoptionem sicut et illa auctoritas que habet.i. paral.xxi. Ego ero illi in patrem: et ipse erit mihi in filium. ad litteram intelligitur de Salomone: tamen minus pprie de domino autem nostro iesu xpo pprijssime vt dicit apostolus ad Hebr.i. dicens. Cui eniz aliquando dixit angelorum fili9 me9 es tu etc. Et iterū et ego ero illi in patrem. et ipse erit mihi in filium. et hoc modo intelligit euāgelista b quod dicitur Osee.xi. vt dictuz est Item possumus sicut dicit Ihero. in omel. aliter consolari hunc locū propter contentiosos. quoz cōsuetudinem Paulus apostolus se habere denegat: et ecclesiam xpi. et testimonium pferimus et minimis dicente Balaā. in.c.xxiiij. De9 eduxit illum de egypto cuius fortitudo similis est rinocerōtis. i. vnicornis quod est animal fortissimū. sed capitur in sinu virginis adolescentule prouocatus ad eius canticum dulcissimum. Sic et filius dei fortissimus cuius fortitudini nemo resistere poterat in sinu adolescentule virginis Marie ad eius dulcissimū canticum Ecce ancilla domini: prouocatus incarnatus est et mā suetissimus factus. Et sicut in morte vnicornis vt legitur in eius venatione due domicille concurrunt. quarum vna portat gladium. et altera vrceū quarum cantu inebriatus que portat gladium eum occidit percutiēdo eum in corde. et que vrceū portat recipit sanguinē quo purpura tingitur imperator. Sic in morte christi accidit domicella

portans gladium fuit synagoga q̄ ipsum occidit. Sed domicella portans vrceum fuit ecclesia catholica que sanguinē eius recipit qua purpura imperatorum .i. corum aie rubricate sunt cum fidem xp̄i receperunt. et non solum illi. sed ⁊ oēs fideles eodem sanguine lauantur ⁊ mundissimi efficiuntur. Apoc. i. Dilexit nos ⁊ lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. licet ergo predicta auctoritas non inueniat ab hereticis p̄dictis insipientibus in lxx. interpretibus. querant vbi dictum est et inuenient. Secūda auctoritas inuenitur in primo maiorū pphetarum .i. mosayca. c. xi. vbi dicitur. Egredietur virga de radice iesse: et flos de radice eius ascēdet vbi hebraica veritas sic habet. et nazareus de radice eius cōsurget. Nazareus interpretatur flos vel floridus. Ihero. autem transferēs secutus est interpretationem vocabuli dicēs. ⁊ flos de radice ⁊c. Euāgelista vero scribēs secutus est veritatem habraicam. qr cum p̄dicta prophetia exponeretur de messia ad litteram. virga de radice iesse ē beata virgo que descendit de genere Dauid ⁊ sic de radice iesse q̄ fuit pater dauid: alio nomine dictus Ysai. et fuit virga rectissima sine aliqua obliquitate peccati. xp̄s vero fuit ex ea consurgens velut flos pulcerrimus. qr speciosus forma pre filijs hoim. psal. xliiij. Ipse est ergo nazareus: quia tot⁹ floridus et pulcerrimus. Ipe nazareus qr in nazareth conceptus sicut patet Luce. ij. et qr in nazareth nutritus sicut patet Math. ij. Predicte prophetie que vacue erant ante aduētum xp̄i in eius aduentu implete fuerunt. sicut patet Mathei. ij. qr monitus Ioseph per angelum vt fugeret in egyptum cū puero ⁊ matre eius propter Herodē. ⁊ q̄ esset ibi vsq3 dum vocaretur iterum per angelum defuncto Herode. sic factum est vt patet ibidem. Et sic de egypto dei filius fuit vocatus ⁊ veniens habitauit in ciuitate nazareth. vt patet ibidem et sic est impleta secunda pphetia non solū qr ibi conceptus sed etiam qr ibi habitauit ⁊ fuit nutritus licet in bethleem natus et in iherusalem occisus. ¶ Itē dicūt euangeliū Marci esse falsum: ex eo q̄ in eius principio dicitur vnum falsum. Scribitur enim ibi. Initium euangelij Iesu xp̄i filij dei sicut scriptum est in Ysaia ppheta. ecce ego mitto angelum meum ante facie3 tuā qui preparabit viam tuam ante te vox clamantis in deserto. preparate vias domini recte facite semitas eius. Modo dicunt isti. patet q̄ primum est falsum. s. ego mitto angelū meū ante faciē tuam cum nullibi reperiatur in Ysaia sed in malachia. Dicendū est ad hunc errorem secūdum q̄ notat Nicolaus de lyra q̄ Marcus ante eius conuersionem ad fidem fuit instructus in lege: ⁊ prophetis. ⁊ ideo incepit suū euangeliū. in vno contextu prophetias coniungens: quaru3 prima scribit Malachie. iij. ⁊ secūda Ysa. xl. Verūtamē Marc⁹ hic solū exprimit Ysaiā prophetam dicens. sicut di-

etus est in Isaia ppheta. qr lz ambo pphete vno spiritu pphetauerint. Isaias tamē principalior est altero. et ideo solus nominatur et quia auctoritas vltima ē ipsius Isaie. res autem denominatur a fine. Ideo nō falsum dixit Marcus sed verū nominando Isaiam: et subticendo malachiā. Item Bern. et ponitur in glo. isall. Nota q hoc testimonium Ecce ego mitto angelum meuz. est Malachie. vtrunqz tamē dicit esse Isa. qr et si non verba sensus tamē inuenitur in Isa. et manifesti9 inuenitur in hoc versu. vox clamātis in deserto. Angelus enim qui mittitur ante faciem est vox clamātis in deserto. preparauit autem viam dicens. Parate viam domini. facite rectas semitas. potuit enim pro malachia. Isaie nomen diuinitus occurrere. nec voluit marcus emēdare. qr omnes prophete vno spiritu locuti sunt quasi vno ore. Utraqz solutio satisfaciat cuicunqz intelligenti. et satis concorditer ad ppositum veritatis et ad cōfusionem malicie opponentis crimen falsitatis euangelio christi qui non solum verum dixit per euangelistas suos. sz etiā est ipsa veritas. vt patet Joh. xiiij. ¶ Supradicti inciderunt in hanc peruersam heresim edocti a quodam religioso hispano eiusdez gentis in flandria qui eis legit aliqua capitula biblie. vt fertur in occulto damnando legem euangelicā cum essent ibi mercatores. et taliter impressit errorem predictum et alios in eis q venientes in hispaniaz multos alios peruerterunt in occultis. Et isti sunt illi de quibus supra dixi i prima heresi. q fuerūt absconditi quasi per mensem p sanando vulnere circumcisionis. et q expectant in breui facere transitus in berberiam cuz illo Nosso nequā qui eos expectant secrete in ciuitate hispalen. vt facto transitu ibi libere efficiantur iudei. Qui hoc nouit testimonium perhibuit. et scim9 qr verū est testimoniū eius.

¶ De heresi eorum qui negāt cōfessionē valere ad remissionē peccatorum.



Tertia heresis ē eorum q negant cōfessionez valere ad remissionē peccatorum. Sunt enim nonnulli xpiane religionis inimici q asserunt q cōfessio non valet ad remissionē peccatorum. qd pbare nituntur auctoritatibus et rōib9. Prio sic de9 gratis remittit peccatū nō merito hominis ergo nec p cōfessionē. si enim p confessionez remittitur peccatū merito remittitur confitētis. ¶ Scdo sic. apostolus ait ad Tytū. iij. nō ex opib9 iusticie q fecimus nos sed fm suaz miaz saluos nos fecit: ergo non per confessionē ¶ Tertio sic fm apostoluz ad Ro. ix. non est volentis neqz currentis sed miserentis est dei. Prima enī gratia quam deus in nobis operatur est peccatorum remissio. ergo non mediante cōfessione sz dei miseratiōe remittitur culpa. nō ergo cōfessio est necessaria ad salutem. ¶ Secūdo hoc pbare nituntur auctoritatibus sanctorū. Primo auc-

toritate Ambro. super Lucā dicētis. Ideo fleuit petrus. quia culpa suppressit ei: non inuenio quid dixerit. inuenio ꝙ fleuit. lachrimas eius lego. satisfactionem nō inuenio. ¶ Contra hanc heresiȝ multe clamant auctoritates sanctoꝝ. Ait enim augu. Confitere quecūq; fecisti que in verbo. que in ope. que in nocte. que in die. cōfitere in tēpore oportuno. ꝛ in die salutis recipies celestē thesauruȝ. ¶ Scdo ait grego. Nō vult deꝰ vlcisci maliciā qui confiteri delicta ꝑsuadet optat dissolui confitētes ne cōtumaces punire cogatur quotidie xp̄i euangelium clemēter vocat: confessionem tyrāni ex puro corde desiderat. et cuncta que delinquimus relaxat. ¶ Ad primam rationeȝ qua dicūt heretici ꝙ deꝰ gratis remittit peccatum non merito hominis. Dicendum ꝙ sola dei gratia peccatuȝ remittitur. nec confessio est causa efficiens remissiōis peccati: sed sola gratuita voluntas dei. Est tamē cōfessio causa sine qua non quia nisi homo peniteat a deo peccatum nō remittetur. sicut sol domum illuminat: quia fenestra aperitur. non tamē aperitio fenestre est causa illuminationis sed causa occasionalis. causa vero efficiens illuminationis est ipse sol. ¶ Ad secundam rationeȝ in qua dicitur ꝙ nō ex opibus iusticie que fecimus nos: sic intelligendū est ꝙ opa nō excludunt gratiam nec gratia opera. quia ex gratia opera ꝛ ipsa gratia est cā efficiēs nostre salutis. Similiter gratia non excludit penitentiam. nec penitentia gratiā. quia ꝛ penitētia quedam gratia est. ¶ Eodem modo respondendum est ad tertiaȝ rationem non est volentis nec currētis. quia ꝗuis cursus id est opatio vel bona voluntas sit salutis occasio tamen efficiens cā salutis existit penes gratiam dei miserentis. deus enim primam gratiam operatur i nobis. id est peccati remissionem non meritis nostris exigentibus. sed misericordia sua tantum. ¶ Ad auctoritatē ambrosij q̄ dicit se lacrimas petri legisse nō satisfactionem vel confessionem. per hoc non excludit: qui multa facta sunt que scripta nō sunt. vel dicitur ꝙ nondum facta erat institutio confessionis.

¶ De heresi eoꝝ qui negant cōfessionem fieri homini.


Uarta heresis est eorum qui concedūt confessionem fiendam sed negāt eam fiendaȝ homini: dicunt enim isti heretici. Quid opoꝛȝ ꝙ ista publicatio peccatoꝛuȝ fiat modo in noua lege homini per ꝯfessioneȝ ex quo in lege veteri non fiebat nisi deo per solā contritionē quid ergo oportet modo addere cōfessionem. ¶ Secūdo sic. Crisꝰ. sup epistolā ad Hebreos dicit nō dico tibi ꝙ te prodas i publicū nec apud alios te accuses. sȝ obedire te volo ꝓphete dicēti psal. xxxvi. Reuela viaȝ tuā ante deū. ergo ꝯfitere peccata tua asi verus

iudicem: cum querimonia delicta tua pnuncia non lingua sed pscie̅tie tue memoria. et tunc demu̅ spera misericordiam te posse co̅sequi. ¶ Item tertio dicit idem Crisost. peccata tua dicito vt deleas illa sz si pfundar| alicui dicere dicito ea quotidie in anima tua: no̅ dico tibi vt confitearis illa conseruo tuo vt tibi exprobret dicito deo. quoniam curat ea nec ei si non dixeris ea no̅ ignorat cu̅ ea faciebas. presto erat cum admitteres ea cognouerat. Ex omnibus istis ergo illi eliciunt confessionem fiendaz soli deo. Hec rabida heresis multuz viget istis temporibus in aliquibus occulte confabulantib9 et in conuenticulis suis. ¶ Pro destructione huius erroris intendo contra ipsum procedere quintupliciter. Primo auctoritate veteris testame̅ti per quam ostenda̅ q confessio que fit homini in noua lege iam fuit declarata in veteri lege. qr scribitur Prouer. xxviii. Qui abscondit scelera sua no̅ dirigetur: qui aute̅ co̅fessus fuerit et reliquerit ea misericordia̅ co̅sequetur. Tunc arguo sic et ipsa auctoritate peccata absco̅di non debe̅t immo co̅fiteri. ergo deo vel homini. no̅ deo. qr ps. dicit. delicta mea a te no̅ sunt absco̅dita. Et apostol9 ad hebr. iiii. o̅ia nuda et apta su̅t oculis eius. ergo peccatu̅ abscondi homini non debet. imo debet co̅fiteri homini. hoc ostendit nobis xp̅s in figura qn̅ dixit leprosis. Luce. xvii. Ite ostendite vos sacerdotibus. et sequitur q du̅ irent mundati sunt. ¶ Secu̅do arguitur contra ea̅dez heresim ex pte pfectionis legis noue. Unde circa hoc est scie̅du̅ q deus in omni statu ta̅ nature q̅ legis mosayce q̅ legis etia̅ gratie voluit q sibi homo p peccatis co̅fiteretur sed diuersimode. Na̅ in statu nature sufficiebat sibi vt homo de peccatis sola̅ co̅tritionem haberet vt in corde peniteret. sed postea procedens in statu legis q̇ fuit pfectior statu nature voluit vt non solu̅ homo de peccatis ptritionez haberet sed q etiam p peccato aliquod holocaustu̅ offerret sicut vitulu̅ de arme̅to ac edu̅ de grege. Sed postea vltra procede̅s in statu gratie ta̅q̅ perfectiori ceteris voluit vt no̅ solum corde et sacrificio. sed etia̅ ore proprio confessio fieret de peccatis. et valde co̅grue dominus ordinauit. quia sicut nos sumus in statu pfectioris vite. ita pfecti9 a peccatis nostris expurgari debemus. Status enim noster. s. gratie statui nature siue legis co̅paratur sicut fructus co̅paratur flori. nam sicut fructus plus habet de perfectione q̅ flos. sic status gratie plus habz de perfectione q̅ status nature vel legis mosayce. quare nullus dz mirari si nos qui sumus in gradu perfectiori q̅ fuerunt gentiles vel iudei. si a nobis plus exigitur vt perfectiores inueniri valeamus. Sicut enim fructus venit post florez ordine nature: sic confessio oris venit post cordis contritionez: et sicut fructus latet in arbore ante q̅ floreat sic in statu nature ista co̅fessio nullatenus apparebat. quia soli deo per contritionem fiebat. sed sicut

postea per florem ostēditur aliquā tulum fructus. sic in statu legis ali quantulum oportuit hominis per fectionem per munera apparere. quia tunc peccatum non soluȝ deo sed etiam populo erat notū licȝ nō expressum. sed cognoscebatur ex quo offerebat ꝙ in aliquo deū offende rat. sed per quid ignorabatur. sed cum fructus per florem aduenit to ta virtus arboris in eius ꝓductio ne se ostendit. Sic eodem modo in statu gratie qui nunc est tota per fectio hominis in hoc debet consi stere ꝙ non solū cum deo ꝯueniat sicut primi: nec ipsi ꝑ mūera se ostē dant sicut secundi veniēdo. s. ad cō fessionem. sed etiam oportet ꝙ pec catum exprimat sicut arbor in tota perfectiōe sua ꝓfert fructū. ⁊ ideo voluit vt ore proprio confiteamur de peccatis. Et q2 ipe nō est pñs visibiliter dimisit nobis ministros ecclesie vt eis confiteremur. vt sic ordo nature dei prouidentia respō deret. Unde Leo papa multiplex misericordia dei que ita lapsibus humanis subuenit vt non tātūmo do per baptismum sed etiam ꝑ pe nitentiā spes vite reparetur. Chri stus enim hanc prepositis ecclesie tradidit potestatem: vt vere peni tentibus penitentie satisfactioneȝ daret. et eosdem salubri satisfactio ne purgatos ad communionem sa cramentorum per gratiam recon ciliatiōis admitteret. ¶ Tertio ar guitur contra eandem heresim sic. quia sicut dei filius erat primo ho mini incognitus. sicut verbum co gitatum est ignotum. ita volebat ꝙ homo recognosceret ipsum esse deum. vt in corde suo solum quan do peccauerat se recognosceret of fendisse. Et ideo nō requirebat ab eo vltra vires. sed ꝙ sibi proportio nabiliter sicut ipse erat incognit⁹ ita sibi homo incognite responde ret. Sed quia modo est non solum vt verbum cogitatum sed etiā pro latum inquantum ex virgine car nem sumpsit. ⁊ in mundo verus de us ⁊ homo apparuit. requirit vt ho mo sibi non solum agnoscat clan destine se deum offendisse. sed etiā se deo oretenus manifestet qui pro peccatis suis se manifestauit car nem de virgine assumendo: ⁊ ideo vult vt non solum homo sibi corde cōfiteatur: sed etiam oretenus suo sacerdoti. Unde Augu. de verbis domini. Qui vult videri deus cum sit homo non imitatur illum qui cū deus esset pro illo factus est homo tibi quidem non deo esto aliquid minus ꝙ̄ es: sed cognosce quod es cognosce te infirmum: cognosce te hominem cognosce te peccatorem appareat in confessione tua macu la cordis tui et pertinebis ad gre gem xpi quia confessio peccatoruȝ inuitat medicum ad sanandum.

¶ Quarto arguitur contra eandeȝ heresim ratione assumpta per si militudinem in moralibus: sicut enim videmus ꝙ quando aliquis bonus homo offenditur ab aliquo non solum ipse dominus offendi tur sed etaim vxor eius. nec etiam ipse placatur ab offensa nisi ab eius vxore si tamen sit fidelis ei in dulgentia etiam postuletur. Sic

deus nunquam parcit alicui qui eum offenderit nisi vxori sue. scilicet ecclesie reconciliet se. christus enim duas vxores habere dicitur vnam scilicet pulcherrimam et dilectam ac sibi gratam. scilicet ecclesiam que velut bona domina iniuriam sibi reputat quicquid christo iniuriose est illatum. Et ideo christus nunquam placatur nisi vxori tam nobili et tam dilecte peccator reconcilietur. cuius locum tenet sacerdos quicunque sit: dummodo potestatem habeat absoluendi. Unde Augustinus. in libro de penitentia. Qui vult confiteri peccata: vt inueniat gratiam: querat sacerdotem qui sciat ligare et soluere: iudicet homo seipsum voluntate dum potest et mores conuertat in melius et veniat ad antistites per quos clauis illa in ecclesia ministratur a propositis sacramentorum accipiat satisfactionis sue modum. ¶ Quinto et vltimo arguitur contra eandem heresim sic. quia sicut deus offenditur quando homo perpetrat malum: et quasi quandam verecundiam patitur si seruus quem redimerat ita care apostataret ab eius pio domino per peccatum: ita vult ipse deus quod quando reconciliatur illi ipse seruus verecundiam et maximam confusionem patiatur. non autem potest maiorem pati quam quando seruo propter deum humiliatur: et sibi oretenus confitetur. Non enim esset magna humiliatio si domino tantum se humiliaret. quare deus voluit quod homo confiteretur homi. scilicet suo sacerdoti. Unde Beda. Conueniens est vt nos qui peccando deo contumaces fuimus penitendo supplices sacerdotibus et ministris eius simus. et homo qui ad gratiam conseruandam mediatore eguit: iam eam nisi per mediatorem habere non possit. ¶ Ex predictis igitur manifestum est quod non sufficit solum deo confiteri sine sacerdote: nec est vere humilis et penitens si non desiderat et requirit sacerdotis iudicium. Si tamen non potest habere copiam sacerdotis sufficit confiteri socio vel proximo: studiose tamen inquirendus est sacerdos: quia sacerdotibus concessit potestatem ligandi et soluendi: et ideo quibus ipsi dimittunt: et deus dimittit. Si vero desit sacerdos socio vel proximo facienda est confessio. Unde Augustinus. Tanta vis confessionis est: vt si deest sacerdos confiteatur proximo. Sepe enim contingit quod penitens non potest verecundari ante sacerdotem quem desiderauit nec tempus nec locus offert. et si ille cui confitebitur potestatem soluendi non habet fit tamen dignus venia ex sacerdotis desiderio crimen socio confitetur. Mundati enim sunt leprosi dum irent se ostendere sacerdotibus antequam ad eos veniebant. Unde patet deum ad corres picere dum ex necessitate prohibentur ad sacerdotes peruenire. Nunc restat respondere ad argumenta hereticorum in principio huius tertij erroris posita. ¶ Ad primum cum dicitur quod oportet. quod fiat ista publicatio peccatorum ex quo in lege veteri non fiebat nisi deo. Respondetur quod tunc offendebatur solum deus modo homo et deus: quia deus factus est ho-

mo. ideo oportet ꝙ reueles ⁊ publices peccatum tuum deo per contritionem ⁊ homini per confessionem: ⁊ dices cum ps. xxxi. Delictū meum cognitum tibi feci ⁊ iniusticiam meam non abscondi. scilicet homini cui abscondere poteram: quia deo notum erat. ¶ Ad scdm argumentum Crisostomi non dico: vt te prodas ⁊c. Dico ꝙ nō est ita intelligendū ꝙ liceat alicui si tempus habeat sacerdoti non confiteri: sed quia sufficit vbi crimen occultum est soli deo per sacerdotem dicere. ⁊ ideo non oportet publicare coram multis quod occultum est: quod notauit dicens: non tibi dico vt te prodas in publicū. Unde leo papa. Sufficit cōfessio que primum deo offertur. deinde sacerdoti qui pro delictis penitentium precator accedit. tunc enim plures poterunt ad penitentiam prouocari si populi auribus non publicetur conscientia cōfitētis: sicut enim publica notitia publico egent remedio. ita occulta secreta confessione ⁊ occulta satisfactiōe purgantur. Nec necesse ē vt quod sacerdoti semel confessi fuimus: iterū confiteamur nisi quod absit in idem contingat nos redire: sed lingua cordis non carnis apud verum iudicem id semper confiteri debemus. Unde Cris. Nunc autem si recordaris peccatorū tuorum. ⁊ frequenter ea in conspectu dei pronuncies ⁊ pro eis depreceris citius ea delebis. Si vero obliuiscaris: tunc eorū recordaberis nolens qū publicabunt: ⁊ in cōspectu profe-rentur oim amicorū ⁊ inimicorum sctōꝝ ꝙ angelorū: ⁊ per ea que dicta sunt patet solutio: etiā ad tertium argumentum: ⁊ sic sum expeditus de quarto errore siue heresi.

¶ De heresi eorū qui asserunt confessionem fiendā solū curato sicut proprio sacerdoti.



Quinta heresis est eorū qui concedunt ꝙ confessio est fienda homini: sed dicūt ꝙ solū est fiēda proprio sacerdoti. Sic errauit magister iohannes de poliaco q̄ posuit sequētes articulos: vt patet in extrauagāti. Joh. xxii. vas electionis. videlicet ꝙ cōfessi fratrib⁹ licentiā generalē cōfessiones audiēdi habētib⁹ eadē pctā qui cōfessi fuerant iterū ꝓprio sacerdoti ꝯfiteri tenerentur: ac stante statuto omnis vtriusꝙ sexus in concilio generali nec deus: nec roman⁹ pōtifex facere posset ꝙ parrochiani nō tenerētur omnia pctā sua semel in anno ꝓprio sacerdoti scʒ ꝓrochiali curato cōfiteri. Item ꝙ non posset papa generalē dare potestatem audiendi confessiones. immo nec deus quin confessus generalem habens licentiam teneretur iterum eodem suo proprio sacerdoti veluti parrochiali curato confiteri. Qui articuli a Joh. xxii. In predicta extrauagāti tanꝙ falsi ꝙ et erronei ⁊ a sana doctrina deuii auctoritate apostolica sunt dānati et reprobati ipseꝙ Johannes de poliaco veris rationibus qui opinioni quam dudum habue

rat contrariis et quibus responde re non potuit demonstratis eosdē articulos non esse veros affirma- uit in consistorio publico: necnon in presentia pdicti iohannis pape et cardinaliū reuocauit. ¶ Et quia succedente tēpore nōnulle perso- ne ecclesiastice: necnō et alie vtriusque sexus persone predictos reuo- catos articulos fuerūt amplexan tes inficientes fideliū animos vt fratribus predictis nō confiteren tur. Et vt ab eorum deuotione eos retraherent non solū predictos ar ticulos. sed et alios etiam sacris ca nonibus cōtrarios affirmare pu- blice non erubuerūt. Unde licet cō fessio fratribus electis et a dyoce- sanis admissis facta dubitabilis et incerta sit: vnde tenētur oino in certum dimittere: et sic solum con- fiteri suis sacerdotibus curā ani- marum habentibus sub pena pec cati mortalis. Item quod quis ipsi fratres admissi auctoritatem ha- beant cōfessiones audiendi et ab- soluendi: tamen populus subiect9 accedēdi ad eos sine licētia proprij sacerdotis non habet potestatem. Item quod fratres petentes priuile- gia pro confessionibus audiendis et sepulturis habendis sunt in pec cato mortali. Item quod romani pō- tifices concedentes predicta pri- uilegia vel illa confirmantes sunt in simili peccato mortali et excom- municati. Item quod tales fratres confitentes non sunt pastores: sed fures latrones et lupi. Item quod sa- cerdos curatus dans licētiam mē dicantibus confessiones audien- di magis dispēsat super predicto statuto omnis vtriusque sexus quam pa pa fratribus licentiam tribuens iuxta formā decretalis antedicte: omnia supradicta lamētabili que rela per fratres mendicantes: ad aures Eugenij pape quarti puc- nerūt. Qui facta diligenti exami- natione per diuersos in iure cano nico doctores ac sacre pagine p- fessores tam quam falsos et erroneos et sacris canonibus contrarios au- ctoritate apostolica dānauit et re- probauit. vt patet in bulla sua que incipit Gregis nobis crediti: quā cōfirmauit Nicolaus quintus: vt patet in bulla sua que incipit: pro missionis nostre: quā confirmatoriā bullā dirigit vniuersis et singulis patriarchis: archiepis: epis: ele- ctis: et abbatibus vbilibet consti- tutis vt quotienscūque fuerint req̄ siti super predictis a quoque predi ctorum ordinum predicatorū: et mi- norū: et aliorū mēdicantiū priuile- giatorum magistro generali ac p- uinciali: ministro vicario: vel aliud gerēte officium ad confutādos ac reprimādos: ac penitus tollēdos huiusmodi errores put in decreta li sup cathedram. ac in predicta ex trauaganti: vas electionis conti- net diligēti studio atque cura pui- deāt ac intēdāt. et quod pfatas cōsti- tutiones faciāt inuiolabiliter ab oibus obseruari: et quod si forsan inue- nerint aliquos pdictos dānatos articulos aut aliquid ipsorum per tinaciter asserentes: vel tenentes: seu predicātes cōtra illos cōiter: vel diuisim tanquam cōtra hereticos

& de catholica fide suspectos pce dant: necnõ ipsos & eorum quelibet iuxta tantorꝝ excessuum qualitatẽ per censurã ecclesiasticam & alia iuris oportũa remedia auctoritate predicta cõpescere studeãt. Cum presentẽ librum scriberez in villa vallis oletana. anno domini. M.cccc.lviij. Clericus quidam noie alfonsus debciar: in ecclesia beati Jacobi predicte ville de predictis reprobatis ꝓpositionibus tres publice predicauit. Quarum prima fuit ꝙ quilibet tenebaẜ confiteri curato parrochiali ad mi⁹ semel in anno. Secũda est ꝙ fideles obligabantur petere licentiã a suo curato ꝓchiali vt possint confiteri religiosis mẽdicãtibus & ꝙ non debebat dare licentiã nisi his quibus sibi bene visum foret. Tertia fuit ꝙ oẽs illi qui confessi fuerant religiosis predictis obligabantur iterum cõfiteri de eisdẽ peccatis suo proprio sacerdoti. s. parrochiali curato. Cum ergo cognouit ꝙ predictus clericus dixerat predictas propositiões per fidedignas personas requisiui dñz petrum episcopum palentinũ qui tunc in eadem villa presens erat: de vt predictis reciperet verã informationem qui cognita veritate vocato predicto clerico mandauit sibi vt predictas propositiones in eadem ecclesia in qua illas predicauerat sequenti dominica publice reuocaret: quod et factum fuit presentibus plurib⁹ religiosis predicatorum & nostri ordinis & magna populi multitudine.

¶ De heresi eorum qui dicunt ꝙ non tenetur quis confiteri sacerdoti si laicus sit presto.



Exta heresis ẽ eorum qui dicũt ꝙ non tenetur quis confiteri sacerdoti si laicus sit ꝑsto cui possit confiteri. improbaẜ ista insipientissima heresis ostendendo ꝙ requirẽdũ sit examen sacerdotis cui concessit deus potestatẽ ligandi & soluendi qđ ostendit Aug. in libro de penitentia dicens. Qui vult confiteri peccata vt inueniat gratiã querat sacerdotẽ qui sciat soluere. Itẽ ait Augu. Judicet seipsum hõ voluntate dñi põt: & mores conuertat in meli⁹ veniat ad antistites ꝑ q̃s illi claues ĩ ecclia mĩstrãẜ a prepositis sacramentorum accipiat satisfactionis sue modũ. Itez leo. Multiplex mia dei q̃ lapsibus hũanis subuenit vt nõ modo per baptismũ: sed etiam per penitentiam spes vite reperiatur. Sic diuine volũtatis presidiis ordinatis: vt indulgentiam dei nisi supplicationibus sacerdotum nequeant obtinere: christus enim hanc prepositis ecclesie tradidit potestatem vt confitentibus penitentie satisfactionem darent: eosdẽq3 salubri satisfactione purgatos ad communionez sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent. Item leo. sufficit confessio que primum deo offertur. deinde sacerdoti qui ꝓ peccatis delinquentium precat or accedit. & etiam plures ad penitẽtiã

poterunt provocari si populi auribus nō publicetur conscientia cōfitentis. In necessitate tamen potest homo confiteri peccata sua proximo vel socio si desit sacerdos. Ex predictis manifestum est ꝙ non sufficit confiteri deo sine sacerdote cum possit haberi: nec est vere humilis et penitēs si non desiderat et requirit sacerdotis iudicium: si tamen non potest habere copiam sacerdotis sufficit confiteri socio vel proximo: vt predictū est.

¶ De heresi eorū qui dicūt ꝙ non est obediendū nisi soli deo.



Eptima heresis est eorū qui dicunt ꝙ non est obediēdum nisi soli deo. Iste fuit error cuiusdā heretici qui dicebatur vualdus: a quo vualdēses heretici nūcupātur. Ille suo spiritu ductus et non a deo missus nouā sectā inuenit: vt sine alicuius prelati auctoritate: sine inspiratiōe: sine sciētia: sine litteratura pdicare resumeret sine rōne: phus sine visiōe propheta sine missione: apostolus sine istitutione didascalus: vt notat Alanus in libro suo contra hereticos predictam vero heresim sequentes ipsum nituntur probare. Et ex actibus apostolorum.v. vbi introducuntur petrus et iohānes loquentes ad scribas et phariseos in hunc modum. Uosipsi iudicate cui sit obediēdum deo precipienti an vobis prohibentibus. Item si homo homini obedierit in his in quibus obediendum non ē peccaret: quia in hoc deo obediēs non est. Samuel etiam ait ad saul primi Regū.xv. Species ariolandi est nolle obedire. Species ariolandi vocat samuel quodāmodo deam negare per inobedientiam. Sed nolle obedire homini non est ariolare: sed nolle obedire deo: ergo obediendū est deo non homini quia per hoc ꝙ non obedimus homini no ariolamur: sed per hoc ꝙ negamus obedientiā deo. ¶ Respōdetur ad pdicta ꝙ deo et hōi obediendū est: sed deo magis ꝙ hōi: homini tñ obediendū est: quia potestas super hoies a deo data est. vñ et xps ad pylatū. Ioh.xix. ait. Nō haberes in me potestatē nisi datū esset tibi desuper: ergo si pylatus qui ab iperatore romano ptātem terrenā habuerat: eā sup xpm habebat: multomagis et alius hō sup alios hoies. Christus etiā pri putatiuo et matri obediēs fuit. Erat eni subditus illis: vt pz Luce.ij. ¶ Petrus etiā et iohānes per hoc ꝙ dicūt potius esse obediēdū deo precipiēti ꝙ hoibus nō negāt hōi esse obediēdū: sed insinuāt potius esse obediēdū deo ꝙ hoibus. hoibus tñ in malis obediēdū nō est: sed in bonis: et in hꝯ ꝙ obedit hoibus in bonis obedit deo. ¶ Qđ samuel ait ꝙ species ariolandi est nolle obedire: intelligitur in illo casu in quo ex pcepto vel inspiratione diuina aliquis aliquid alicui iniungit. Sicut samuel ex inspiratione diuina: vel ex precepto diuino iniunxerat sauli: vt expectaret eum. In eo ergo ꝙ nō expectauit iobe

diens deo fuit nō tm̄ homini: ꝛ hec inobediētia species ariolandi fuit. ¶ Quod autem hoībus ꝛ maxime prelatis obediēdū sit ostendit paulus in epistola. ad Ro. xiij. dicens omnis aīa potestatib⁹ sublimiorībus subdita sit. nō est eñ potestas nisi a deo. que autē sunt: a deo ordinata sunt. itaq3 q̄ potestati resistit: dei ordinationi resistit. ideo eñ et tributa prestatis. ministri eñ dei sunt in hoc ipm̄ seruiētes. Petrus etiā in canonica pria. c. ij. ait. Serui subditi estote i oī [illegible] timore dn̄is nō tm̄ bonis ꝛ modestis: sed etiam discolis. Angeli etiā sibiīuicē obediunt minores: videlicet maiorib⁹ vt testatur Dionysius de celesti ierarchia. bruta etiā aīalia sibiīuicem obediunt: qđ etiā in minimis aīalibus. i. in apibus manifestū est potestates ergo ꝛ seculares ꝛ ecclesiastice a deo sunt ordinate: vt inferiores regāt vt ꝛ gratiā consequātur subditi si bene agāt vel si aliud operentur penā sustineāt. pꝫ ergo subditos debere suis prelatis obedire siue boni sunt siue mali. in bonis tm̄ sit obediētia: nō in malis. q2 obedientia honesta est animi deliberantis iuste iussiōis effectus. q2 in his debemus obedire prelatis qui iuste deliberant et iuste imperant. Sūt autē quedā sine quibus nō est salus: vt adimpletiones preceptorū moraliū: in quib⁹ tenemur oīno obedire prelatis. Sūt quedā cū quibus nō est salus: vt mortalia peccata: in quibus agendis nulli obedire tenentur. Sunt autē quedam media cum quibus est salus: vt carnes comedere vel non comedere. ꝛ similia. laico autem predicare si periculosū ꝫ non est. predicare autem periculosum: q2 non intelligit quod dicit: nec scripturas intelligit quas exponere p̄sumit. si prelatus iniungat ei vt taceat: tacere tenetur. ꝛ si nō tacet mortaliter peccat. Unde si sub pena excōicatiōis ei prohibet predicare. Ille vero predicet excōmunicationis sententie subiacet. Unde isti vualdenses qui contra preceptum dn̄i pape immo contra totam ecclesiam predicant: quibus iniunctum est a domino papa: vt non predicent sentētie excōmunicationis subiacēt. In concilio etiam lateranensi in eos sententia excommunicationis lata est. Unde eis cōmunicandū non est cum sententia apostolica ab ecclīa presciti sint. Ideo autē excommunicati fuerunt: quia officium quod ad eos non pertinet vsurpabāt cōtra fidem quedam predicabant ecclesie verbis aut factis derogabāt et os in celum ponebant: cum curie romane detrahebāt: quia instar sacrilegij est de facto summi pontificis disputare. Quibus enim magis credendum est an ydeotis an ecclesie sapientibus vniuersis. Si ergo in his que non periculosa: sꝫ indifferentia sunt: vt non abstinere a carne vel vino in casu obedimus maioribus et prelatis nostris multomagis predicti heretici tenentur ecclesie romane obedire in his que periculosum est facere cū sententia prelati attestante Gregorio siue sit iusta siue iniusta non so

lum timenda est: sed et tenenda.

¶ De heresi eorum qui dicunt non esse obediendum prelatis existentibus in peccato mortali. et quod tales non habent potestatem ligandi et solvendi.



Octaua heresis est predictorum vualdensium qui dicunt quod dato quod obediendum sit homini, homini tamen non existenti in peccato. et quod soli boni sacerdotes habent potestatem ligandi et solvendi. hic etiam fuit error Johannis vuicleff anglici: qui inter innumerabiles errores quos posuit iste fuit vnus quod nullus est dominus ciuilis. nullus est prelatus. nullus est episcopus: dum est in peccato mortali Insecuta est hunc vna alia vulpecula idem asserens. s. Joh. hus de bohemia. et vippera tertia Hieronymus de praga. qui in concilio Constantiensi in presentia martini pape quinti fuerunt damnati tanquam heretici anno domini. M. cccc. et. xvi. Isti ergo heretici dicunt obediendum esse bonis prelatis: et eis qui sunt apostolorum vicarii in vita et officio. eos autem qui apostolorum vitam non habent: nec officium eorum retinent mercennarios dicunt: non pastores. Quod probare nituntur. quia dicit Augu. in li. de baptismo peccatorum remissionem per seipsum facit deus vel per columbe membra. dicit etiam Augu. peccata dimitti vel teneri a sanctis. idem super exodo vbi de lamina aurea legitur. Erat enim lamina aurea semper in fronte sacerdotis. hoc inquit significat fiduciam bone vite quam qui vere perfecteque non significatione: sed veritate sacerdos habet: solus potest peccata auferre. Item grego. Isti soli habent in hac carne positi et ligandi et soluendi potestatem sicut sancti apostoli qui eorum exempla simul cum doctrina tenent Item ex dictis origenis. hec soli petro potestas concessa est et imitatoribus petri. Nam quicunque petri vestigia imitantur habent digne et recte ligandi et soluendi potestatem. Item malachie. ij. etiam legitur. maledicam benedictionibus vestris. et alibi. Ezechie. xiij. ve illis qui viuificant animas que non viuunt: et mortificant animas que non moriunt. si enim maledicit dominus benedictionibus eorum: et si anime quas beatificant non viuunt ergo quomodo per eos gratia benedictionis transfunditur. ¶ Ad hec omnia dicunt veri catholici: quod omnes sacerdotes habent potestatem ligandi atque soluendi. sed illos solos digne ac recte hac potestate vti qui prediti sunt vita et doctrina apostolica. et ad hoc referuntur predicte auctoritates que dicunt iniustos sacerdotes nec ligare nec soluere. i. nec digne nec recte fit per illos qui sancti non sunt retentio vel remissio peccatorum. dat enim deus benedictiones digne poscenti etiam per indignum ministrum. Quod autem legitur in malachia: sic intelligi potest maledicam benedictionibus vestris id est his que benedictionibus vestris possidetis. quia faciam vobis ea cedere in maledictionem non in benedictionem: quia et si benedicunt sanctis hoc non faciunt vero corde. et ideo

eorũ benedictio eis vertitur in maledictionem. Uel sic maledicam benedictionibus vestris.i.quod a vobis benedicitur a me erit maledictum: quia benedicunt inique agẽtibus adulãturq3 peccantibus: dũmodo diuites sint. ¶ Predictis hereticis obuiat sanctus Clemẽs dicens. Sacerdotes τ omnes ministri ecclesie.omis plebs episcopos suos diligere debent: τ eorum preceptis obedire etiam si ipsi aliter quod absit agant: nisi in fide errauerint. Item obuiat eis Eusebius papa dicens.oues que suo pastori cõmisse sunt nec reprehendere nisi a fide exorbitauerit: nec vllatenus accusare possunt: qz facta pastoris oris gladio ferienda non sunt. Itẽ obuiat eis beatus Bernardus qui loquens de reuerentia erga prelatos.sic inquit. Nõ sufficit exterius obtemperare p̄latis: nisi interius aliquid sublimiter sentiam⁹ de eis. Et si enim a deo indigna alicuius prelati vita cõperitur: vt nihil omnino excusationis nihil dissimulationis admittat.ppter eũ tamen a quo omnis potestas est excelsuz eũ reputare debemus nõ ppriis personè mẽtis: sed ordinationi diuine τ dignitati deferentes. Ideo dissimulemus interim de magnis ecclesiarum prelatis.sic enĩ faciendum est. τ sic placet illis: vt euadant humana iudicia: vt tandem incidant in iudiciũ quod in eis qui presunt fiet. Sapientie.vi. Iudicium durissimũ fiet his qui presunt. ¶ Itẽ auctoritatibus sanctorum probaf ꝙ omnes sacerdotes habent ligandi et soluendi potestatem. τ primo Hieronymus hoc testatur super illum locũ euãgelij Matth.xvi. vbi dominus ait petro. tibi dabo claues regni celorum τc. habent inq̃t potestatem iudicandi τ alij apostoli habent et omnis ecclesia in episcopis: et in presbyteris. Sed sanctus petrus eaz specialiter accepit: vt omnes intelligant quicũq3 ab vnitate fidei: et a societate ecclesie se separauerint: nec a peccatis solui: nec celum posse ingredi. Item secundo ꝙ sacerdos etiaz si malus sit: gratiam tamen transfundat pro sue dignitatis officio. Augustinus ostendit dicens. dictũ est a dño in numeris ad Moysen τ Aaron sacerdotes vos ponite nomen super filios israel ego dominus benedicam eis: vt gratie traditio pro ministerijs ordinate trãsfundatur hominibus: nec volũtas sacerdotis obesse vel prodesse possit: sed meritum benedictionem poscentis. Item tertio. Augusti. in libro de corpore christi obuiat predictis hereticis qui dicunt sacramẽtum altaris solum confici a bono sacerdote dicens. Intra catholicã ecclesiam in ministerio corporis et sanguinis domini nihil a bono magis: nihil a malo minus perficitur sacerdote: quia non in merito consecrantis: sed in verbo efficif creatoris et in virtute spũs sancti. quãta autem sit dignitas sacerdotis et ordinis hinc aduertimus. dicit enĩ Augusti. in libro questionum veteris τ noui testamenti dictum est de nequissimo caypha inter cetera:

hoc autē a seipso non dixit: sed cū esset pontifex anni illius, pphetauit. Joh.xi. per hoc ostendit spiritum gratiarum non personā sequi digni vel indigni. sed ordinem traditionis: vt q̄uis aliquis boni meriti sit non tamen possit benedicere nisi fuerit ordinatus: vt officium ministerium exhibeat. Dei autem est effectū tribuere benedictiōis.

¶ De heresi eorum qui dicūt q̄ nō officium ⁊ ordo: sed meritum bone vite habet potestatem ligādi ⁊ solvendi consecrandi ⁊ benedicendi.

Nona heresis est eorūdem q̄ nō officium ⁊ ordo: s3 meritum bone vite habet potestatem ligādi. solvendi. consecrandi. ⁊ benedicendi. Est ergo eorum conclusio q̄ magis operatur meritum ad consecrandum vel benedicendum: vel ad ligandum vel ad solvendum q̄ ordo vel officium. Unde ipsi q̄uis ordinati non sint: quia se iustos esse fingunt ⁊ merita apostolorum habere presumunt benedicere mō sacerdotali. dicunt etiam se posse cōsecrare. ligare. ⁊ solvere: q2 meritū dat potestatem non officium. Et iō quia se dicunt apostolorū vicarios per merita dicunt se habere eorū officia. in quo maxime contra ecclesiam navigant: ⁊ se hereticos esse demonstrant. ¶ Istum autem errorem volunt munire auctoritate Eticij. qui ait: sacerdotes non propria auctoritate benedicunt. sed quia christi figuram gerunt. et propter eum qui in ipsis est benedictionis plenitudinem tribuunt: nec solum is qui sacerdotium sortitus est. sed quicunq3 christum in seipso habet et eius figuram gerit per conversationem bonam sicut moyses ydoneus est: vt benedictione3 prestet. Ecce hic habes q̄ non solum sacerdos. sed omnis cum quo christus inhabitat: benedictionem prestet. ¶ Solutio predictorū est s̄m Alanum in libro suo de hereticis q̄ sacerdotes in quibus christus habitat plenitudine3 benedictionis tribuere dicuntur. Predictis ergo respondentes dicimus q̄ alia est benedictio: que congruit solis sacerdotibus. Alia que ab omnibus bonis communiter exigetur. deniq3 illi sacerdotes in quibus christus inhabitat benedictionis plenitudinem tribuere dicuntur. non quia illi soli. sed illi soli licite et digne id agant: nec subditos mala vita sacerdotis ledit: si bona faciunt que ille dicit. Unde Gregorius papa. Multi dum plus vitam sacerdotum q̄ suam discutiunt in erroris foveam dilabuntur: minus considerantes: q̄ non eos vita sacerdotum ledet si humiliter bonis sacerdotum admonitionibus aurem accommodarent.

¶ De heresi eorum qui dicunt q̄ non est vera indulgentia vel relaxatio episcopi in consecratione ecclesie vel alias indulgentias dādo.


Decima here sis est eorũdẽ ꝙ nõ est vera indulgentia epi vel relaxatio in consecratiõe ecclesie vel alias indulgentias cõcedendo ꝙ sic nitũtur ꝓbare. Iste tenetur ad satisfactionem triũ annorum. vnus eps in vnius ecclesie dedicatione relaxat tertiam partẽ Eadem ratione alius tertius et reliquus tertiam partem: quia tantã potestatem relaxandi habent secũdus ⁊ tertius quãtũ primus: quod si ita est pro tribus obolis relaxabitur pena triennis. Preterea indiscreta videtur ista relaxatio: nec equa satisfactionis compensatio si pro vno obolo vel nũmo relaxatur vnius anni satisfactio. ¶ Solutio ad premissa ꝙ eps relaxat in absolutionibus penam purgatoriã non temporalem. ¶ Ad argumentũ dicitur ꝙ ille cui iniungitur satisfactio aut habet charitatem aut non si charitatem non habet nihil ei ab epo relaxatur. Si vero in charitate est hoc dictat ei charitas: vt penitentiam sibi iniunctam perficiat nec palpet seipsum corporalem declinans penam quin agat penitentiam sibi iniũctam si potest: qꝛ ipsa charitas reddit ipsum paratũ: vt non solum illam: verũetiam vt maiorem compleret si ei iniuncta fuisset. talis si illud adimpleret ꝓ quo facta est relaxatio ab epo non relaxande pene intentione. sed ⁊ charitatis feruore ⁊ decedit ante pactã penitentiam remittetur ei tantũ de pena purgatoria q̃tum in hoc presenti seculo relaxauit episcopus. Dicimus etiam ꝙ licet cõmutari penã corporalẽ in penã pecuniariam q̃ in plerisq̃ longe grauior ẽ corporali: nec isti qui ex charitate accedit fit cõmutatio pene q̃tum ad ipsum: qꝛ non hac intentione facit illud pro qua fit relaxatio vt relaxetur ab iniuncta penitentia: sed solo itituitu charitatis nec vult vt relaxetur: sed propositũ habet perficiendi penitentiam si concesserit ei vitã: quia ergo habet ꝓpositum perficiendi penitẽtiam ⁊ in ipsa non remanet quin perficiat si ante peractã penitentiã decedat. Et ipse eps hac intentiõe relaxat in purgatorio aliquid de penitentia relaxetur isti si morte preuent⁹ fuerit tñ de pena purgatorij relaxabitur q̃tum in hoc seculo de pena tẽporali relaxatũ esse videbat.

¶ De heresi eorũ qui dicũt ꝙ orationes ⁊ suffragia pro mortuis ab existẽtibus in peccato mortali nõ proficiunt.


Vndecima here sis est ꝙ orationes vel suffragia pro mortuis ab existentibus in mortali factis non proficiũt mortuis quod sic ꝓbare nitũtur. Quomodo enĩ põt ꝓdesse aliis cũ non põt prodesse sibi. Oratio q̃ fit in orantis perniciem quomodo in alteri⁹ salutem erit. Itẽ. iij. q. vij. in grauioribus dicitur sic. Cũ is qui displicet ad intercedendum mittitur animus irati iudicis ad deteriora

prouocatur. Item qui indeuote orat iudicium sibi postulat. Sed qui sibi in oratione postulat iudiciũ quõ aliĩ in oratione postulat remediuz. Itẽ oratio eius fit in peccato quõ ergo fit pro salute aliquorum. Itẽ qui meret offensam apud deũ quia orat: quõ p alio orat. peccatori enim dixit deus. ps. xlix. quare tu enarras iusticias meas et assumis testamẽtũ meũ per os tuuz. s. pollutum. ¶ Rationibus idẽ pbare conantur sic. Sacerdos i mortali existẽs duz celebrat diuina orat oratio illa que actio est mala est. ac meretur sibi penã eternã ergo eadem non meretur aliĩ pene relaxationẽ. nulla enim actione põt quis mereri bonũ et malum. Item dicit auctoritas de cohabi. cle. et mulierũ vr̃a duxit. q illius sacerdotis missa audiẽda non est de quo indubitanter constat q habeat cõcubinã. Alia etiã clamat auctoritas. q ille qui i mortali peccato ẽ nec in ecclesia orare nec psalmos debet dicere. ¶ Solutio oim predictorum et determinatio fm Alanuz vbi supra est q oratio que fit ab ecclesia a quocũq proferatur pdest et mortuis et viuis: et sic ad p̃dicta facilis potest dari responsio. Uerũ est q si is q̃ ad intercedendũ mittitur deo per peccatum mortale displicet ex ipso q orare p̃sumit deterior fit diuina celebrando maxie si in notorio crimine fuerit q in eo peccat quod presumit q aliĩs occasio scandali fit. sed tamẽ quod orat in persona ecclesie dicens oremus ipium significatuz oratiõis siue ipsa significatio prodest aliĩs non ex virtute ipsius orantis sz ex virtute ecclesie ad hoc orationem instituẽtis vt psit viuis vel mortuis. Peccat ergo qui in peccato mortali existens p̃sumit celebrare: prodest tñ oratio quantum ad sui significationem nõ quantũ ad actionẽ orãtis ¶ Sciẽdũ tñ q duplex est deuotio. Est deuotio nature et deuotio gratie. Deuotio nature est quando quis ex naturali pietate orat et ex quadã humilitate q̃uis sit in peccato. peccat enim sub deo quia dolet se esse in peccato talis si orat ex eo q orat non peccat q non indeuote orat quantũ ad deuotionẽ nature: huiusmodi oratio ipsi orãti nõ obest et illi pro quo erat quantũ ad virtutez orationis pdest. Deuotio gratie est quando aliquis ex charitate orat: sensus ergo est q qui indeuote orat. i. sine deuotione nature vel gratie iudiciuz sibi postulat idem peccat: ille autẽ qui peccato notorio laborat et prebet aliĩs scãdalum oratio fit ei in peccatum nõ aliĩs pro quibus orat. Actio inq̃ orantis nõ est virtus orationis sic ergo meretur offensam apud deuz actione praua. apud deũ tamẽ per orat virtus oratiõis p alio. ¶ Cum autem dicitur peccatori dixit deus etc. peccator dicitur ille qui gloriatur cũ malefecerit qui laborat i publico crimine vel qui conuictus vel confessus est in iure: talis enim nõ peccat sub deo sed in deuz. talis si in publico in eccl̃ia orat vel p̃dicat vel psalmos cãtat et vt dictũ est si ille cui9 crimen notoriũ est diuina celebrat quãtũ in se ẽ peccat: virt9

tamē orationis alios adiuuat. Si vero hereticus ab ecclesia diuisus pro aliis orat iam nō orat in persona ecclesie: et ideo nec ipsi nec aliis prodest oratio. Ex predictis patet quod peccatoris oratio qua orat mala est nec ei nec aliis prodest. Sed ipsa significatio orationis que ad hoc instituta est in ecclesia dei vt aliis prosit et sic aliis prodest vt non est mala sed bona. ¶ Quod autem dicitur quod illius sacerdotis missa nō est audienda de quo indubitanter constat quod habeat cōcubinā intelligendū est de sacerdote qui conuictus vel cōfessus est in iure cuius missa nō est audienda non eo quod mala sit sed hoc faciendum est in verecundiam vel confusionem sacerdotis vt sacerdos peccatū suū recognoscat et peniteat. ¶ Quod autem orationes ab ecclesia constitute prosint cum in ecclesia proferuntur siue a bono siue a malo rationibus probatur sic. Si merita ministrorum non augent vel minuunt vim sacramentorum videtur quod nec vim orationis sed hoc patet quia vis baptismi non augetur vel minuitur a quocunque detur vel vis eucharistie vel alterius sacramenti a simili nec vires orationū ecclesiasticarū habent in se quandam virtutem sacramentalem puta si merita ministrorum augerent vim orationum vel minuerent vnitas ecclesie nō staret immo scisma fieret. quia quidam sequerentur sacerdotem quem crederent meliorē et fugerent deteriorē et sic quidam sequerentur vnū quidā aliū. Paulus contra illos qui gloriabantur de baptismis dicit vnū esse baptismū vnū esse qui baptizat. A simili enim nō debemus gloriari de orationibus aliquorum. tanta enim est vis orationis prolata ab vno quanta ab alio quantū ad ipsius orationis significationē non quātum ad ipsius orantis deuotionē. Una est enim vis orationis sed non vna deuotio orātis. Deuotio enim pōt esse efficatior quanto maior sed oratio quātum in se est non erit fructuosior verbis autem inesse virtutem varie clamant scripture et diuine et humane. Nōne vis est in his verbis. Baptiso te in nomine patris et filii et spiritussancti amē. et in his. hoc est enim corpus meum. Et hic est enim calix etc. Quare ergo i ecclesiasticis orationibus non inerit vis si proferantur in persona ecclesie non quātum ad proferentem sed quantum ad instituentem.

¶ De heresi eorum qui negant purgatorium esse.



Duodecima heresis est eorum qui negāt purgatoriū esse dicendū. Unde dicūt quod propter auariciam ecclesia ponit esse purgatorium post hanc vitam vt. s. pro animabus dentur elemosyne et oblationes et fiāt obsequia et talia. Contra hunc errorem procedet tripliciter. primo auctoritate doctorum secūdo rationibus inquisitorum. tertio auctoritatibus sacre scripture. hoc modo procedit franciscus de maronis di. xxiiii. q. x. vbi mouet questionē vtrū post hāc vitā sit neces

tarū pōere purgatoriū. ¶ Prio er go auctoritate arguit Ihero. q in canone hec expresse dicit. ⁊ Augu. Grego. etiam in epistola ad boni facium ⁊ in multis aliis locis. Re spōdēt heretici ⁊ dicūt φ isti docto res fuerunt ex parte ecclie. ⁊ ideo assentiētes eius auaricie cōforma uerunt se cū ea. ¶ Ideo secūdo ali qui inquisitores arguūt sic contra eos. primo sic. Moriatur vnus ho mo oino iustus et innocens. moria tur etiam ali⁹ qui fuit semper pec cator penituit tamē i fine quō erit φ ambo simul vadāt ad paradisuȝ nūquid innocēs debet statim euo lare ⁊ ille qui semper peccator an te ⁊ tūc penituit. sed pro peccatis nullā penā sustinuit oȝ post hāc vi tam puniri Respondēt heretici φ nō sed ambo debent ire ad paradi suȝ sed ille qui ꝑ peccatis penam non sustinuit diminuetur de gloria ¶ Secūdo arguūt inquisitores sic Quia si purgatoriuȝ nō est frustra timemus peccata et abstinem⁹ q possemus penitere in fine ⁊ sic euo lare. Respōdent heretici φ nō fru stra timemus et abstinemus q: vt dictū est minus de gloria habetur. ¶ Tertio arguunt inq̄sitores sic. nullum malum impunitum sed si purgatorium nō esset non puniren tur omnia peccata eoꝝ qui saluan tur cum hic non puniantur qui i fi ne penitent. Quarto φ de⁹ aliquos malos pūit in vita ista aliquos nō Dicit francisc⁹ φ ille rōnes nō cō uincūt sed sunt cōtra nos sicut c tra illos. ¶ Ideo arguit aliter cō tra ꝑdictos hereticos sic. aliq̄s nō vult baptisari baptismo flaminis vsq ad mortē. ⁊ sic si abstineat vs q ad fineȝ eque euolabit sicut aliq̄ q̄ semꝑ bn̄ agūt. Rñdēt φ tāta vir tus ē in sacramēto pnie ad delēdū peccata sicut ē i sacramēto baptis mi. Ex hoc arguitur cōtra eos sic primo q si hoc esset veruȝ aliquis puniretur de veniali peccato eter naliter. ex multitudine enim pecca torum venialium si nō punitur in purgatorio sibi subducitur aliquis gradus grē quo priuatur propter peccata venialia et sic carentia il lius grad⁹ glorie qui sibi alias de beretur cū sit perpetua erit pena il lius peccatis venialibus correspō dens. ¶ Secundo arguitur sic sup pono φ maior pena ⁊ maius malū est priuatio visionis diuine φ pēa sensus sed tantū est in malo caren tia visionis quantū est in bono vi sio diuina. Tunc arguo sic. Quādo cūq mala sic cōparantur φ vnum ꝓm naturam excedit reliquū quicū q gradus mali excedētis excedit totum aliud malū sed carentia vi sionis diuine ꝓm naturam excedit in malo penā sensus ergo quicūq gradus priuationis visionis diui ne excedit totā penā sensus infer ni. sic ergo ptȝ φ negato purgato rio aliq̄s puniret perpetuo de ve nialib⁹ in paradiso. ¶ Respōdēt heretici φ iste rōes sūt pꝫ icce ⁊ sub tiles ⁊ apostolus dicit ad Colo. ij. Nemo vos seducat p inanē phiaȝ. Ideo isti heretici petunt auctori tates sacri canōis. dicunt enī φ in sacra scriptura nō inuenit φ post hanc vitaȝ sit necessarium ponere

purgatorium. ¶ Ideo adduco contra eos auctoritates sacre scripture Prima auctoritas est.ij. Mach. xij. vbi dicitur q iudas ꝯsiderabat q hi qui cū pietate dormitionē acceperant optimā haberēt repositā gratiā; et obtulit pro eis.xij. milia dragmas argenti. Ista autē oblatio non potuit esse pro his q̄ sunt i inferno qꝛ ibi nulla est redemptio nec ꝓ his qui sunt in paradiso qꝛ redemptione non indigent. nec de eis pōt dici illud quod sequit. sancta ergo et salubris est cogitatio ꝓ defunctis exorare vt a peccatis soluentur: qꝛ ibi peccata nō habēt ergo fuit illa oblatio ꝓ his qui sunt in purgatorio: ad illud argumētū dicūt heretici q liber Macha. nō est de canone. Cōtra accipio ergo verbū xpi. math. xviij. Iratus dñs tradidit seruū tortoribus quousq; redderet vniuersum debitum. hoc autē non potest intelligi in hac vita nec in iferno qꝛ illi semper sunt in debito: ergo hꝫ intelligi de his qui sunt in purgatorio. Secūda auctoritas euāgelij ē Math. v. Esto consentiēs aduersario tuo etc. Et sequitur Amen dico tibi non exies inde donec reddas nouissimū quadrantē. Istud exire non intelligit de paradiso nec de inferno ergo de purgatorio. Sed contra. istud donec qñq; accipitur cum exclusione actus sequētis: sicut Ge. viij. dicit. Coruus quem emisit noe nō reuertebatur donec siccarentur aque super terrā: et tamen nunq̄ postea est reuersus. et similiter de nr̄a domina et sponso suo Joseph. Math. ij. dicitur q nō cognouit eā donec peperit filium suū primogenitū: nec ex hoc sequitur q fuerit cognita postea. Similiter ergo in predicta auctoritate intelligendum est donec reddas etc. sed nō faciēdo vim de li donec: pro presenti arguo sic qꝛ in predicta auctoritate saltē est redditio debiti sed illi de inferno nunq̄ reddūt debitū ergo licꝫ non posset argui per li donec tñ potest argui per redditionē debiti. ¶ Sꝫ ne hoc calumnietur adducā adhuc septem auctoritates quarum prima est Math. xij. Quicunq; peccauerit in filium remittetur ei: qui aūt peccauerit in spiritum sanctū non remittetur ei nec in hoc seculo nec in futuro: hic supponitur q remissio fiat in futuro seculo non in iferno quia ibi nulla est redemptio. nō in paradiso qui ibi nullus intrat cum peccato: ergo hoc erit in purgatorio alias non esset verū verbū xpi. ¶ Secunda auctoritas ē Luce. xij. Seruus qui cognouit voluntatem domini sui et non fecerit eā plagis vapulabit multis: et ergo alius paucis qui nec cognouit nec fecit eam sed in inferno nō est multum nec paucum sed infinitum ergo hoc habet intelligi de purgatorio. ¶ Tertia auctoritas est apostoli. i. Cor. iij. Si cuius opus arserit detrimentum patietur ipse autem saluus erit si tamen quasi per ignē Certum est q non loquitur de igne huius mundi nec de igne inferni quia non saluat ergo loquitur de igne purgatorij. ¶ Quarta auctoritas est apostoli. i. Cor. xv. q̄ vult

probare resurrectionē dicēs. si mortui non resurgunt vt quid baptizāntur pro mortuis. supponit autē q aliquis baptizatur pro mortuis aliquis ergo act⁹ bonus pro mortuis exhibetur vel baptismus lachrymarum vel aliquid tale nullus autem debet exhibere aliquid tale pro mortuis de paradiso nec de inferno. ergo talis actus debet exhiberi pro mortuis i purgatorio. ¶ Quinta auctoritas scribitur Actuum secundo Hunc deus suscitauit a mortuis in die tertia solutis doloribus inferni. Certum est autē q xpus nō soluit dolores inferni inferioris. nec limbi qui dicitur synus abrahe. qr ibi erat magna cōsolatio sicut dicitur Luce. xvi. de lazaro existente in limbo & de diuite existēte in inferno. hic consolatur tu vero cruciaris: ergo hoc intelligitur de doloribus purgatorij. ¶ Sexta auctoritas scribitur Apoca. xv. vidi in dextera sedentis super thronum librū &c. et nemo inuentus ē dign⁹ aperire librum nec in celo. nec i terra nec subtus terram. Ex hoc habetur q aliqui credebantur digni in celo & in terra & subtus terram. sed non in inferno qr ibi nulla dignitas ibi nullus est dignus. ergo in aliqua mansione subtus terrā que non est infernus & hec vocatur purgatorium. ¶ Septima auctoritas habetur ibidem. omnes cantabāt in celo & in terra & subtus terram hoc non pōt intelligi de existentibus in inferno qr illi non cantant nec laudant deum sed sunt in sempiterna blasphemia. Ex istis auctoritatibus habet veritas determinata ab ecclesia catholica quod est dare purgatoriū & pt3 falsum esse ecclesiam illud instituisse propter auaritiam. Quicūq ergo pertinaciter affirmauerit tenuerit vel dogmatizauerit q post hanc vitā nō est dare purgatorium hereticus est dicendus quia militat cōtra sacrā scripturam et contra determinationem ecclesie. ¶ Et si queras ex quo est dandum purgatorium in quo loco est situatū. Respondent doctores in. iiij. q de lege cōi locus purgatorij est sub terra & est tertia mansio inferni qr infima vocatur īfernus inferior vbi sunt dānati in culpa actuali qui patiuntur penā sensus et dāni. Secunda vocatur limbus qui est locus paruulor non baptizatorum & isti sunt in culpa originali qui patiuntur penā dāni tm̄ q est carentia visionis diuine. Tertia vocat purgatorium qui ē locus electorum non perfector qui sunt in gratia et in pena. Quarta vocatur synus abrahe vel limb⁹ patrū in quo erant sancti patres ante aduentū xpi in grā et consolatione. Sic ergo de cōi lege locus purgatorij est sub terra. De lege tm̄ speciali siue ex priuilegio sepe anime purgantur in locis alijs super terram sic narrat Grego. in libro dyalogorum de quodam epo cui apparuit in quodam balneo & ibi prestabat obsequiū & hoc erat sibi purgatoriū. & de anima cuiusdam que in glacie purgabatur quod potuit eē ex aliqua speciali causa. s. vel pro cōfirmanda fide nostra de alia vita

vel vt anime illius subueniretur a fidelibus quibus apparet vel propter aliquid reuelandū vel ꝓpter aliquam viuentium edificationem De dispensatiōe ergo dei est ꝙ anime purgantur in illis locis quib⁹ peccauerunt. De acerbitate ignis purgatorij et quomodo punit animas ⁊ an per demones vel seipso doctores latissime loquūtur i quarto ideo pretereo.

¶ De heresi eorū qui negant aliā vitam post separationem anime a corpore.



Ertiadecia heresis est eoꝝ qui negāt aliam vitam ⁊ imortalitatē anime ⁊ resurrectionē Negata enī anime immortalitate ꝯsequenter negant aliā vitā fore ⁊ resurrectionem huiusmodi opinionis fuerūt quidam phi vocati epicurei. isti enim dixerunt ꝙ mortuo homine perit aīa ⁊ ꝙ nihil substantie eius remanebat. opinionē istorum introducit Seneca tragedia. vi. vbi introducit choꝝ. Quod si queratur vbi aīe defunctorū sūt dicit ꝙ vbi sunt res que nate non sunt vult dicere ꝙ sicut illud quod natū nō est non hꝫ esse. nec aliquā substantiā: sic eodē modo dicet de aīabus defunctorum ⁊ dicit ꝙ dicunt isti ꝙ illud quod cōiter dicit ꝙ est infernus quoqꝫ ibi puniuntur mali ꝙ sunt vani rumores similes somnio quod facit homines sollicitum meditatione propter aliquod malum quod somniauit et cum excitatur nihil inuenit de quo timeat Ita dicere ꝙ est infernus et ꝙ ibi puniūtur mali istud ponit timorē ⁊ pauorem ⁊ dicebant isti ꝙ nihil horum erat. hāc opinionem introducit Salamō Eccl. iij. c. prope finem. vbi dicitur ꝙ erat opinio aliquorum ꝙ vnus et idem esset finis et mors siue interitus hominū et iumentorum et equa vtriusqꝫ cōditio ⁊ ita isti. ſm hoc nō credebant immortalitatē anime. nec aliā vitā. exquo dicebāt equalē esse finē ⁊ mortem hominum ⁊ iumentorū Et sicut spiritus siue anima bestiarum tendit in nihil sic spiritus hominis quod nullus credere debet hoc de mente Salomonis fuisse sicut notat Nicolaus de lyra ⁊ apparet manifeste in fine dicti libri scꝫ Ecclesiastes. xij. vbi dicit ꝙ cūcta q̄ fiūt adducet deus in iudiciū pro omni errato siue bonū siue malum sit. quod esse nō posset nisi aīa esset immortalis. Et expressius ꝙ nō est persona sua sed impioꝝ dicit pꝫ p hoc qd̄ in fi. l. i. eo. ca. quasi determinādo subiūgit donec reuertat puluis i terrā suā vñ erat et spūs redeat ad illum qui dedit illum. ⁊ dato ꝙ illud esset de mente Salomonis. s. vnum esse interitum hominis ⁊ iumenti referendū est ad spiritū philosophoꝝ nō ad spiritū rationalem. Est enim in homine duplex spiritus. scilicet spiritus rationalis et incorporeus. qui non perit cum corpore. Alius qui dicitur phicus seu naturalis quo mediante anima rationalis vnitur corpori et ille corporeus est subti-

licet aere minus subtilis igne quo mediante fit sensus et imaginatio: et iste perit cum corpore talis spūs est in corpore bruti animantis et illud vegetat et corpore pereunte perit et sm hoc ait Salomō: q vnus est interitus hois et iumēti qtū ad corpus et spiritū phisicū. ¶ Illius etiā predicte dānate opiniois fuerunt illi ex quorū persona dicitur. Sapiē.ij. ex nihilo nati sumus et post hoc erimus tanq si non fuerimus. Huius puerse et dānante opinionis fuerūt saducei: qui qr credebant q aie nō erāt immortales negauerūt resurrectionē. sicut patet Act. xxiij. Hec etiā dānata opinio istis tēporibus etiā in multis malis xpianis inuenit regnare: quia ad hoc vigilāter intēdit dyabolus Unde dicit albinus in sua dicta q dyabolus querendo omnes alios modos quibus possit hominem ad dānationem deducere. Inuenit specialiter vnum subtilissimū p quem si potest homini nocere paucū vel multū per hoc ipsum prosternit et leuiter ad dānationem deducit. et est iste q vulnerat hominem in occulto vere credulitatis et facit eum dubitare in veritate fidei catholice et specialiter iuxta posse suum laborat q faciat eum dubitare q non sit altera vita: nisi hec. et q debeat fieri resurrectio mortuorum: quia si hoc facit eum credere vel in hoc dubitare: statim homo sic deceptus dimittit se cadere i oēe peccatum. et elongatur ab omni virtute et perdit omnem timorem et amorem dei et viuit desperatus qui perdidit totā fidē et spem dei: et singulariter anhelat dyabolus viribus suis ad decipiendū: per hanc viā oēs homies qui sunt magis pctōres: et specialiter supbos: et pōposos: et nimiū amatores diuitiarum mūdi. et deliciarū carnaliū: et tenet hunc modū: qr primo ponit ante oculos eorum magna crimina que fecerunt et magnas penas que sm sanctas scripturas ꝑpter illa sunt eis preparate: et cum illi miseri: hoc considerant ponit eos in desperationem dicens eis q sm hoc damnati erunt quādo morientur: et tenendo eos in tali cognitione. dicit eis postmodum quasi dās aliquam consolationem q non timeant: immo q fortificentur et letentur et habeāt bonū cor: et dent sibi bonū tempus: et q faciāt quicquid eis placuerit: quia nunq deus resuscitabit eos nec iudicabit: quia nō est altera vita nisi hec presens Et hinc inoleuit illud erroneū ꝓuerbium qd in nostra lingua dicitur En esto munde non me veas malpasar. e. en el otro non me veras penar. Et adhuc dicit eis q non est aliquis deus: et q nostra mors et natiuitas est sicut bestiarum: quia sicut bestie nascuntur et moriūtur: ita erit de nobis et dicit predict9 doctor q specialiter dyabolus mouet et auget hanc tentationem tempore mortis: quia videt q ille passus est valde strict9: et periculosus: et q ducit secum magnum pauorē: et propterea poterit citius prosternere et decipere hominē nisi tuuet a deo ꝑpter bona

merita q̄ ante fecit: quia illa procu curant homini tēpore illo succursum & propter hoc dicit ꝙ ordinauit sancta mater eccl'ia ꝙ xp̄ianis in hora mortis dicatur. Credo in deum qd̄ est fundamentū nostre fidei catholice: & qd̄ faciāt cū omni deuotione confessionem fidei: & ꝙ reducatur eis ad memoriā passio & mors saluatoris iesu xp̄i et qua prouenit electis perseuerantia in fide & deinde in fine vite preciosa & sancta mors ante eum. hec ille. ¶ Ex p̄dictis patet vnde habuerunt predicti heretici occasionem errādi: & quō dyabol9 inter cetera vigilāter laborat vt miseros hoies deducat ad credendū ꝙ non est altera vita. ¶ Improbatur aūt predictus error quadrupliciter. Primo per dicta gentiliū philosophorū. Secūdo rationibus doctorum catholicorum. Tertio auctoritatibus sacre scripture. Quarto splēdore miraculorū. ¶ Circa primū notandū ꝙ post illud genus philosophorū de quibus dictum est in principio huius capituli fuerunt duo genera aliorū philosophorū quorū primi vocati fuerūt paripatetici quorum dux & magister fuit Aristoteles qui. xvi. de animabus ca. iiii. dicit sic. intellectus solus ē ab extrinseco & solū habet esse diuinū. Item in secūdo de anima dicit. ꝙ anima intellectiua est alterū gen9 ab aia vegetatiua: & sensitiua & ꝙ ipsam solam contingit separari a corpore tanꝙ perpetuū a corruptibili. Itē in libro de pomo dicit ve anime peccatrici que non habet locum redeundi ad suū creatorē: quia turpia eius opera impediūt ascensum eius ad deū. ¶ Aliī philosophi fuerunt vocati stoyci. quorū dux & magister fuit plato qui plus ꝙ aliquis ali9 ph̄s affirmauit immortalitatē aie. Vn̄ in li. tymei. c. iiii. & v. inter multa erronea que de aia dicit hoc vnū verum infert ꝙ anima est immortalis: ꝙ si vincit passiones: vel si ab eis vincat̄ premiabitur: vel punietur post mortē. Unde ponit ꝙ si anima existens in corpore viri vincatur a passionibus corporis post separationem a corpore viri in corpus muliebre mittetur: & si se ibidē male habuerit in corpus pecoris post mortem in penā. Et s̄m ꝙ male vel deterius se habuerit in deterius pecus vertetur. Finaliter tn̄ omnes redibūt ad generalē innocentiā & dignitatē cū fuerit p penas sat3 expiate. Affirmauit etiā immortalitatem anime: et ꝙ aie virtuosorū & bonorum debebāt premiari alio mundo: & aie malorū puniri: vt patet in disputatione socratis & suorū discipulorum quam introducit in phedrone vbi per modum dyalogi multis coniecturis probat anime hominis imortalitatem: & dato ꝙ taliter non accedat ad veritatem nostre fidei: est tamen mirabile ꝙ homo philosophus sine fide solūmodo per rationē & lumen naturalis intelligentie veniret in tam altam cognitionem: & forte causa huius potuit esse: quia sicut dicit Hiero. in epistola ad paulinū que ponit̄

minus deus. Ecce ego mitto in fundamento syon lapidem: lapidem probatum angularem preciosum: et delebitur fedus vestrum cum morte: et pactum vestrum cum inferno non stabit. ¶ Secunda ratio potest sumi ex dictis iosephi qui fuit iudeus et verus historiographus dicentis quod hierusalem fuit destructa quia iniuste eius habitatores interfecerunt christum et beatum iacobum. Ex quo sic potest argui: iudei non errassent occidendo christum et beatum iacobum nec per consequens fuissent puniti nisi christus vere fuisset deus. sed isti peccauerunt occidendo istos. ergo christus vere erat deus. maior patet quia iudei interfecerunt christum: quia dicebat se esse deum et certe si non fuisset verum secundum legem debebat mori. Iudei ergo interficiendo christum si non fuisset deus: quia fecissent secundum legem non peccassent occidendo ipsum et beatum iacobum: sed potius meruissent: et eadem ratio est de beato iacobo qui ideo interfectus fuit: quia asserebat christum esse deum. Sed si non dixisset verum iuste interfectus fuisset. ergo vera est maior propositio quod si christus non fuisset deus iudei non peccassent occidendo ipsum et beatum iacobum. Sed minor patet per dictum iosephum asserentem iudeos deuenisse in istam vltimam captiuitatem quia iniuste interfecerunt hos duos predictos. ¶ Ex quo etiam tertia ratio potest induci que talis est. Interficere puram creaturam iniuste non est ita magnum peccatum sicut ydolatrare: sed interficere christum fuit maius peccatum quam ydolatrare. ergo christus non erat pura creatura et sic oportebat quod esset deus. maior est manifesta: quia magis peccatum est facere contra preceptum prime tabule quam contra quodcumque de tabula secunda. Sed ydolatrare est contra primum preceptum prime tabule peccare. Homicidium vero est contra secundum preceptum secunde tabule. ergo maius peccatum est ydolatria quam homicidium. Minor probatur quia licet interdum iure humano grauius puniatur minus peccatum: in lege tamen diuina pro mensura peccati est plagarum modus vt dicitur deutero. xxv. capitu. Cum ergo iudei per peccatum commissum contra christum incurrerint maiorem penam in vltima captiuitate que iam durauit mille. cccclx. annis: quam fuerit aliqua pena eis vnquam immissa propter peccatum ydolatrie necessario oportet dicere maius peccatum fuisse interfectio christi quam adoratio ydoli. ergo christus erat deus et hoc patet satis rationabiliter si consideremus conditionem legis quam christus erat daturus. Videmus enim in omnibus actibus ordinatis quod ille qui est superior artifex principalem et perfectiuum actum operatur per seipsum. Ea vero que disponunt ad illam perfectionem operatur per suos ministros sicut nauis factor compaginat per seipsum: sed preparat illam nauem per artifices subministrantes et ideo conueniens fuit quod lex perfecta noui testamenti daretur per ipsum deum hominem factum. lex autem vetus per dei ministros propter quod de latore legis noue dicitur

Iob.xxxvi. ecce deus excelsus i fortitudine sua et nullus est ei similis in legislatoribus: hec sufficiat cōtra pfidiā iudaicā ad ostendēdum rationibus et auctoritatibus q xps est verus deus et verus homo.

¶ Cōtēdit iude⁹ probare q lex euāgelica non est a deo quia ponit trinitatem personarum.



Vicesimū tertiū argumētum iudeorū sit cōtra trinitatē psonarum ex qua arguūt legē euāgelicā nō esse a deo sic. Ista lex nō est a deo que tollit oīmodē vnitatē diuinā. q deutro.vi. dicitur. Audi israel dñs deus tuus vnus est: sed lex euangelica videtur hanc vnitatē auferre ponēdo personarū trinitatē: ergo lex euangelica nō est a deo. ¶ Respondetur iudeo q trinitas personarū nō derogat vnitati essentie diuine: nā et ipsi habent cōcedere deū esse in diuersis locis. q ps dicit. Si ascendero in celū tu illic es: si descēdero ad ifernū ades quod nō pōt verificari sm diuersas partes: q deus spūs est: et omni diuersitate et cōpositione partiū caret nec pōt dici q deus sit i diuersis locis successiue: q ipse dicit malachie iij. Ego dñs et nō mutor: ergo sicut simul et semel totus est i diuersis locis cum veritate sue vnitatis ita suo modo diuinitas existens vno numero simul est tota in diuersis suppositis: nō eni est scriptura in mūdo que verius ponit vnū deum q facit euangeliū. Sed hec vnitas pPter sui infinitate et illuminatione cōpatit secum psonarū trinitatē. Ad inmēdum ergo q trinitas nō tollit vnitatē essentie vbicūq; in veteri testamēto in hebreo inenit heloym quod significat deū in plurali numero adiūgit act⁹ singularis vt est illud. In principio creauit heloym celū et terram. ¶ Dicūt iudei q hoc nomē heloym indifferēter accipit p singulari vel plurali: et qñ accipit p deo vero semp i singulari tenetur sicut ibi: in principio creauit heloym ecce q si creauit stat in singulari: sz hoc pz manifeste falsum. Nā aliqñ tenetur manifeste pro deo vero: et tñ cōiūgit cū adiectiuo pluralis numeri et aliqñ etiā cū verbo pluralis numeri qd nō esset si teneret pro singulari. Exemplū primi Iosue vlti. nō poteritis seruire dño deus eni sanctus est et c. Hebraica veritas habet nō poteritis seruire domino: q heloym sancti ipse ista auctoritas loquit de deo vero: q iosue loquebatur populo de seruitute veri dei. vt pz litterā intuēti. Itē Hiere. xxiij. puertistis verba dei viuētis dñi exercituū dei vestri hebraica veritas hic habet puertistis verba heloym viuētiū deū exercituum ista auctoritas manifeste loquitur de deo vero. Nā vbi nos habemus deū exercituū in fine auctoritatis p hoc noie dñi in hebreo ponitur nomē dñi thetragramatō qd de solo vero deo pōt dici vt declarat rabi salomon in lib. de directiōe perplexorū et tñ in istis auctoritatibus hoc nomē heloym coniungit cū adiectiuis pluralis numeri: vt patet exemplū secundi. scilz de verbo pluralis numeri. ij. regū. vij. que est gens vt populus israel in terram propter quam venit deus vt re-

dimeret sibi i populū. hebraica lr̄a sic habet: que aūt vt populus tuus gēs vna in terra ꝓpter quā iuerūt heloym ad redimendū sibi. ptꝫ ergo ꝙ li heloym stat in p̄dictis auctoritatibus ꝓ deo vero et in plurali q̄re cū sit ibi iꝑossibile pluralitatē pōere deoꝝ necessarie ē pōere pluralitatē ꝑsonaꝝ siue suppositoꝝ qꝛ actiones tales sunt suppositoꝝ secūdo de anima. Patet igitur ex modo loquēdi hebraico ꝙ in diuinis ē pluralitas suppositoꝝ ⁊ vnitas essentie ꝙ moyses et alij ꝓphete dederunt studiosis in lege ꝑ talē modum loquēdi. Quomodo aūt iste actus elicitur ab essentia formalr̄ q̄ vna est simpliciter lꝫ persone sunt distincte ⁊ quedā magis subtiliora ⁊ magis ad propositū hic adduci possent. Sed quō dicit magister Bernardus oliuerij in suo tractatu ꝯ cecitatē iudeoꝝ. vi. c. Non videt̄ tutum dare occasianē cuiqꝫ loquēdi subtiliter cum infidelib⁹ de materia ista. ❡ Uideant ergo catholici studiosi doctores super primum sentētiarū vbi de ista materia multa subtilissima tradūt q̄ velut margarite nō sunt seminā de inter porcos. id est infideles. Sed tn̄ iduco cōtra iudeoꝝ cecitatem in ista materia testes famosos. Et primo sepe nominatum peritum doctorem petrum alfonsi conuersum in suo dyalogo ti. vi. respondētis sub nomine petri moysi interrogāti sic ꝑpēde o moyses ꝙ secretū sit nomē istud ⁊ ineffabile et ꝙ nō nisi ꝑspicaci mentis intuitu et ꝓfunda valꝫ agnosci idagatiōe testāte moyse q̄ ait in deutro. scito hodie ⁊ cogita tu in corde tuo ꝙ dn̄s ipse est deus in celo sursum et in terra deorsum ⁊ nō sit alius. vbi enim in latio ponitur dominus in hebreo ⁊ quidēꝫ p̄dictum nomē inuenies vbi vero de⁹ in latino in hebraico scribitur heloyꝫ quod pluralitatē significat vt inde patesceret eūdē eē deū qui ⁊ singulari ꝓprio ⁊ plurali appellatiuo nuncupat̄ vocabulo. Sꝫ et ne plures deos forte putaret addidit et non sit alius. ꝙ vero moyses dixit scito et cogita tu in corde tuo reuera isinuat ꝙ nois hui⁹ archana subtilitas neqꝫ visu neqꝫ auditu neqꝫ ỏ corporeis sensib⁹ aliquo nisi tm̄ mentis intellectu ꝑspicuo ⁊ miro ꝓpēdi possit ingenio. ❡ Potest etiā in multis alijs trinitas denotari sicut in fimbrijs quas domin⁹ filijs israel in vestimentis suis per moysen habere p̄cepit dicens loq̄re filijs israel et dices ad eos vt faciant sibi fimbrias in angulis palliorum ponētes in eis vittas iacinctinas: quas cum viderint recordētur omniū mandatoꝝ domini. Fimbrie quippe ille quattuor erāt filorū sed duplicatorū in superiori siquidē sui parte tres nodos habentes in inferiori vero duos. Sed ꝑ fila quattuor. quatuor anni partes designantur. Per filoꝝ vero duplicitatem dies et nox videlꝫ vt quattuor anni t̄ꝑib⁹. i. toto āno noctē quoqꝫ ⁊ diē dei mādatoꝝ memores eēnt. Nā ꝑ tres nodos trinitas ꝑsonarū scꝫ superiores Per duos aūt iferiores duo insinuant̄ testā. i. lex moysi ⁊ euāgeliū. ❡ Notat̄ ꝙ trinitas in

tribus benedictionib⁹.qb⁹ aaron ꝛ filij eius bn̄dicebāt filijs israel ex p̄cepto dn̄i dicentis ad moysen. loq̄re ad aarō.ꝛ filijs ei⁹ sic bn̄dicetis filijs israel ꝛ dicetis eis Bn̄dicat tibi dn̄s ꝛ custodiat te.ostendat dn̄s faciē suā tibi ꝛ misereat̄ tui.Cōuertat dn̄s vultū suū ad te. ꝛ det tibi pacē.his q̄ppe bn̄dictionib⁹ sacerdos alicui bn̄dicēs p̄tēsas añ vultū suū palmas vtrasq̄ tenebat.cum ỽo dicebat dn̄s quē hebraice illo qd̄ supra diximᷓ trino ꝛ vno noīe exprimebat tres digitos priores pollicē videl3:indicē atq̄ mediū man⁹ vtriusq̄ rectos alti⁹ erigebat.ꝛ dicto ita dn̄o digitos vt prius remittebat.sed dic mihi o moyses quid triū digitoꝝ eleuatione melius q̄ trinitatis excellentia poterit allegorizari ꝙ si q̄d aliud sup his notare tu noris ꝛ valeas. mihi q̄so edisseras moyses sane neq̄ illud quod dixisti neq̄ q̄c q̄ aliō super hoc vnq̄ notauim⁹. sed nec doctores nostri q̄ppiā notādū esse dixerūt.¶ Petr⁹.Quid ēt nisi trinitas p̄sonaꝝ in eo qd̄ dicit Isaias p̄pheta notari pōt trina videl3 angeloꝝ voce laudātiū ꝛ dicētiū.sanct⁹ sanct⁹ sanct⁹ dn̄s de⁹ sabaoth. Cur enī ter tm̄ sanct⁹ dicūt magis q̄ semel vel bis decies vel cēties vel alio aliquo numero.cur si breuiter laudare vellēt semel sāct⁹ nō dicerēt.si vero multū cur nō centenā vel millenā vel innumerā laudem exhiberēt Moyses.nos quidē in angeloꝝ laude cām nullā vocis illius trine nisi placitū sim⁹ ipsoꝝ. Petr⁹.si ad singula q̄ p̄posuero nescius r̄nderis.quid aliō q̄ te victū ꝛ contra ire nescientem fatebėris. ¶ Testat̄ sane ꝛ dauid p̄sonarū trinitatē cū dicit.Querite dominū et virtutē eius:querite faciē ei⁹ semp Quid est ei ꝙ dixit querite dn̄m ꝛ virtutē eius et querite faciē ei⁹ nisi querito patrem et filiū et spiritūsanctū.Quid nanq̄ per virtutē eius nisi filius eius.Quid vero p faciē eius nisi sp̄ūsanctus intelligit̄ ꝙ si tu alias intelligas edissere hec itaq̄ sanctū testimonia scripturarum de trinitate personaꝝ satis intelligentibus sufficere possūt. H predict⁹ doctor.¶ Sed nō trāseat calamus auctoritatē Isaie in ca. xlviij.que multū facit ad propositū vbi ipsemet de⁹ dicit. ex tēpore anteq̄ fierent ibi erā et nunc misit me deus et sp̄s eius.ꝙ illa autē sint verba dei loquētis p3 per litteram precedētē3.cū dicitur man⁹ quoq̄ mea fundauit terrā et dextera mea mensa est celos.ꝛ sub eodē contextu idem loquēs ait et nūc misit dn̄s me ꝛ spiritus eius.Similr patet per litterā sequētē immediate cum dicitur hec dicit domin⁹ redemptor tuus sanct⁹ israel. In auctoritate vero premissa exprimitur deus missus a deo sp̄ū eius Inter mittentē ỽo ꝛ missum semp est distinctio personalis.ꝛ sic ista scriptura impleta fuit in icarnatione filij dei q̄ ē deus missus in mūdū a deo patre ꝛ sp̄ū eius. ¶ Secūdo adducunt̄ antiq̄ doctores hebreoꝝ q̄ de hac materia l3 obscure aliq̄d sensērūt inter quos aliq̄ allegabūt̄ q̄ magis visi sūt appropinquare ỽitati.

Et primo occurrit illud qđ sup il-
lud ps. Deus dñs locutus est & vo
cauit terrã. ibi glo. q̃ dicitur my-
drastulim. s. glosa psalterij sic que
ritur. Que est ratio quare psalmi-
sta nomẽ dei sancti & bñdicti trib⁹
vicib⁹ cõmemorauit dicẽs. De⁹ do
min⁹ locutus ẽ &c. Ad quod rñdẽt
ibi sic hoc ẽ vt doceret te q̃ cũ istis
tribus nominib⁹ creauit de⁹ seculũ
suũ. intra tres midoth. i. ꝓprieta-
tes quib⁹ creatus est mund⁹: & ista
sunt sapientia. scia et prudẽtia. si-
cut dictũ est in ꝓuerbijs. c. iij. Dñs
i sapientia fundauit terrã ordiauit
celos in ꝓprudentia in sciẽtia sua
abyssi eruperũt. & isto mõ dr̃ i exo
do. c. xx. qm̃ ego sũ dñs deus tuus
de⁹ zelator. ecce tria nomina intra
tres midoth quibus creatus ẽ mũ
dus. Similr̃ filij gad & filij rubem
dicebãt in libro iosue. deus de⁹ do-
minus ipse scit. vbi noiauerũt deũ
trib⁹ vicib⁹ hec in ꝑdicta gl. ¶ Et
idez habetur in beresith raba. i. in
glosa magna sup Geñ. sup illo ver
bo. In principio creauit deus celũ
& terrã In quibus habet̃ q̃ docto
res antiq̃ hebreoꝝ per trinã itera-
tionẽ diuini nominis q̃ sepe fit in
scripturis exponũt q̃ est intelligẽ-
da in diuis trinitas sm̃ tres my-
doth scz ꝓprietates quas deo attri
buũt. Itez in eadẽ glosa magna q̃
dr̃ beresith raba. c. cxij. sic dr̃ rabi
heliazar dicit nõ ẽ creat⁹ mũd⁹ ni
si p verbũ vel cũ ṽbo dei sancti et
bñdicti sicut dr̃ in. ps. ṽbo dñi celi
firmati sũt. Et seq̃t ibidẽ rabi sy-
meõ dicit ispirauit vel insufflauit
de⁹ spm̃sanctũ & creat⁹ ẽ mũdus si
cut dr̃ in psal. spũ oris eius omnis
exercit⁹ eoꝝ. Hec in ꝑdicta glosa i
qua mãifeste ponit̃ distinctio realis
in creatore mũdi qui ẽ de⁹. Mani-
festũ ẽ eñi q̃ verbũ distiguit̃ reali-
ter a ꝓferẽte & spũs ab ispirãte. et
tñ hi tres vnũ sunt de quib⁹ statiz
ꝓpheta subdit. Cõgregãs sicut in
vtre aquas maris: loquẽdo i singu
lari. ¶ Itẽ in glosa hebrayca sup
illud Eccl's. iiij. funicul⁹ triplex dif-
ficile rũpit̃. vbi sic dr̃ sẽsus eẽt vi-
deret̃ mysteriũ throni dei & vnius
si facile discat̃. Sz hãc glosã mo
derni iudi puertũt retorq̃ntes hãc
trinitatẽ ad tria attributa diuia. q̃
sunt potẽtia sapiẽtia bonitas. Sz
nõ vr̃ h' esse sñia glose p hoc q̃ dr̃
nõ defacili discat̃. q2 q̃libz ẽt sa-
tis simplex scit deũ eẽ potẽtẽ sapi
entẽ & bonũ. Itẽ sicut de⁹ opat̃ p
suã potẽtiã sapiẽtiã & bõitatẽ. sic
artifex creat⁹ opat̃ p artẽ suã sicut
p regulã directiuã & p potẽtiã suã
quẽ trãsmutat mãer ad formã scã-
ni vł lecti vł hmõi & p appetitũ bõi
tatis lucri. & ista tria multopl⁹ dif-
ferunt in eo q̃ potẽtia & sapientia
& bonitas in deo et iõ si ꝓpter ista
tria dr̃ de⁹ trinus et vnus in glo. ꝑ
dicta. multo forti⁹ diceret̃ quilibet
artifex trinus & vn⁹ quod nõ est ve
rũ. et iũgeret̃ singulare cũ ṽbo plu
ralis nũeri dicẽdo hyrã fecerũt tẽ-
plũ solomonis sicut de deo dicitur
Eccl's. ij. q̃s ẽ hõ vt seq̃ possit regẽ
factorẽ suũ hebraica veritas sic hz
Quis est homo vt intret post regẽ
q̃ fecerũt eum. et sic de deo dicit̃ q̃
est rex q̃ fecerunt homines. ¶ Itẽ
etiaz patet per sapientes cabalis q̃

dicunt esse deum sine aliqua corporali quātitate et cum tribus istorum deus mundum creauit. que vocantur corona intelligentia et regnū. et nō est differentia iter istos et xpianos nisi in vocabulis quoniam si ipsi intelligerent legem christi prout ipsam cognoscunt christiani. Uiderentur nullā esse inter eas differentiā realem sed tantūmodo vocalem et non est mirum si doctores aliq hebreorū inter gentes aliquid de mysterio trinitatis nō sunt cōuersi ad fidem xpi. quia possibile est q deus eis gratiam nō inspirauit propter eorum peccata: qui dispositionem primā nullatenus optauerūt. Et propter multa alia temporalia quibus erant inuoluti que viam salutis impediunt. Sic et moderni iudei nō minus obnubilati et inuoluti non recte sed ex obliquo incedentes per dictam veritatem questionibus varijs et euasionibus cōfusis inuoluūt ipsi sūt de qbus dicit salomō Ecclesiastices. vij. deus fecit hominē rectū et ipse imiscuit se infinitis questionibus. ¶ Tertio accedūt naturales phi et videamus quid de trinitate senserūt. Primus fuit adam magnus naturalis qui dixit sm iuuenalem et Hieronymum manus dei tres digiti formauerunt corpus meū et extraxerunt costā. p tres digitos tres psonas intelligēs et p manū dei vnitatē essentie. Secūdus phs fuit Abraā i lege natur q tres angelos vidit sed vnum adorauit. Gen. xviij. tres vidit qr fides tres psonas credidit sz vnum adorauit qr vnus deus adoratur sub rōne vnius maiestatis deitatis et essētie. Tertius phs fuit plato qui in. vij. libro platanicorum dicit q sicut non est dare intelligentiā creatā sine trinitate creata videlz itelligere posse velle sic nec intelligentiā increatā sine trinitate increata que est posse intelligere et velle. et iste plato vt ponit macrobius sup somnium scipionis et beatus augustinus. x. libro de ciuitate dei. c. xix. et. vij. li. confessionum. c. ix. dicunt q istud In pricipio erat verbū et verbum erat apud deū et deus erat verbum hoc erat in principio apud deū oia per ipm facta sunt et sine ipso fctm est nihil. quod factū est in ipo vita erat. Fuit inuentū in libris platonis: et sic patet q cognouit pluralitatē personarum. Quartus phus fuit aristotiles qui vnitatē essentie ostēdēs. viij. phisicorum i fine dicit vnū motorē penitus imutabilē eternum et infinite virtutis et potētie sup oēs celos residēs et in. xij. methaphisice in fine dicit. Entia nolunt male disponi nec est bonū pluralitas pricipātiū vnus ergo princeps a q depēdet celū et tota natura. Sz trinitatē in deo ostēdēs dicit i pricipio primi libri de celo et mūdo. Res oēs sunt tres et diuidunt in tres hic qdē nūerus est ois rei et significat trinitatē rerū ita q in omni re ē inuenire trinitatē. et nō solū i creaturis sed ēt i creatore. addit vltra nos vero nō extraximus hunc nūerū nisi a natura rerū et retinuimus ipm similē legi earum. et p hūc qdē nūerū adhibuimus nosipsos magnificare vnum creatorē tm eminētē

ꝓprietatibꝰ eoꝝ q̄ sūt creata. ⁊ nō cognouit iste personas distincte tñ cognouit appropriata. Quītꝰ phs fuit ermes termegistꝰ rex egypti q̄ teste linconiēse in libro īterpretatorio prius gregaꝝ.c.xxxiiii. sic ait deꝰ ē lumē añ lumē intelligibile et nihil aliud ē eiꝰ vnio ꝙ spūs oīa cōtinēs ⁊ verbuꝫ ipsius pfectum existēs ⁊ genituꝫ.ergo ibi ē vnio ī essentia ⁊ lumē deꝰ pr̄ est spūssanctꝰ oīa ꝯtinens ⁊ verbū pr̄is id est filius oīo equalis. Et iterū idē dicit monos gignit monadē ⁊ in se suuꝫ reflectit ardorem. Ecce q̄d dicit loquēs de deo: monos.i. vnus pr̄ genuit monadē. id est vnū filiū et in seipꝫ.s. pater reflectit ardorem.i. spm̄ sanctū. Sextus phs fuit escu lapiꝰ primus medicꝰ q̄ in vno deo ponit actū sermonē ⁊ virtutē vt pꝫ in libro suo de interrogatiōibꝰ. Septimꝰ phs fuit ꝓphiriꝰ q̄ teste Augustino libro.x. de ciui.dei.c.xxiii. p̄dicat in diuīs patrē ⁊ filiū ⁊ hoꝝ mediū. Octauꝰ phs fuit plutarcꝰ magister traiani imperatoris qui habuit respōsū ꝙ hoīes ñ poterāt saluari sine pr̄e ⁊ filio ⁊ spūsancto Et iō fecit laminā ⁊ posuit ī sepulchro ⁊ inuēta ē scriptura lr̄is aureis.p.capiti.f.ori.s.pectoris cordi p p.patrē.p.f.filiū per.s.spm̄sanctū intelligēs. Si aliq̄s q̄reret cū isti fuerūt gētiles phi. ⁊ mysteriū sancte trinitatis sit indemōstrabile.et archanū quō habuerūt talem notitiā de trinitate diuina. Rn̄det illuminatꝰ doctor Frāciscus de maronis in cōflatu suo super p̄rio sniaꝝ rū distinctiōe scd̄a q̄ōne quarta dicēs.ꝙ multa ꝓbabilia ⁊ ꝓbabiliter enūciata dixerūt et ꝓpter nos multa p reuelationē hūerūt. ¶ Quarto accedat vniuersitas artiū liberaliuꝫ et ostēdat nobis si q̄d sentiat de mysterio trinitatis. Unde vna grāmatica est in essentia sꝫ tres sunt psone de quibus tractat scꝫ prima q̄ de seipsa loq̄tur vt ego. scd̄a ad quā prima loquitur vt tu. et tertia de q̄ fit sermo inter primā et secundam vt ille. Sic pater in diuinis loquit̄ de se et a se tanq̄ prima psona filiꝰ vero est secūda persona ad quā loquit̄ pater psalmo secūdo. Dn̄s dixit ad me: filius meꝰ es tu: sed spiritussanctus ē de quo fit sermo. Johannis.xv. cū venerit paraclytus quē ego mittā vobꝭ a patre. ¶ Logica vo dicit ꝙ in vna ꝓpositione s̄m essentiā sunt tria distincta scꝫ subiectū.p̄dicatū ⁊ copula. ⁊ ī vno syllogysmo s̄m essentiā ē maior ꝓpositio minor ⁊ cōclusio q̄ adinuiceꝫ distinguunt̄. ⁊ in syllogismo demōstratiuo maior ē per se nota. ⁊ sic a nullo minor a maiore pullulat cum sub ea accipiat̄. ⁊ cōclusio ab vtroq̄ s̄ꝫ mētē Aristo. ¶ Rethorica dicit in vno dictamīe vniꝰ pagine s̄ꝫ essentiā sunt tria disticta.s. psona q̄ loquit̄. et secūda ad quā loquit̄ ⁊ ipsa lr̄a media inter primā et secundā. ¶ Geometria dicit. in vno edificio siue corpe s̄m essentiā sunt tria distincta.s. lōgitudo. latitudo ⁊ ꝓfūditas. ¶ Musica dicit. in cantu vno organico s̄m essentiā sūt tres distincte voces.s. tenor quīta ⁊ octaua. ¶ Arismetrica dicit. vnꝰ nūerꝰ par s̄m essentiā distiguit̄ ī pfectuꝫ

superexcrescētē. et excrescentē: vt
p3 his tribus numeris. s. xij. viij.
vi. quoꝝ vterq3 est nūer9 par ꝫ3 es-
sentiā. et sic conueniunt. differūt tñ
q2 ptes aliquote de. xij. que sūt vnū
ꝛ duo tres ꝛ q̄tuor ꝛ sex simul sūpte
reddent pl9 ꝙ̄ suū totū q2 reddunt.
xvi. et ideo dicitur superexcrescēs
Et partes aliquote ꝺ octo: q̄ sunt.
vnū duo quattuor reddunt min9 ꝙ̄
suuz totū. q2 solū reddunt septē. et
iō ꝺꝛ numer9 excrescens. i. nō cre-
scens in suū totuz. Partes vero ali
quote de sex q̄ sunt vnū duo ꝛ tres
reddunt integre suū totū q2 faciūt
sex. nec plus nec min9. Et iō ꝺꝛ nu
merus perfect9: vt dicit Isid. iij.
ethimologiarum. ca. vi. et vocatur
pars aliquota q̄ aliquotiens sūpta
reddit suuz totū. ¶ Astronomia di
cit ꝙ in vno celo p essentiā est ort9
occasus et motus stellarum: vt no-
tat predict9 Isidorus in. iij. ethi-
mologiarū ponēdo differentiā int
astronomiā et astrologiā. q̄m pria
dicit qđ dictū est. secunda ꝟo vltra
illud dicit auguriationē in stellis.
ꝛ iō quo ad hꝰ est superstitiosa scia
¶ His addiꝛ naturalis ꝓphetia. q̄
vna ꝫm essentiā pōit tria rerū pri-
cipia. s. materiā. formā et priuatio-
ne. ¶ Nec expers erit methaphisi
ca a laudibus trinitatis diuine. cū
ipa cōsideret ens in q̄tū ens quod
est vnuz ꝫm essentiā. sunt tamē i ea
tres passiones distīcte. s. vnū veruz
bonum. vnū representās patrē qui
est pria persona. sicut vnitas ē pri
cipium numeri. Ueritas q̄ est obie
ctū itellect9 representat filiū q̄ est
veritas ꝛ ꝓduct9 p modū diuini i-
tellect9 Bonitas repñtat sp̄ūsā
ctū. q2 bōitas ē obiectū volūtatis
sp̄ūsanct9 ꝓduciꝛ per modū volū-
tatis ꝫm Aug. ¶ Quinto ꝛ vltimo
accedat mūdus cū suis creaturis.
ꝛ declarat trinitatez eē i creatore.
Et p3 prio ꝙ mūdus i se vnus p
essentiā distiguiꝛ i supercelestia q̄
sunt angeli ꝛ in celestia q̄ sūt celi. ꝛ
in subcelestia que sunt q̄ttuor ele-
mēta cum elemētatis. Scđo se of-
fert natura angelica q̄ in se vna di
stinguiꝛ i tres iherarchias sc3 su-
periorē mediā ꝛ inferiorē secundū
Dyonisiū de angelica iherarchia.
Tertio se offert supior iherarchia
in qua de9 vnus ē i thronis vt ma-
iestas in Cherubi vt veritas i Se-
raphi vt charitas Quarto se offert
q̄libꝫ āgelus ꝛ q̄libet rōnalis aīa.
qui cū sit vnus. et aīa vna i sua es-
sentia est tñ i eis eternitas potētia
rū sc3 memoria. itellect9 ꝛ volūtas.
ꝛ hec i creaturis vocaꝛ ymago dei
q2 nihil est simili9 in creaturis tri-
nitati diuine ꝓ eo ꝙ sicut tres pso
ne sūt vna essentia sic tres p̄dicte
potētie sunt vna aīa essentialr ꝛ nō
tres aīe. Et sicut tres persone ha-
bēt ordinē iter se nō tēporis s3 ori
ginis vel naturalis itelligentie vt
sicut pater ꝺꝛ prima persona. fili9
scđa. ꝛ sp̄ūsāct9. iij. sic i aīa memo
ria ꝺꝛ pria potētia q̄ est fons ꝛ tha
lam9 omniū intelligibiliū ab aīa. i
tellectus est scđa potētia. volūtas
vero tertia. q2 secundū Augustinū
nihil volitū nisi ꝓcognitū. Item si
cut diuine psone non distinguūtur
ab essentia realiter. distinguunꝛ tñ
iter se realiter p origines suas siue

relationes. sic ꝛ potentie anime di stinguuntur inter se formaliter. sʒ ꝗ tenus subsunt actibus suis q̄ sunt memorari. intelligere. ꝛ velle reali ter distinguuntur. Itē sicut deus est vbiqꝫ p̄sens in macrocosmo. i. ma iori mūdo. sic ꝛ aīa ratiōalis in mi crocosmo. i. minori mūdo. Ipsa eñi dr̄ esse tota in toto. ꝛ tota in quali bet parte. qꝛ aīa rationalis q̄ tota est in pede hoīs intelligit nō vt est in pede. Est ergo merito aīa ratio nalis imago dei. qꝛ expressius rep̄ sentat trinitatē diuinā ꝙ quecūqꝫ alia creatura. Et hinc est ꝙ cū deꝰ formauit hoīem. dixit. Faciamꝰ ho minē ad imaginē ꝛ similitudinem nostrā. Gen̄. i. Quinto se offerūt spe re celestes. qꝛ cū q̄libet spera sit in se vna. distinguit̃ tñ in circulū pla netā ꝛ virtutē. Sexto se offert sol. q̄ cū sit in se vnicꝰ in essentia. distin guit̃ tñ in corpus. splēdorē ꝛ calo rē quē p̄ducit. Septimo se offert ignis. q̄ similiter cū sit vnꝰ in natu ra. in eo tñ est tria cōsiderare. sicut dictū ē de sole. ꝛ istd̄ exēplū ponit Aug. de p̄cessiōe filij a p̄re. ꝛ sp̄us sancti ab vtroqꝫ. ꝛ si ignis esset eter nus eternaliter calor p̄cederet ab eo. ꝛ splēdor p̄cederet realr̄ ab vtro qꝫ sicut ē i diuinis. Octauo se offert aer q̄ vnꝰ i natura trinꝰ ē. in corpe calliditate ꝛ hūiditate. Nono se of fert aq̄ q̄ vna etiā i natura trinita tē dicit i corpe. hūiditate. ꝛ frigidi tate. Decimo se offert terra q̄ in se vna trina: tñ est in corpe. siccitate ꝛ frigiditate. Sic possꝫ exēplificari de oībꝰ creatur̃. i q̄bꝰ ꝛ si nō plene illa btā trinitas exprimit̃. relucꝫ tñ in eis vestigiū trinitatis. ¶ In cō firmationē oīm p̄dictoꝝ offerūtur due rōnes. Una quā fecit Augu. in lib. lxxxiij. q. qꝛ aut deus voluit ꝛ potuit se summe cōicare: aut potu it ꝛ nō voluit: aut voluit ꝛ nō potu it: aut nec voluit nec potuit: aut vo luit et potuit sʒ nesciuit. Nō ē dicē dū ꝙ potuit sʒ non voluit: qꝛ tūc in uidꝰ esset. Cōstat aūt ꝙ inuidia nō cadit i deo p̄pter imp̄fectiōeʒ. Uñ p̄rio methaphisice dr̄ ꝯtra symoni dem. Diuinū nō inuidet: nec est di cēduʒ ꝙ voluit ꝛ nō potuit: qꝛ tūc impotēs eēt qd̄ falsuʒ esset. Nec ē dicēdū ꝙ nec voluit nec potuit: qꝛ tūc impotēs ꝛ inuidus esset qd̄ pe ius est. Nec ē dicēdū ꝙ potuit ꝛ vo luit sʒ nesciuit: qꝛ tūc deꝰ eēt igna rus qd̄ est absurdū. Relinquit̃ ergo ꝙ deꝰ voluit potuit ꝛ sciuit se sum me cōicare: ꝛ cū i p̄petuis nō diffe rāt esse ꝛ posse: vt ptʒ. iij. p̄hisicoꝝ Seq̄tur ꝙ deꝰ ab eterno se summe cōicauit habendo dilectū. i. filiū. ꝛ dilectionē siue cōdilectū. i. sp̄m san ctuʒ. ¶ Scd̄a rō q̄ offert̃ est docto ris subtilis scoti in p̄rio sniaꝝ dis. ij. in respōsione ad tertiā q̄stioneʒ q̄ talis est. Ubicūqꝫ est inuenire p̄ri cipia p̄ductiua aliquoꝝ sine imp̄ fectione: illa supposita in q̄bus in ueniunt̃ possūt talia p̄ducere q̄ꝛuꝫ habēt principia p̄ductiua cum nō possunt ipediri. Sʒ in diuino sup posito. s. i patre ē inuenire p̄ricipiuꝫ p̄ductiuū noticie genite. s. mēoriaꝫ fecūdā q̄ est obiectū cū intellectu ꝛ p̄ricipiū p̄ductiuū amoris spirati qd̄ est obiectū cum voluntate. ergo suppositum diuinū habēs ista duo

principia pductiua pfectissime poterit producere noticiam genitã ⁊ amorẽ spiratũ. talia aũt in diuinis nõ possunt esse nisi subsistẽtia cum inherẽtia dicat impfectionẽ. ergo in diuinis sunt pducta duo subsistẽtia ⁊ vnũ pducens distinctũ psonalit̃ ab eis. ¶ Et si forte dicat iudeus. sicut ponis tres psonas in deo: ita possent poni plures alie. Rũdet sctũs Thomas in summa cõtra gentiles li. iiij. c. xxvi. φ diuine psone multiplicari non possunt φ exigit pcessio intellectus ⁊ volũtatis in deo. nõ est aũt possibile φ in deo sit nisi vna pcessio ẽm intellectuʒ. eo φ suũ intelligere est vnũ ⁊ simplex ⁊ pfectuʒ: q2 intelligẽdo se intelligit oĩa alia a se: ⁊ sic nõ põt esse in deo nisi vna vbi pcessio Similiter aũt oporteret pcessionẽ amoris esse tantũ vnã: q2 etiã diuinum velle est tantũ vnũ et simplex amãdo eĩ se amat oĩa alia. non est igit̃ possibile φ sint in deo nisi due persone pcedẽtes. vna p modũ intellectus vt verbũ. s. filius ⁊ alia p modũ amoris vt spũssanctus. Est etiam et vna psona nõ pcedens. s. paẽ. Solũ igit̃ tres psone in trinitate esse possunt. Itẽ si ẽm pcessionem opʒ psonas distingui modus aũt psone quantum ad pcessiones nõ põt esse nisi triplex: vt. s. sit aut oĩno nõ pcedens quod patris est. aut nõ pcedente procedens φ filiũ est. aut a pcedente pcedẽs quo spiritussancti est. Impossibile est igitur ponere plures φ tres psonas. Bñdicamus ergo patrem ⁊ filiuʒ cũ sancto spiritu: laudem⁹ ⁊ superaltemus eũ in secula. Etiã hec pro presenti sufficiãt de ista materia.

¶ Contendit iude⁹ pbare φ xpiani sunt ydolatre quia adorãt sacramentum altaris: ⁊ propter venerationem ymaginum.



Vicesimũquartum ⁊ vltimũ argumentum iudeorum est cõtra adorationẽ xpi. ⁊ sacramẽti altaris: ac etiã contra adorationem ymaginũ. Dicũt eniʒ iudei φ xpiani sũt pessimi ydolatre adorantes xpm purũ hoiem tanφ deũ ⁊ qd peius est hostiã de frumento ab eis formatã ⁊ coctã adorant sicut deuʒ qd est derisibile. ⁊ postea comedũt qd est horribile. Adorant etiaʒ ymagines opa manuũ hoim Illud aũt est cõtra legẽ dei Deut. vi. Dominũ deũ adorabis. s. maiestatem diuinã in eo solo pfitendo. Itẽ Exod. xx. Non facies tibi sculptile. nec oẽm similitudinẽ q̃ est in celo desup ⁊ q̃ in terra deorsuʒ nec eor q̃ sunt in aquis subtus terram non adorabis ea nec coles. Item deut. lib. ⁊ Leui. xxvi. Nõ facietis ydolũ ⁊ sculptile. nec titulos erigetis nec insignẽ lapideʒ ponetis in terra vestra vt adoretis euʒ. Item Deut. xxvij. Maledict⁹ qui facit sculptile ⁊ pflatile. nõ ergo dʒ adorari hõ: nec panis nec aliq̃ ymago siue creatura. ¶ Ad istud argumẽtum rñdet̃ quo ad primũ. s. de xpo qd fuit ostẽsum plenissime in primo libro ⁊ in solutiõibus argumẽtor pdictorũ hui⁹ tertij libri φ Jesus nazaren⁹ est verus messias in lege

et pphetis pmissus. Ostensum est etiã quod est verus deus et verus hõ sicut patuit i solutiõe.xxi.argumẽti. Et in pmo libro cõsideratione.iij.arti. primo i quadruplici examine. Et ꝯsequẽter iesus nazarenus est latrie adorãdus: nec ex hoc ydolatrie sunt xpiani adorantes verũ deũ. ¶ Ad illud aũt qđ dicũt de adoratiõe eucharistie ꝙ ibi fit ydolatria. Dicẽdum ꝙ nõ est verũ fm Nicolaũ de lyra in tractatu cõtra iudeũ nequiter arguentẽ. Nõ eñi adorat panis qr nõ est ibi: sed eius substãtia ꝯuersa est in substãtiam corpis xpi vtute diuina ad ꝓlationẽ verbox cõsecratiõis q̃ sunt ipsius xpi veri dei effectiue seu principalr. Ipsius aũt sacerdotis ꝓlatiue seu ministerialiter. Verbũ aũt diuinũ est tãte virtutis ꝙ p ipsuȝ factũ est celũ et terra de nihilo: vt patet Geñ.i.et ps. cxlviij. dixit et facta sunt. et multo fortius põt cõuertere vnã substanciam in aliã. Patet etiã p exẽpluȝ Exod.xxiiij.ca. vbi dr ꝙ diuina virtute virga moysi cõuersa est in serpẽteȝ. Et Exo.vij. aque egypti cõuerse sunt in sanguinẽ. ¶ Et si dicas ꝙ ista nõ sunt cõuersa virtute verbox falsum est. Legimus eñi numeri.xx. ꝙ deficiente aq̃ dixit dñs ad sacerdotes Moysen et aarõ. Loquimini ad petram: et illa dabit vobis aquas. et ad verbũ cox fm ps. cõuertit petrã in stagna aquarũ: et rupẽ in fontes aquarũ. Facilius aũt videt panẽ in corpus: et vinũ in sanguinem ꝙ petrã in aquaȝ mutare. Nõ aũt posset cõuertere vnã substantiã in aliã manẽtibus accidentibus pbat: qr deus nõ attingit substantiam mediãtibus accidẽtibus sicut facit agẽs naturale: sed eã attingit imediate. et ideo põt illã substantiã in aliã cõuertere manẽtibus accidẽtibus eadẽ vtute. Ad hoc aũt habet aliquo mõ exẽpliũ Geñ. xix. vbi dr ꝙ vxor Loth respiciens retro versa fuit in statuaȝ salis. Per hoc eñi ꝙ dr statua videt ꝙ remãserit figura substãtie corpalis substãtia in sal mutata. sic igit diuina virtute cõuertit panis substantia in corpus xpi accidẽtibus remanẽtibus panis. Aia vo xpi realiter cõiũcta est suo corpori: et filij deitas i persona filij: et sic sub speciebus panis et corpus xpi ex vi cõuersionis vel trãsubstãtiationis aia eius et deitas ex cõcomitantia reali et inseparabili. et p ꝯsequẽs ibi est totus xps verus hõ et verus deus latria adorãdus. et sic nõ est ibi ydolatria nõ eñi adoratur spẽs panis visibilis tanq̃ deus. sed ipse xps inuisibilis existẽs sub illis spẽbus. ¶ Simile habet quodãmodo Exod.iij. vbi dr ꝙ xps apparuit moysi i flãma ignis i medio rubi. et nõ est dubium quin moyses adorauit deum qñ dñs dixerat moysi. Solue calciamẽtũ de pedibus tuis et c. nec tñ adorauit ignẽ illũ siue flãmã tanq̃ deũ. sciebat eñi moyses hoc ipossibile esse: sȝ adorauit deũ inuisibilẽ sub similitudine visibili apparẽtẽ Et idẽ dicendũ est de aliis apparitiõibus diuinis factis sctis patribus: sicut.iij. Reg. xix.c. apparuit helye sub sibilo aure tenuis. ¶ Qđ aũt arguitur vltra ꝙ xpiani come-

dunt corp⁹ xpi q̄ est horribile. Dicendū q̄ verū esset si acciperēt in ppria specie: sꝫ ipm accipere sub spēbus panis nō est horribile sed magis suaue ꝛ venerabile. Nō eñi ipse xp̄s vel ei⁹ corp⁹ in ista comestione frāgitur vel atterit̄ dētibus siue laceraf̄ sicut ymaginanf̄ iudei sed sole spēs panis frāgunf̄ ꝛ atterūtur q̄bus cōsumpt⁹ desinit ibi esse corpus xpi: sꝫ remanet huius sacramēti effect⁹ iq̄ est aīe refectio p augmentū gratie. ꝛ sic p̄ꝫ q̄ comestio ista suauis est ꝛ venerāda ꝛ ppter hoc saluator dicit Joh. vi. Ego sum panis viu⁹ q̄ de celo descendi. si quis māducauerit ex hoc pane viuet ineternū. ¶ Hoc etiam fuit p̄dictuꝫ. ps. lxxi. qui s̄m doctores antiquos hebreorū exponit̄ de xpo. In principio eñi hui⁹ psalmi cū dr̄. De⁹ iudiciū tuū regi da. Glosa hebraica dicit. Iste est rex messias. de quo dr̄ Isa. xi. c. Egredief̄ virga de radice iesse ꝛc. Et in processu huius p̄i dr̄ de ipso. Erit firmamentū in terra in summis montium: vbi l̄ra hebraica habet erit placēta tritici in terra i capite mōtium. et trāslatio Hieronimi iuxta hebraicuꝫ. Erit memorabile triticum in terra i capite montiū. Trāslatio chaldaica habꝫ. Erit oblatio frumēti in terra. ex istis tribus vꝫ q̄ littera nostra fuerit corrupta p scriptores ponētes firmamentū p frumentū ex silitudine dictionum. Patet igit̄ ex dictis q̄ de rege messia dictū fuit in hoc psalmo. q̄ futur⁹ erat frumentū in terra in summis montiū vel oblatio frumēti in terra in capite montiū qd̄ impletū est in sacramēto eucharistie i quo xp̄s sub specieb⁹ panis tritici continetur: ꝛ sup capita sacerdotū vt adoretur a pplo eleuaf̄. Qui sacerdotes ppter altitudinē status mōtes appellātur. ppter qd̄ saluator Joh. xii. grano frumēti se cōparat ꝛ dicit nisi granū frumēti cadēs in terra mortuū fuerit ꝛc. ¶ De bonitate aūt sacramēti eucharistie dicit rabi moysen hadarsam exponens sup Gen. illud Osee. xi. ꝛ declinaui ad eum vt vescereſ. Littera hebraica talis est. iclinabo ad eū escā qd̄ exponēs iste doctor et loq̄ns in psona dei sicut ꝛ Osee ppheta. rabi ille dicit in fine. inclinabo ad eū id est ad ppl̄m israel. escā bonaꝫ ꝛ suauē cui nō est alia similis: ð qua dr̄ ps. lxxi. Erit placēta frumenti in terra in capite ꝛc. De ista materia vide q̄dam pulchra super argumēto. xiiii. ¶ Patet igit̄ ex supradictis q̄ adorare eucharistiā nō est derisibile: sed sanctū ꝛ venerabile nec eā sumere est horribile. sed deuotū et delectabile bene dispositis ad hanc escam. propter qd̄ apl̄s. i. Cor. xi. pbet aūt seip̄m homo ꝛ sic de pane illo edat: ꝛ de calice bibat ꝛc. Et hoc fuit figuratum in māna populo isrl̄ dato Exod. xvi. de quo Sap̄. xvi. Panē paratū de celo p̄stitisti eis sine labore oīe delectamentū in se habentē ꝛ ois saporis suauitatē. De ista materia ampli⁹ dicetur cū dei adiutorio infra cum mouebitur bellū iudeoꝝ p argumēta ex natura assumpta. ¶ Ad illud aūt qd̄ arguūt iudei de sculptilib⁹

τ ymaginibus. Rñdef τ primo de claro qd est adoratio. Scdo quot modis sumit. τ tãdem quali vene-ratione sanctoꝝ ymagines venerãde sunt ex q̃bus patebit solutio ad allegata p iudeos. De primo dicit ꝙ adoratio nihil aliud est ꝙ q̃dam veneratio seu reuerentia alicui exhibita rõne dignitatis supioris et excellẽtis. Pro scdo iuxta doctoꝝ sacre theologie traditionẽ nos habemus adoratione seu veneratio-nem q̃ latria dr. et habem⁹ q̃ dulia noiatur. τ habemus q̃ yperdulia no-minatur. Latria enĩ dicit cultus soli deo trino τ vno debit⁹. hoc etiã experimur in omni republica obseruari: ꝙ sum⁹ rector aliquo signo singularis p̄ceteris honorat ꝙ si ali-cui alteri deferret foret crimẽ lese maiestatis. Et ideo in sacro codi-ce statuitur pena mortis his q̃ di-uinum honorẽ aliis exhibet vt pz Exod. xxij. nec istũ honorẽ siue adorationẽ ipsi deo exhibemus ꝓpter ipsum: q: ipse est gl'ia τ honore preditissimus cui nihil a creatura addici põt sed ꝓpter nos: qm̃ p hoc ꝙ deũ reueremur τ adoram⁹ mens nostra ei subijcitur τ in hoc eius p-fectio cõsistit. Res em̃ q̃libet per-ficit ꝓpter hoc ꝙ suo supiori sub-ditur. sicut corpus p hoc ꝙ ab aia viuificatur: τ aer p hoc ꝙ a sole il-luminatur. Dulia vo dicit cultus vel reuerẽtia debita rõnali creature supiorem ordinem tenẽti sicuti sunt p̄lati dñi vel magistri. yper-dulia est cultus siue honor dignior dulia debitus carni xp̄i assumpte a verbo diuino, teste glosa sup illõ psalmi. Adorate scabellũ pedũ ei⁹

¶ Circa vo ymaginũ venerationẽ dicitur ꝙ xp̄i ymago τ crux et alie sanctoꝝ ymagines dupl'r possunt cõsiderari. Uno modo vt sunt ymagines dei aut v'ginis marie seu sanctorum deũ vel virginẽ mariã: aut aliquẽ sanctoꝝ rep̄sentantes. Secũdario vt sunt q̃dam res puta aurum τ argentum lignũ siue lapis. τ illo secundo modo considerando nulla veneratio eis exhiberi debet immo crimẽ ydolatrie incurreret qui vt sunt solũ res q̃dam ipsas veneraretur. Alio modo possunt considerari: vt rep̄sentant iesum xp̄m aut virginẽ mariã seu sanctos paradisi: et sic vtriq; venerari debent etiã eadẽ veneratione qua ymaginatum veneraf. τ ita crux xp̄i τ ei⁹ ymago venerari debet adoratione latrie. ymago autem virginis marie. aliorumq; sanctorum venerari debent veneratione dulie: quia totus honor refertur ad ꝓthotypum id est ad exemplar seu ymaginatũ τ hec est opinio Thome in. iij. sententiarũ distin. ij. ¶ Sed cõtra eã obijcit magister Robert⁹ holgot sup libro sapientie lectione. clviij. primo: q: latria est honor soli deo debitus: sed nulla ymago est deus ergo nulli ymagini debetur talis honor: immo cõtradictiõem includit. vel inducit dicere ꝙ latria sit honor soli deo debitus et tamen ꝙ debeatur ymagini xp̄i. preterea si idem honor debeaf ymagini xp̄i τ christo idẽ honor debetur lapidi τ xp̄o. τ per cõsequens debetur idẽ honor deo τ creature qd̃ nõ ẽ dicẽ-

dm̄. Preterea q̄ honorat aliquid ho nore latrie ↄfitetur illud esse deū. er go si aliq̄s possit licite imaginē ho norare cultu latrie pōt licite. pretea ri ⁊ cōfiteri aliud a deo eē deū. Jō aliter pōt dici ꝙ nulla adoratio de bet imagini: nec licet imaginē ado rare. Uera eñ adoratio est in spū ⁊ deuotiōe ⁊ amore summo. ⁊ istum nullo mō debem⁹ in aliquā creatu rā dirigere: q꞉ tñ ꝓpter imaginem xp̄i excitamur ad adorandū xp̄m. ⁊ corā imagine adorationē nostrā fa cimus. Dicit large loquēdo ꝙ ima ginē adoramus. Uñ dicit predict⁹ doctor videt mihi dicenduꝫ: ꝙ nec adoro imaginē xp̄i: q꞉ lignū. nec q꞉ imago. sꝫ adoro xp̄m corā imagine xp̄i: q꞉ est imago xp̄i. ⁊ excitat me ad adorādū xp̄m. ⁊ sic exponit Jo hānes damascen⁹ libro. iiij. c. iiij. vbi videt dicere ꝙ sctōꝝ imagines adorari. hoc intelligo sic. ꝙ ꝓpter imaginis repn̄tationē: licꝫ mihi coram imagine sanctum cuius est adorare. ⁊ eo mō intelligo Thomā ⁊ basiliū ⁊ totū ecclesie ritū. hec il le. ¶ Licet hoc rationabiliter vi deatur dictū. ⁊ posset satis sustine ri ac ꝑ hoc iudeis satisfacere. quia tñ loquēdū est vt plures. sapiendū vero vt pauci: ⁊ cōis opinio tenet oppositū. ideo eā sequēdo ad ea q̄ iudei dicūt restat respōdere. Cū er go dicūt iudei ꝙ sacra scriptura ve tat facere sculptile ⁊ illud venera ri. Dicit ꝙ ante ꝙ deus esset huma natus facere imaginē dei erat im pietatis cū ſm diuinā naturā sit in figurabilis. inuisibilis. ⁊ insensibi lis. sꝫ per carnis nostre assumptio nē factus est visibilis. sensibilis. et palpabilis. et ita figura nō est im pietatis: sed pietatis. ⁊ hoc ꝓpter doctrinā ⁊ instructionē nostram ac passionis xp̄i recordationē: immo ipse deus factus homo. s. xp̄s iesus eas primo tradidit. Nā ipse primo pinxit imaginē suā traditqꝫ picto ri nō potenti eā pingere. misso ab abagoro rege vt dicto regi traderet vt pꝫ in ecclesiastica hystoria ⁊ no tat Damascenus in sentētijs libro iiij. c. viij. cū eñ pictor nō posset in faciē xp̄i aciē visus sui defigere ꝓ pter claritatis chorusscationeꝫ xp̄s deuotionē regis attendēs vestimē tum pictoris faciei applicuit. ⁊ sic sumpsius imaginē ei misit. Iteꝫ in die passionis ipse pinxit vultū suū tradiditqꝫ veronice. ⁊ nunc imago illa habetur rome in magna reue rentia ⁊ veneratione. Itē post san cti apostoli pinxerūt imaginē xp̄i: ⁊ matris sue. vt lucas apostolus et euāgelista. Habentur imagines ro me teste damasceno vbi supra. Jō ergo ꝓhibite sunt imagines in le ge veteri. q꞉ tunc deus non erat fi gurabilis. ergo cessante causa ces sare debet effectus. Ex quo de⁹ est figurabilis pōt imago ei⁹ fieri ad venerandū vt dictū est. Sic eñ iu bet ꝓpheta adorare non solū deū. sed ⁊ scabellū pedū eius: qm̄ sctm̄ est. ps. lxxviij. Unde q꞉ nō omnes noscunt litteras: nec lectioni vacāt Jdeo sancti patres ad velociorem memoriā habendā de triumphis sanctorū. vt sic alliciātur ad bonuꝫ imagines inuenerunt. ¶ Sic ergo triplex fuit causa institutionū ima

ginum in ecclesia. Primo ad instructionē laicorū: quib⁹ imagines adhiberētur loco librorū. Scdo ad incarnationis mysteriū ⁊ vt sanctorum exempla nobis ⁊ frequentius ⁊ recentius infigerētur. Tertio ad excitandū deuotionis affectū qui magis ex visis ꝙ ex auditis causatur. Et ꝙuis nulla sit scripturarum de adorandis imaginib⁹ traditio. Tñ apostoli familiari consilio spūsancti nōnulla tradiderunt ecclesie obseruāda q̄ non relinquerūt in scripturis. sed in ecclesie obseruatiōe per successionē fideliū sunt ordinata. Unde ipsemet apl's ad Thessalonicen. vi. ait. state ⁊ tenete traditiones quas didicistis siue per sermonē. s. ab ore prolatū. siue per epistolam. s. scriptā ⁊ trāsmissam. inter quas traditiones est imaginū veneratio. ¶ Quod autem placeat deo imaginū veneratio eo modo quo dictum est. ⁊ displiceat oppositū siue earū ablatio. pꝫ ex pena philippi ⁊ multorū aliorum. Unde legimus in chronicis imperatorū ⁊ summorum pontificū ꝙ philippo heretico anno dñi septingentesimo tricesimo regnante. iussit imagines auferri. Anastasius eum de regno expulit ⁊ lumine oculorum priuauit. Ita ⁊ Leo terti⁹ a beato Gregorio tertio acriter correptus est ⁊ excōicatus ⁊ totam a dñio illius subtraxit italiaꝫ. Relicto filio suo Constantino qui eo. patre in destruēdis imaginibus peiore. qui etiā in nullo auxiliabatur ecclesiā. ꝓpterea imperium romanum a grecis ad frācos extitit trāslatum. Ratio ponitur extra de electione. c. cū venerabilē. Francorum eciā fauorē ⁊ beneficia iam romana ecclesia per pipinū in multis necessitatibus experta fuit. Iste pipinus rex francorū fecit magnū synodū congregari vbi fuit magna altercatio circa venerationē imaginū. ⁊ fuit diffinitū xp̄i ac sanctorum imagines esse venerandas. licet heretici contrariū suaderent. quia eis species ydolatrie videbatur: sꝫ nō verū vt dictū est: quia imago fert intellectū humanū in ipsum imaginatum. Unde eas licite adoramus ⁊ debita veneratione colimus. nec est eadē ratio de imaginibus ⁊ sculpturis ydolorum. quia ibi malign⁹ spūs iungebatur qui in eisdem dabat responsa cui nulla debetur reuerentia. sed non sic de sanctis imaginibus. ¶ Satis igit̄ claret quō nō repugnat sacre scripture imaginum veneratio eo modo quo dictū est. videlicet ꝓpter imaginatū. Et quātū deo displiceat earū ablatio ex penis nō solū spūalibus: sꝫ etiā corporalibus ⁊ tēporalibus diuina ordināte iusticia inflictis. ⁊ ex assertione venerationis earūdē facta p vicariū iesu xp̄i cum sacra synodo vbi error interuenire nō pōt cū talis sancta congregatio dirigatur a spū sancto. ¶ Sed restat vnum dubium de imaginibus astronomicis que fiūt certis tēporibus planetis existentibus in quibusdā locis celi determinatis. Utrū liceat tales imagines facere et talibus factis vti sicut temporibus suis. vt dicit Robertus holgot super librum sapientie. lectione. lx. quidam in lon-

donis dicebatur curare a quartana per imaginē leonis aureā ſm certas constellationes factaʒ. Hic est difficile dicere quid est verū ꝑpter mirabiles operationes corporū. qꝛ hoc est certū ꝙ nihil est homini illicitū. qđ per naturā cōpleri potest. dicit tñ Tho. secūda scđe. q. lxxxvi. et allegat August. x. de ciuitate dei ꝙ opinio fuit falsa de imaginibus talibus construēdis. verū est tamē ꝙ res naturales formas suas cōsequūtur ex corporibus celestib⁹. sed imagines artificiales nullā virtutem consequi possunt ab arte. nisi ratione materie: ꝙuis ſm August. aliquādo operatione demonū aliquid efficiūt singularibus caracteribus illis impressis. q̇ naturaliter ad nihil valēt: ꝛ tacita pacta cū demonibus suffragant. quib⁹ ab nigromāticarū imaginib⁹ differūt. q̄ expressa cū demonib⁹ peragūt pacta. Hec autē. xxiiij. argumenta iudeorū sumpta ex lege sufficiāt pro primo bello q̄ vt visum est nullius vigoris sunt cōtra nostrū fidei fortalicīū: immo integrū ꝛ incorruptū manet ab ictibus eoꝝ. qꝛ est turris fortitudinis a facie inimici.

¶ De bello iudeoruʒ ꝑ argumenta sumpta ex lege euāgelica.



Quinta cōsideratio est de iudeoruʒ bello sumpta per argumēta ex lege euangelica. Uidētes eniʒ iudei ꝙ sua argumēta ex lege sumpta nulli⁹ sunt firmitatis ad expugnādū nostrū fidei fortalicīū. quin immo per illa eius veritas clarior et fortior est ostensa tēptare volūt si possunt. ꝛ ex dictis euāgelicis se iuuare. ꝛ ex quibusdā aliis a xp̄ianis cōcessis: vt fidei nostre fortalicīū diruatur sicut deducit Nicola⁹ de lyra in tractatu cōtra iudeū nequiter arguentē. ex quo tractatu plura hic inserunt paucis exceptis q̄ suis locis explicabuntur ꝛ faciunt totidem argumenta sicut ex lege. scilicet. xxiiij.

¶ Contendit iudeus probare ꝙ iesus non est verus messias. quia in eius genealogia sunt mulieres peccatrices.



Primū argumētū iudeoꝝ quo nitant ꝓbare iesum nazarenū nō esse veruʒ messiā. sumit ex primo cap̄lo Matthei sic. Ille nō est verus messias in cui⁹ genealogia ponunt mulieres peccatrices. sed in genealogia iesu nazareni ponūtur mulieres peccatrices. ergo ipse nō est messias. Maior ē manifesta qꝛ messias dʒ esse sanctus ꝛ bonus ꝛ sic nō dʒ in sua genealogia peccatrices admittere. Minor ptʒ. quia Matth. i. vbi est principiū noui testamēti nominant quattuor. s. Thamar: Raab: Ruth: ꝛ Bersabee q̄ sunt in scriptura reprobate. Prima nāq;. s. thamar sub habitu ꝛ simulatione meretricis supposuit se iude socero suo. ꝛ sic cōcepit de ipso phares ꝛ zaram. Gen. xxxviij. Scđa vo scʒ raab meretrix cognomina Iosue. ij. fuit eciā genere chananea. et

sic videt fuisse mulier luxuriosa vilis et ydolatra. Tertia. s. Ruth. fuit de pplo Moab qui colebat ydola. Quarta. s. Ber sabee fuit adultera. vt pz. ij. Reg. xi. Ex quo sequit q nō fuit vere xps. ¶ Pro solutione huius maliciosi argumenti hebraici. tria sunt videnda. Primū est q non valet illud qd obijcit. Scdm q in arguendo falsum supponit. Tertium quare noia dictarū mulierū in genealogia xpi exprimunt cū hoc principaliter videat qrere argumentū. ¶ Circa primū ostendit primo. vt clauus retūdat clauo q similis rō vel fortior pōt fieri cōtra messiā a iudeis expectatū. vñ Hiere. xxxiij. Dicit de ipso. Ecce dies veniūt dicit dñs. et suscitabo Dauid germen iustū. qd oēs hebrei exponūt d xpo Unñ et trāslatio chaldaica que est hebraice littere in pluribus locis expositiua hz hic. suscitabo dauid messiam iustū. oēs enim iudei cōfitent de dauid messiā descensurū. ppter qd Matth. xxij. querente saluatore a phariseis cuius filius est. dixerūt dauid. Dauid aūt legit multipliciter et grauiter peccasse. Primo in morte sacerdotis nobe. i. Reg. xxij. c. qr p omissionē cautele debite fuit occasio mortis ipoꝝ petēdo panes et gladiū ab achimelech presente doech idumeo ppter qd filio achimelech fugiēti ad dauid dixit. Ego sum reus oium aiarū domus patris tui et numerus occisoꝝ sacerdotū fuit. lxxxv. viroꝝ. et cū hoc ciuitas eoꝝ fuit succēsa et mulieres et paruuli trucidati. Itē peccauit scdo pctō adulterij. et etiā raptus vt videt in vxore Urie: d qua dr. ij. Regū. xi. c. missis itaqz dauid nūcijs tulit eā p potentiā. s. regalē. Item peccauit tertio pctō homicidij pditorie commissi. Nā vriā fidelissimū sibi militē occidit gladio filioꝝ amon. vt ibidem dr. Et qr postea factū fuit diuulgatū surrexit inde scādalū magnū. propter qd dicebat in pplo vulgarit de ipo dauid quō poterat eē salus ei q rapuit ouē et occidit pastorem. Itē quarto peccauit grauiter non solū omittēdo punitionē debitā. sz etiā increpationē filij sui amon de oppressione violēta sororis sue thamar. ij. Reg. xiij. dr enim ibi. Cū aūt audisset dauid verba hec ɔtristatus est valde et noluit ɔtristare spm filij sui amon. qr diligebat eū. Item quinto peccauit grauiter misiboseth filiū Ionate cuius seruū accusantē dñm suū crimine lese maiestatis et falso. vt habet. ij. Reg. xvi. c. post agnitā innocentiā misiboseth et nequiciā sibe serui sui illū seruū quē de iusticia tenebat decapitare nō solū nō puniuit. sed etiā ɔtra iusticiā medietatē hereditatis misiboseth ei dedit. vt habet. ij. Regū xix. c. In hoc etiā fregit iuramentum federis initi inter dauid et Ionatā patrē misiboseth. vt habet. i. Reg. xx. c. dicens. Que iurauimus ambo in nomine dñi inter me et te et semen meum et semen tuum vsqz in sempiternum. Et subintelligit firmiter seruabitur. et ppter grauitatem huius peccati dicunt doctores hebreoꝝ. q regnū dauid postea fuit diuisum. vnde super illud verbum dauid. ij. Reg. xix. c. et tu siba

Ecimūnonuū argumentū iudex ex euangelio sumitur ex illo loco Matth.quo supra Assumpto petro et duob9 filiis zebedei cepit tristari et mestus esse.tūc ait illis. Tristis est anima mea vsq ad mortem: sequitur pcidit in faciem suaz orās et dicens. Pater si possibile est trāseat a me calix iste. Ex his arguit iudeus dupliciter. Pmo sic. Quis vnq audiuit de deo loqui tremente et timēte cum deus sit omnipotens ad faciendū quod vult sine difficultate. Si aūt dicatur q iste timor ꝛ tremor in carne fuit sed nō in anima: quis est ita fatu9 qui ignoret carnē dolere ꝛ timere nisi per animā. Itē 2.per hoc q dicit trāseat a me calix iste ꝛc.patet q in eo nō fuit virtus ad saluandum vitā suam ꝛ carnem. ¶ Respondetur psupposito q sepe supra declaratū est q iesus est ver9 deus et verus homo. Ad primuz dicitur q timor ꝛ tremor et similia nō fuerunt in natura diuina quia hoc est ipossibile nisi tm̄ methaphorice sic Gen.vi.c.dicitur: ꝛ tactus dolore cordis intrinsecus delebo inquit hominem quez creaui a facie terre. Similiter nec in natura humana q̄tuz ad partem anime superiorem que ē intellectiua In qua iesus ab instāti sue conceptionis fuit comprehensor et summo gaudio fruebatur. Sed q̄tum ad partem anime inferiorem q dicitur sensitiua ꝛ est in organo corporali in qua iesus fuit viator fuerūt predicta ad opus nostre redemptionis ꝛet vel in ipso ostenderetur vere natura sensibilis contra futures hereticos qui dicturi erant q christus nō habuit corpus passibile sz celeste ¶ Ad secunduz cum inducitur transeat a me calix iste. Dicendum q hec petitio erat sensualitatis sicut mouentis que naturaliter horret mortē sed erat rationis sicut pponentis eā per quātum ratione iesus acceptabat mortem quia voluntas rationalis in eo erat totaliter voluntati diuine conformis. Ideo dicebat verūtamen nō mea sed tua voluntas fiat ꝛ accipitur hic voluntas pro appetitu sensitiuo: quem appetitum intellectus superabat. Ideo de ipso scribitur Esaie.liii.c. Oblatus est q2 ipse voluit in hebreo sic habetur inangustiatus est quia ipse voluit: et infra eodez ca.dicitur ipe tradidit in mortem animam suam et cum sceleratis reputatus est: propter hoc dicebat math.xxvi.c. Spiritus quidem pmptus est.i.voluntas rationis promptus est ad mortem caro autem infirma.i.sensualitas: et hoc inuenitur non solum de iesu nazareno: sed etiā in martyrib9 in nouo testamento sicut patet de multis ꝛ etiam in veteri

testamēto. De machabeis ab anthio cho tormentatis: et de heleazaro de quo dicit .ij. Machabeorum .vi. cap. sed cum plagis perimeretur ingemuit et dixit. Domine qui habes sanctam scientiā tu scis quia cū morte possim liberari graues corpis sustineo dolores: sm animā autē id est secundū partem anime superiorē: libenter hec patior. Quod autem arguit iudeus q caro non dolet timet et tristatur nisi per animā hoc est verum de anima sensitiua: sed quia nescit distinguere inter sensum et intellectum: ideo factum est ridiculosum argumentum.

¶ Contendit iudeus q christus nō est deus: quia iuit ad ficulneam ad perquirendū fructus: que non habebat nisi folia: et quia maledixit ei cum nihil nocumenti sibi fecerat.



Vicesimum argumentū iudeorum ex euangelio sumit ex illo quod scribit Mat. xxi. Mane autem reuertens in ciuitatē esuriit: et videns fici arborem vnā secus viā iuit ad eā et nihil inuenit in ea nisi folia tantū: et ait nunquam ex te nascatur fructus in sempiternum et arefacta est continuo ficulnea. Ex his arguit sic iudeus. Si iesus fuisset deus cognouisset a longe fructū ficulneā non habere nec ad eā iuisset. Item cū ipse dicit benefacite his qui oderunt vos: quomodo maledixit arbori que nihil nocuerit sibi: et ideo videtur hoc fecisse ex ire perturbatione.

¶ Dicendū q iesus non solum inquātum deus quē nihil pōt latere sciuit fructū in arbore nō esse: sed etiam inquantū hō: quia quilibet etiā satis simplex poterit illud scire cū nō esset tēpus ficuū vt dicitur Marc. xi. c. ad qd ergo iuit ad arborē fructu vacuā. Dicēdū q sicut prophete veteris testamēti aliquando prophetabāt verbis: aliquando sensibilibus signis: sicut hieremias predixit destructionē ciuitatis hierusalē per caldeos et portauit cathenas ligneas in collo suo vt habetur hieremie. c. xxviij. ad significandum q populus cathanis vinctus duceretur in captiuitatem. ita iesus qui hic dicitur propheta magnus Luce. x. c. et de quo predictū fuit Deutro. xviij. c. prophetā suscitabit vobis deus de fratribus vestris et c. destructionē ciuitatis hierlm futurā p romanos predixit. Luce. xix. eo q nō cognouisset tps visitationis sue. s. per xpm. Que quidē cognitio ad sacerdotes et legisperitos ptinebat et ideo defectū eorum et punitionē signauit p sensibile signum arboris fructu carentis Nā ipse veniēs ad sacerdotes et legisperitos quorum fructū boni esuriebat vacuos bonis operibus inueniebat et per maledictionem arboris eos a deo maledictos significauit. Et per eius arefactionē eorum destructionem prefigurauit. Nam postea capta ciuitate per romanos cum sacerdotes misericordiā peterēt. titus iussit eos occidi dicens eos esse degeneres dei qui templo destructo cuperēt superuiuere. Patet igitur ex predictis q iesus circa ficulneā nihil faciebat ex ignorātia seu perturbatione ire sed ex magna rōne et mysterij significatione.

¶ Contendit q iesus xpus non est deus: quia accepit ab alio potestatem dicens data est mihi ois potestas in celo et in terra.



Vicesimũprimũ argumentum iudeorũ est ex euangelio sumitur ex illo verbo Matth. vltimo.c. data ẽ mihi om̃is potestas in celo et in terra. Et hoc arguit iude⁹ quod iesus non sit deus qui ex se est potentissimus et ab alio non accipit potestatem. Si autem dicatur ꝙ a patre data est sibi potestas. hoc non valet qꝛ xp̄iani dicũt patreȝ ⁊ filium eẽ equales. ❡ Dicẽdum ꝙ in iesu duplex est ptãs sicut est duplex natura. Una est potestas diuia quã habet ab eterno nõ tamẽ a se sed a patre a quo est distinctus ĩ psona: nõ tñ in hoc minoꝛ est patre quia ab eo accipit eandem in numero naturaȝ ⁊ potestatẽ sicut sepius superius dictum est. tamẽ iesus nõ loquitur hic de ista ptãte sed de alia quam a deo accipit in humana natura. Nã ab instãti assumptionis humane nature ad psonam filiĳ illa natura habuit excellẽtiaȝ super omnẽ creaturã auctoꝛitatiue nõ tñ executiue. Nam inter om̃es appuit in forma serui in hũana natura passibili pꝑter misteriũ nostre redemptionis ad implẽdũ sicut fuerat predictum Isa. liiĳ. Uere lãguoꝛes nostros ipe tulit ⁊ doloꝛes nostros ipe poꝛtauit. Disciplina pacis nr̄e sup eum ⁊ liuoꝛe eius sanati sum⁹. quod intelligitur ad litteram de xp̄o etiã s̄m antiquos doctoꝛes hebreoꝛũ put dictum fuit supra libro pꝛimo in appitiõe noui thesauri. Sed in sua resurrectione accepit hanc potestatem executiue ideo tunc dixit data ẽ mihi omnis ptãs ⁊c. Unde in iudicio finali om̃ia plenius erũt subiecta sibi sicut ostẽdit apostolus ad hebreos. ĳ.c. Per hãc tamẽ potestatẽ que finita est nõ est nec erit equalis deo patri. Sic ergo pt3 respõsio ad obiecta iudeoꝛum ex euãgelio.

❡ Contẽdit ꝙ iesus xp̄s nõ est vn⁹ deus cum pr̄e et sp̄ũsancto quia ipe descendit in vterum virginis et nõ pater et sp̄ũsanctus.



Vicesimumsecũdum argumẽtũ iudeoꝛuȝ accipitur ex ṽbis xp̄ianoꝛum. Unde dicit iudeus si vos xp̄iani dicitis ꝙ est vn⁹ creatoꝛ ⁊ ꝙ xp̄s vester est filius eius ⁊ ꝙ descendit de celis sine sepatione a pr̄e ⁊ a sp̄ũsancto. quãdo ergo vos dicitis ꝙ filius descẽdit in vtero virginis quero si tũc pater et sp̄ũsanctus fuerũt ab eo separati. aut nõ. Si dicatis ꝙ sic. est cõtradictio in verbis vestris. quia dicitis ꝙ descendit sine sepatione ab eis. Si vero dicatis ꝙ nõ. sequitur ꝙ pater ⁊ sp̄ũsanctus sunt incarnati sicut et fili⁹ quod vos negatis. ❡ Dicendum ꝙ descensus filiĳ in vterum virginis non est intelligendus p motum localem sed per nouum effectum in virgĩe. q̃ quideȝ effectus est coniunctio diuine nature et humane in vna psona. Hec igitur coniunctio potest cõsiderari dupliciter. Uno modo effectiue ⁊ sic facta fuit a trib⁹ psonis. s. pr̄e et filio et sp̄ũsancto. nam eoꝛuȝ opera sunt indiuisa. Alio modo terminatiue ⁊ sic illa coniunctio terminata est ad psonam filiĳ pꝑter quod solus fili⁹ dicitur incarnatus. licet aũt ad hoc non potest poni exempluȝ ꝙ non habeat plus de discõueniẽtia ꝙ de cõ

ueniētia tamē q̄tum ad aliquid pōt poni conueniens. Ponatur igit̄ casus. plato. sortes. cicero. tractāt matrimonium berthe cum sorte qui est media p̄sona. Si igitur queratur a quo est effectiue ista matrimonialis coniunctio. patet q̄ a tribus. Si autem queratur ad quem est terminatiue. patet q̄ ad sortem tātum ꝓpter quod ipse solus dicitur et est berthe maritus. Sic suo modo est in ꝓposito. quia licet pater et filius et spiritussanctus sint vnum in natura. tamen sunt distincti in p̄sonis. Incarnatio vero terminata est ad filium prout p̄sonaliter distinguitur a p̄re et spiritusancto non tamen dicitur separatur ab eis. quia nomen separationis non accipitur in diuinis p̄sonis quia significat diuersitatem essentie: nō autem sic nomen distinctionis. Item habemus aliud exemplum in tribus domicellis induentibus tertiam illarum de quibus potest dici q̄ quicquid facit vna facit alia vna tamē sola induitur. Eodeȝ modo dicēdum est q̄ opus incarnatiōis aliquādo attribuitur patri vt ibi. Cum autem venit plenitudo tēporis misit deus filium suuȝ ꝛc. Ad Gal. iiij. Quādoq̄ʒ autem filio attribuitur. vt ibi exiui a patre ꝛ veni in mūdum. Iohānis. xvi. ca. Quādoq̄ʒ attribuitur sp̄ūisancto vt in symbolo. Qui cōcept⁹ est de spiritusancto. sed hec ideo dicuntur quia opus incarnatiōis fuit magne potētie sapiētie ꝛ bonitatis q̄ trib⁹ p̄sonis attribuuntur: solus tamen filius terminatiue vt dictum est indutus est veste carnis hūane iuxta illud ad philipen. ij. Exinaniuit seipsum formā serui accipiens in similitudineȝ hominum factus ꝛ habitu inuētus vt homo. Sic igitur patet q̄ ad dictuȝ christianorum de incarnatione non sequitur contradictio seu aliud inconueniens.

¶ Quod iesus christus nō est deus quia fuit missus siue mittens.



Vicesimūtertiuȝ argumentum iudeorum est. Quero a vobis christianis. dicit iudeus. Utrum videlicet christus fuit mittens vel missus. Si dicatis q̄ missus: quis vnq̄ audiuit deum missuȝ ad alterum quasi dicat hoc est apertum mendacium. Si autem dicatis q̄ est mittēs: vos facitis eum mendacem. quia dicit. Iohā. viij. et ego nō sum solus sed ego et qui misit me pater. Dicēdum q̄ dei filius est mittēs ꝛ missus. fuit enim missus in mundum a patre et spiritusancto in sua incarnatiōe benedicta. sicut superius fuit declaratum argumento. xxiij. quarte cōsiderationis p̄ auctoritateȝ Esaie. xlviij. et nunc misit me dominus et sp̄s eius hec dicit sanctus tuus redemptor israel. est etiam mittēs sp̄m̄sanctum sicut dicit̄ Iohā. xv. mittam vobis spiritum veritatis ꝛc. Circa qđ sciēdū q̄ missio alicui⁹ importat duplicem habitudinem vnā ad mittētem s̄m quā aliquōmodo missus ꝓcedit a mittēte. Aliam ad terminuȝ ad quem mittitur s̄m quam missus est vbi prius nō erat: vel est ibi alio modo q̄ prius. licet autem in diuinis non sit ꝓcessus vnius p̄sone ab alia s̄m motū localē vel sepationeȝ realē: tñ est ibi ꝓcessus s̄m originē

quia filius procedit a patre et spiritussanctus ab vtroque. sic igitur filius et spiritussanctus habent habitudinem ad mittentem: habent etiam habitudinem ad terminum missionis non tamen sic intelligendo quod incipiant esse vbi prius non erant simpliciter quia de necessitate sunt vbique per essentiam potentiam et presentiam sicut patet hieremie. xxiii. Celum et terram ego impleo dicit dominus. Sed sic intelligendo quod incipiunt esse vbi prius erant tamen alio modo dicturus filius missus in mundum a patre quando incipit ibi esse vt homo vbi tamen prius erat vt deus. Johannis. i. ca. In mundo erat et mundus per ipsum factus est et mundus eum non cognouit. In propria venit etc. et spiritussanctus similiter dicitur missus apostolis visibiliter. quando super eos apparuit signo visibili. Nam hoc modo prius non erat ibi. et quotidie mittitur inuisibiliter ad sanctificandum creaturam rationalem. quia incipit ibi esse per gratiam sanctificantem: vbi tamen prius erat per essentiam presentiam et potentiam. Ad argumentum iudei patet quod non est contradictio quia licet filius sit mittens et missus non est secundum idem.

Contendit quod iesus christus non est deus quia locutus est sathan studet ad interficiendum me.



Vicesimumquartum et vltimum argumentum iudeorum est in libro symonis cephe dicit iesu. Ecce sathan studet ad interficiendum me de manu domini et non dabit me in manu sathan. Et hoc arguit iudeus dicens. Quare non confundemini vos christiani dicere istum deum sic loquentem. Dicendum quod iste iudeus falsum accipit. Nam in epistolis petri aut alibi non inuenitur hoc dictum a iesu nazareno tamen si hoc dixisset et factum fuisset nullum inconueniens sequeretur. Nam supra declaratum est quod iesus est verus deus et verus homo in vna persona ipse vero sicut deus permisit se in quantum homo a diabolo temptari et de loco ad locum portari vt supra dictum est et quia pater et spiritussanctus sunt vnus deus cum eo. Ideo ab ipsis fuit etiam ista permissio. Ideo si sathan hoc modo fuisset permissus querere quod iudeus allegat falso nullum inconueniens sequeretur. Patet etiam iudei falsitas vt dicit Nicolaus de lyra per hoc quod obiectiones suas in aperto mandatario terminauit.

Tractat de bello iudeorum per argumenta sumpta ex natura et allegant contra legem christi. xxiiii. impossibilia.



Sexta consideratio de bello iudeorum per argumenta sumpta ex natura. Sicut enim mille nocendi modos habet diabolus sic et iudeus eius filius. Cum enim miserabiliter duo bello prima perdiderunt tanquam homines sine lege ad speculum nature se vertentes viginti quatuor impossibilia nature mouent contra nostrum fidei fortalicium. si forte possint illud expugnare ac si musca volatu alarum suarum niteretur obscurare claritatem solis.

Impossibile est deum inquinari quod tamen sequeretur si incarnaretur in corpore mulieris.


PRimū impossibile mouetur circa incarnationem filij dei. Arguūt ergo iudei sic. Impossibile est deum inquinari ergo impossibile est deū incarnari. antecedēs est cōiter cōcessum. sed cōsequentia probatur quia ad oppositum cōsequentis sequitur oppositū antecedētis. Sequitur enim si possibile est deū incarnari ergo possibile est deū inquinari quia si deus incarnaretur ingrederetur in corpore mulieris que est res immūda et consequēter inquinaretur. ¶ Respondetur negādo cōsequētiā. et ad probationem quod ex incarnatiōe in corpore mulieris sequitur inquinatio. cum mulier sit res immūda et ex cōtactu immūdi polluitur tangēs. Dico quod hec probatio nulla est. quia cū lux solis tāgat res immūdas et nō inquinetur. quāto magis deus qui solē fecit inquinari a nullo immūdo pōt. Itē et si cōcederetur de alijs mulieribus quia immūde sint de virgine tamen matre dei nullatenus conceditur quia ipsa mūdissima fuit. De ipsa enim prophetauit Hieremias. c. xxxj. Nouū faciet dominus super terrā mulier circumdabit virum. in quo ostēditur quod hec mulier mūdissima fuit in cōceptu suo et natiuitate alias non esset nouū. quia antiquum est mulieres cōcipi et generari in peccatis. Itē alij infantes inquinātur in ventre matris et istud est antiquum sed fuit nouū in vētre virginis. quod vir ille de quo loquitur propheta. plenus scia et virtute ab instāti sue cōceptiōis in mūdissimo illo vtero mūdissime cōtineretur. nec matricē mulieris quā deus ordinauit locū nature humane cōcipiēde reputare debemus locū immūdum nec malū sed tanquam meliorē datum ab eo nature humane in actu. quia ibi intus intrauit spūssanctus ad samsonem et ad hieremiā et ad iohānem baptistā et ibi intus in corpore illo creat deus de nouo animā rōnalem in quālibet creatura que fuit et erit. De mūdicia etiā huius mulieris prophetauit salomō in cāticorū. iiij. ipsam laudādo in persona dei patris dicēs. Tota pulchra es amica mea et macula nō est in te: ecce quam clare absque macula et immūdicia ipsam cōfitetur. Itē eā simpliciter laudādo in eodē libro dicit. Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias. Vocat autē deus filias suas oēs virgines que opera castitatis pietatis et virginitatis fecerūt. Sed propter excellētissima opera virginis inter filias suas eā lilium vocat. quia et si ille sint lilie tamen cū aliquibus spinis originalis vel venialis culpe fuerūt. Hec autē lilium inter spinas sine spinis culpe et immūdicie. Ne mireris ergo iudee si in virgine mūdissima deus tamen voluerit humiliari quod in ea sit incarnatus sine inquinatione quēadmodum et de ea nasci virgine permanēte propter nostrū amorē. Hāc ei humiliatione videbitis quod deus ostēdit moysi in figura quando se demōstrauit eidē in figura rubi. nūquid nō erāt multe alie arbores nobilissime noluit tamen apparere nisi in infimiore arbore vt summam humilitatē suā ostēderet. et sicut nō cōburebatur deus in rubo qui videbatur ardere nec in virgine inquinabatur que ab alijs sicut alie mulieres reputabatur concepisse et sicut rubus ardebat et non comburebatur sed mansit integer et incorruptus sic et virgo maria integra et incorrupta mēte et corpore semper

permansit. In hoc ergo virgine deus descendit ibi se humiliauit verbum caro factum mundissima conceptione virginei et mundissimi thalami. ¶ Et si dicat iudeus quod est possibile deum humiliari cum sit altissimus. Dico quod dei humilitas nihil tollit de eius perfectione sed extollitur et superexaltatur eius clementissima bonitas ex amore pro humani generis redemptione: quod ne sit tibi difficile testimoniis legis tue pandere propono eius humilitatem quia non solum se humiliauit in virgine conceptus et de virgine natus sicut dictum est. Sed et vltra se humiliauit humillime inter homines conuersatus sicut declarat zacharias ca. ix. Gaude et letare filia syon ecce rex tuus venit tibi iustus et saluator et ipse pauper et ascendens super asinam. Ecce nimia humiliatio quod ille qui est dominus celorum et terre omniumque diuitiarum venit pauper mansuetus sine aliquibus diuitiis mundi: et super asinam ascendens quod vnus miser iudeus ignominiam reputaret. Predicta prophetia ad litteram etiam secundum hebreos intelligitur de messia de quo probatum est supra argumento. xxii. quarte considerationis huius tertii libri. quod deberet esse deus et probatum est supra etiam primo libro in aptione. xii thesaurorum quod iste verus messias deus et homo est iesus nazarenus. Secundum testimonium est dauid propheta qui in psalmo. cxxvii. in persona dei loquens et ostendens quod deus nimis debebat humiliari accipiendo preteritum pro futuro. Dicit Credidi propter quod locutus sum ego autem humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax. Sed supple ego satisfaciam pro omnibus illis qui conuersi fuerint ad me scilicet per humilitatem passionis mee. Ideo sequitur Quid retribuam domino pro omnibus que retribuit mihi Calicem salutaris accipiam et nomen domini inuocabo. Ecce quod declarat nobis filius dei qui licet sit altissimus in excessu suo nimis tamen est humiliatus propter nos: quia nos omnes mendaces essemus si diceremus quod possumus facere satisfactionem deo patri pro culpa generis humani. Et quia eius vnigenitus filius sic se humiliauit propter nos non solum nascendo et conuersando inter homines sed etiam factus patri obediens vsque ad mortem crucis propter quod et deus exaltauit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomen vt dicitur ad philippenses. ii. Hinc est quod credentes in christo non solum exaltabuntur in alia vita sed etiam exaltati sunt in presenti: quia est eis data potestas super terram: et non credentibus est ablata sic enim impletum est canticum virginis. Deposuit potentes de sede. scilicet iudeos incredulos et exaltauit humiles. scilicet credentes christianos. ¶ Attende ergo quanta fuit humilitas christi non enim solum humiliauit se deo patri factus obediens vsque ad mortem crucis: que erat vilior et turpior mors que tunc dabatur: sed etiam non contradixit discipulo proditori eum vendenti: nec contradixit venditioni: nec contradixit malicie iudeorum ipsum ementi: nec contradixit senioribus populi ipsum falso accusantibus: nec contradixit pontificibus sacerdotum eum iudicantibus nec contradixit principibus terre ipsum

Sententiantibus: nec cõtradixerit mi- nistris iusticie ipsum crucifigentib⁹ omnia ergo quecūq; in co voluerunt facere facta sunt: nec aperuit os suum in summa patientia ꝛ humilitate vt impleret voluntatem patris ꝛ vt nobis preberet exemplum humilitatis ꝛ si prophete voluntati diuine se humiliauerunt. Hoc fecerūt vel ꝓpter suum ꝓprium interesse vel aliqua excusatione: sicut noe obediens deo se humiliauit faciendo archam vt saluaret se. Abrahā si dimisit terrā hoc fecit vt liberaretur ꝛ magnus fieret Moyses excusauit se cum eum dñs misit ad pharaonem dicendo ꝙ erat impeditus in lingua. Esaias excusauit se dicēdo ꝙ habitauit inter viperas. Hieremias excusauit se dicēdo ꝙ erat puer. Jonas ꝙ non poterat. Abacuch ꝙ non sciret: ꝛ sic de aliis. Sed xp̄s nūq̄ se excusauit nūq̄ murmurauit: ꝛ sic patet summa humilitas saluatoris in quo humanitas ei⁹ glorificauit diuinitatem super omnes ꝛ diuinitas exaltauit eum super omnia opera sua. Patet ergo ꝙ diuine altitudini non repugnat humilitas nec eius puritati virgineo vtero incarnari: ꝛ quō etiam virgo beata mundissima est ꝛ sine macula.

¶ Impossibile ꝙ corpus xp̄i sit eius nature cū nostro cum non sit ex maris semine generatum.



Secūdū Impossibile est Uos xp̄iani dicitis ꝙ iesus nazarenus cō ceptus est sine virili semine. Item affirmatis ꝙ corpus eius fuit eiusdem nature cum nostro hoc videtur impossibile ꝙ cū homo naturaliter generatus habeat corpus naturaliter constitutū ex semine maris ꝛ eo ꝙ femina subministrat quicquid sit illud: ergo impossibile ē corpus xp̄i esse eiusdem nature cum nostro: si non est ex maris semine generatum. ¶ Ad istud argumentum respondetur. Et primo declaro ꝙ necesse fuit hominem illum ex virgine matre nasci absq; virili semine sicut tangit sanctus Thomas in summa contra gentiles libro. iiij. c. xliiij. semen enim viri requiritur in generatione humana tanq̄ principium actiuum ꝓpter virtutem actiuam que in ipso est. Sed virtus actiua in generatione corporis xp̄i non potuit esse naturalis: qꝛ virtus naturalis nō subito pficit totam corporis formationem sed ad hoc indiget tempore corpus autem xp̄i in ipso principio sue conceptionis fuit formatum ꝛ organizatum simul caro ꝛ aīata caro. Relinquitur ergo ꝙ generatio xp̄i humana fuit absq; virili semine. Item semen maris in generatione aīalis cuiuscūq; trahit ad se materiā quā mater ministrat quasi virtus q̄ est in semine maris intendat suūpsius cōplementum vt finem totius generationis. Unde ꝛ completa generatiōe ipsum semen immutatum ꝛ completum est ꝓles que nascitur sed in generatione humana xp̄i fuit vltimus generis terminus vnio ad diuinam personam: non aūt aliqua ꝑsona seu ypostasis humana cōstituenda vt ex predictis patet. Non igitur in hac generatione potuit esse actiuum principium semen viri sed sola virt⁹ diuina: vt sicut semen viri in generatione cōi hominum in suam substan-

tiam trahit materiam a matre mini
stratam: ita eandem materiam in ge
neratione xpi verbum dei ad suam
unionem assumpsit. Similiter autem
manifestum est q conueniens erat vt
in ipsa generatione humana verbi
dei aliqua pprietas spualis genera-
tionis reluceret: verbum autem sm
q a dicente progredietur siue interi9
conceptum siue exterius platū cor-
ruptionem dicenti non affert sz ma
gis perfectionis plenitudo per ver
bum attenditur in dicente puenies
igitur fuit vt sic verbum dei sm hu-
manā generationē cōciperet z nasce
retur vt matris integritas non corrū
peretur. Cum hoc etiā manifestum ē
q verbum dei quo oia cōstituta sunt
z quo oia in sua integritate cōseruā
tur sic nasci decuit vt per oia matris
integritatem seruaret. Conueniens
igitur fuit hanc generationem fuisse
ex virgine: sic ergo habemus q ne-
cesse fuit xpm nasci de virgine ma-
tre eius integritate seruata z sine vi
rili semine. ¶ Nunc secūdo ad argu
mentū q infert impossibile esse cor-
pus xpi esse eiusdem nature cum cor
pore nostro ex quo nō est conceptum
ex virili semine. Dico q ad hoc est
manifesta ratio Aristotelis dicentis
q semē maris non intrat materiali-
ter in constitutionem cōcepti sed so
lum est principium actiuum. Mate
ria vero corporis tota ministratur a
matre: z sic q̄ntū ad matrem corp9 xpi
non differt a corpore nostro. Nam et
corpora nostra materialiter constitu
ta sunt ex eo q est sumptum a matre
¶ Si vero aliquis predicte positio-
ni Aristotelis repugnet adhuc pdi-
cta obiectio efficatiā nō habet: simi-
litudo enim aliquorum aut dissimili
tudo in materia non attendit sm sta
tutum materie in principio genera-
tionis: sed sm conditionem materie
iam preparate put est in termino ge
nerationis. Non enim differt secun-
dum materiam aer et terra vel ex aq̄
generat9 q licet aqua et terra in pri
cipio generationis differentia sunt
tamen per actionem generantis ad
vnam dispositionē reducantur. Sic
igitur diuina virtute materia que so
lum ex muliere sumitur pōt reduci in
finem generationis ad eandē dispo
sitionem quā habet materia: si suma
tur simul ex mare et femina: vnde nō
erit aliq̄ dissimilitudo pter diuersi
tatem materie inter corpus xpi quod
virtute diuina formatum est ex mate-
ria a sola matre: et corpora nostra q̄
virtute nature formātur ex materia
etiam si ab vtroq3 parente assumān-
tur: manifestum est et q plus differt
a materia qui ex viro z muliere simul
assumitur limum terre de quo primū
hominem deus formauit quem vtiq3
constat fuisse verū hominem z nobis
per oia similem q materia sumpta so
lum ex femina ex qua corpus xpi for
matum est. Unde natiuitas xpi ex vir
gine nihil derogat veritati humani
tatis ipsius nec similitudini eius ad
nos Licet em̄ virtus naturalis requi-
rat determinatam materiā ad deter
minatum effectū ex ea pducendum.
Uirtus tn̄ diuina que pōt ex nichilo
cuncta pducere in agendo ad mate-
riā determinatā non coartat. Simi
liter aūt nec per hoc aliquid deperit
dignitati matris xpi q virgo conce
pit z peperit: quin vera mater z na
turalis filij dei dicatur: virtute em̄

diuina faciente materiam naturalez ad generationem corporis xpi ministrauit q solum ex parte matris requiratur. Ea vero que in aliis matribus ad corruptionem virginitatis faciut non ordinantur ad id quod matris e sed solum ad id qd patris est: vt semen maris ad locu generationis perueniat. verba sunt sancti Thome vbi supra: sic ergo patet declaratum q licet corpus xpi absq virili semine sit conceptum eiusde nature vere est cu corpore nostro ex virili semine cocepto. ¶ Sed dicet hic fortassis iude9 Tu xpiane satisfacis mihi ex natura q non sit impossibile iesum nazarenum coceptu fuisse de matre sine virili semine vel sine carnali patre: s3 volo q mihi ex sacra scriptura si qua habes illud ostendas. Ad hoc respondet venerabilis Petrus alfonsus conuersus in suo dyalogo titulo vij. allegans illud Esaie. xlv. Rorate celi desuper et nubes pluat iustu aperiatur terra et germinet saluatore: et iusticia oriatur simul ego dns creaui eum. ppter hoc nanq q ait Rorate ce desuper et nubes pluant iustum notauit de celo spm sanctum fore descensuru: ppter hoc autem q sequit Aperiat terra et germinet saluatore corpus virginis accipimus que superueniente spiritu sancto et conceptura et saluatorem fuerat paritura sed et hoc quod est: ego dns creaui eum innuitur q absq patris carnalis auxilio dns eum progenuit. Unde et cotra illos qui hoc non credunt intulit in sequenti. ve q contradicit factori suo testa de samiis terre. et alibi. Nuquid dicit lutum figulo suo quid facit: et op9 tuu absq manibus est. Et iterum ve qui dicit patri qd generas et mulieri quid parturis. Sic inuehit in illis qui de hoc dubitant et querat quomodo deus eum genuerit. et beatam causant maria q absq virili comixtione pepit. Iteru contra incredulos loquens pphta ait numquid ego q alios parere facio ipse non pariam dicit dns. Si ego q generationem aliis tribuo sterilis ero ait dns deus tu9. Sic nanq etiam ostenditur q deus eum sine carnali pre genuerit hoc sane intelligentib9 credo sufficere q de matre sine carnali patre natus fuerat puer ille: hec pdict9 doctor. Ecce iudee habes auctoritatez sacre scripture et expositorem peritum tui generis in xpi coceptione sine virili semine. ¶ Sed dicit iudeus ex supradicta auctoritate adminus ego possum hre q maria fuit deflorata et corrupta. Probat q: dicit pphetia. Aperiat terra et qd est huius terre apertio nisi marie defloratio. Respodet q per apitione non intelligitur defloratio vel libidinis feditas s3 coceptionis fecunditas apta dicitur fuisse qtum ad xpi ingressuz non apta per virum sicut et fenestra vitrea dicitur apiri radio solis non per fracturam vel diuisionem aliquam sed q radius ea intrat sm sui natura. Hoc modo immo subtilior dicitur porta clausa aperta ee principi ezechielis. xliiij. q xpus vteru virginis per virginitate clausam intrauit per ineffabile modu. verba sunt alani in suo qdripertito li. iij. ca. lv. ¶ Sz dices itez ex quo fuit formatu corpus xpi in virgie illa. Rndet sm dionysiu d diuinis noib9 q ex purissimis et castissimis sanguib9 vgis

sed vbi erant isti purissimi sanguines. Respondetur q in corde virginis vt pie credi potest sicut legitur in libro de approbo. et psvero. Ad quod sunt sex rationes. Prima est quia cor est nobilius membrum in animali et primum locus et vite ac vera caro Secunda est q ille qui veniebat dare vitam debebat carnem sumere a membro viter non ab altero. Tertia ratio est: q cor est membrum in medio animalium: et cum in medio consistit virtus: ideo ab eo debuit carnem assumere. Quarta ratio est q scriptum est: pbe mihi fili mi cor tuum. Ideo illud est qd deus petit a quolibet nostrum cum virgo beata seipsam dimiserit in potestate dei: sequitur q deus illud quod petit ab aliis et ab ea similiter ei cum ipsa eidem se dederit voluntarie sequitur q et ipse accepit cor eius ad formationem corporis xpi filii sui. Quinta ratio est q cor virginis limpidius et purius erat q vnq fuit vel erit alicuius pure creature in mundo: iustum ergo erat q ex quo deus volebat carnem assumere q acciperet de meliori. Sexta ratio est: q cor est templum spiritussancti: et ideo debebat ex eo carnem assumere. ¶ Et si queras quantum accepit de illis sanguinibus cordis virginis. Dicitur q tantum accepit q in virgine nihil diminutum fuit de suavita nec de suo esse. Sicut enim ade nihil defuit cum de eius costa deus euam formavit. sic nec virgini aliquid defuit de eius vita vel esse cum verbum dei de ea carnem accepit. Illi tamen sanguines stati fuerunt in membro illo: scz in matrice a deo nature humane ordinato vbi virgine pbente consensum subito et in instanti simul fuit caro et aiata ca ro vt supradictum est. Nec mireris si si ne viri semine concepit: hec enim mirabilia deus operatur. Nunquid adam fuit in mundo pductus sine semine patris et matris. Nunqd eua fuit de semine matris. Nunqd virga moysi que deuorauit serpentes habuit os. Nunqd virga aaron q floruit habuit radices. Nunqd rubus ardebat et non habebat prunas. Nunqd sal qd misit deus in aquis amaris et fecit eas dulces erat dulce. Sic ergo non mireris: si virgo beata spusancto cooperante cocepit non ex virili semine.

¶ Impossibile est q mors xpi sit satisfactoria p pctō originali cum ipse nō sit mortuus sm naturā diuinā: sz humanā scdm q alii hoies non erat sufficientes ad satisfaciendum.



Ertiū impossibile est. Uos xpiani dicitis q specialiter pp pctm originale necessarium fuit xpm nasci et pati q quidē totā naturam humanā infecerat hoic primo peccāte: hoc impossibile videtur q si alii hoies ad satisfaciendū p peccato originali sufficiētes nō sunt: nec mors xpi p peccatis humani generis satisfactoria videtur fuisse: q et ipse sm humanā naturā mortuus est et nō sm diuinam. ¶ Respōdetur q ad satisfaciendū p pctō toti humani generis mors xpi sufficiens fuit: q quis sm humanā naturā solū mortuus fuerit tn ex dignitate psone patientis q est psona filii dei mors eius redditur pciosa. Manifestum est aūt etiā i rebus humanis

q quãto psona est altior: tanto pena quaz sustinet p maiori cõputatur: siue ad humilitatẽ et charitatẽ patiẽtis: siue ad penã inferẽtis: et sicut maioris est criminis alicui psone inferre iniuriã q maioris dignitatis existit ita virtuosius est et ex maiori charitate pcedens q maior psona p aliis se subiiciat voluntarie passioni. Solutio est sancti thome in summa cõtra gentiles lib. iiii. c. lv. in solutione ad xxiiii. argumentum.

¶ Impossibile est q xps sufficiẽter satisfecerit p pctis humani generis ex quo hoies adhuc penas patiunt quas p pctõ iductas scriptura diuina commemorat.



Quartum impossibile ẽ. Uos xpiani dicitis qd xps verster p pctis humani generis sufficiẽter satisfecit hoc videtur impossibile: qr si verũ esset iniustũ videtur esse quod hoies adhuc penas patiantur quas p pctõ scriptura diuina inductas eẽ cõmemorat sicut maledictio terre in producẽdo spinas et tribulos: sudor vultus in labore puluerizatio corporis in morte et dolor partus. Constat aũt q has penas adhuc experit genus humanũ ergo impossibile videt q xps sufficiẽter satisfecerit p peccatis humani generis. ¶ Rñdet q qũuis xps p pctõ originali sua morte sufficiẽter satisfecerit. nõ est tñ inconueniens q penalitates ex peccato originali cõsequẽtes remaneant adhuc in hoibus qui etiã redẽptionis xpi pticipes fiũt vt ratio illa pcedit hoc eñi cõgruẽter et vtiliter factũ est: vt pena remaneret etiam culpa sublata ppter tria. Primo qdẽ vt esset cõformitas fideliũ ad xpz sicut membrorum ad caput: vnde sicut xps prius multas passiones sustinuit et sic ad immortalitatis gloriã puenit sic decuit vt fideles eius prius passionibus subiacerẽt et sic ad immortalitatẽ puenirẽt quasi portãtes in se ipsis insignia passionis xpi: vt similitudinẽ glie eius cõsequerent sicut apls ad romanos dicit. Heredes qdẽ dei coheredes aũt xpi: si tñ cõpatimur vt et simul glorificemur. Scdo qr si hoies veniẽtes ad iesum statim immortalitatẽ et impassibilitate cõsequerent hoies ad xpz accederent magis ppter hec corporalia bñficia q ppter spũalia bona qd est cõtra intentionẽ xpi veniẽtis in mũdũ vt homines ab amore corporaliũ ad spũalia trãsferret. Tertio qr si accedẽtes ad xpm statim ipassibiles et immortales redderent hoc quodãmodo compelleret hoies ad fidẽ xpi suscipiendã et sic meritũ fidei minueret. Hec ẽ respõsio scti thome vbi prius. ¶ Aliter rñdet magister alfonsus conuersus in lib. bellor dei titulo. xxxv. dicens q natura aie sequitur naturã corporis: qr sicut rota trahit rotã in horelogio sic sensitiua pars itellectiuã nisi q vltra hoc in hois aia ẽ virtus ad elongãdũ se a corporis indignatione et natura ex dictamine rõnis q nõ posset eẽ de radice nature corporis nisi corrũperet et mutaret modus sue creationis. et tũc exiret a natura illius generis. Et ideo dixerunt sapiẽtes philosophi q vt plurimũ curari nõ pñt infirmitates corpis cuz quibus hõ natus est vel si heredita-

uit eas ex patre vel matre: sed infirmitates anime specialiter anime rationalis possunt habere remedium. Et ideo quando adā peccauit q̄ fuit radix humani generis et inclinauit animam suam rationalem post naturam corporis sui fuerunt posite super eum pene propter illud peccatū ꝛ propter ipsum pene in toto genere humano: igitur quicquid ibi secutū est in natura corporis nō potuit habere mutationem: ꝛ ideo remanserunt pene que posite fuerunt supra corpus semper: sicut ille pene: in sudore vultus tui vesceris pane tuo: et in dolore paries filios: ꝛ puluis es ꝛ in puluerem reuerteris: quia et eo ꝙ deglutus fuit fructus vetitus arboris scientie boni ꝛ mali in corpus Ade fuit in eo malum post bonum. Pena vero anime propter illud peccatum: quia inclinauit se anima corpori mansit infirma ante aduentum christi. Et ideo in veteri lege nō fuit nominata aliqua remuneratio animarum que potuit salutem habere: nō inuēta cā medicine: s; ad hoc fuit aduentus messie. hec ille. Utraq; solutio bona est: sed prima ē efficacior. ¶ Potest etiā dici ꝙ pene sūt dupli ces: q̄dā sp̄ūales ꝛ q̄dā corpales xp̄s abstulit penas sp̄ūales et eo ꝙ ꝑ doctrinā suā tradidit modu; quomodo quisq; poterit liberari a penis sp̄ūalib⁹ ꝛ tp̄alib⁹ ꝛ eternis: ex virtute penitentie ꝛ aliarum que in sua doctrina clarissime ostendunt. Pene vero corporales de quibus dicis tollentur in finali resurrectione: quia tunc corruptibile hoc induet incorruptionem: ꝛ mortale hoc immortalitate;: vt patet prima Cor. xv. nec vltra dicetur. puluis es ꝛ in puluerem reuerteris: non esurient neq; sitient: neq; percutiet eos estus nec sol. Esaie. xlix. ꝛ iterum apocalips. vij. non esuriēt neq; sitient amplius neq; cadet sup ipsos sol neq; vllus estus q̄m agnus qui in medio throni est reget illos ꝛ deducet illos ad fontes vite aquarū ꝛ absterget deus omnē lachrymā ab oculis eorum: tunc enī vt dicit Esa. li. Erit leticia sempiterna sup capita eorum gaudium ꝛ leticiā obtinebunt ꝛ fugit dolor ꝛ gemitus.

¶ Impossibile est ꝙ xp̄s sufficiēter satisfecerit ꝑ peccatis ex quo querūtur remedia pro abolitione pctōꝝ.



Quintū impossibile est. Uos xp̄iani asseritis ꝙ xp̄s sufficienter satisfecit pro peccatis humani generis: hoc videt impossibile: q: si sic esset non essent vltra remedia ꝑ abolitione peccatorū querenda: sed constat ꝙ querunt semper ab omnibus qui sue salutis curā habēt: ergo falsum est ꝛ impossibile ꝙ christus sufficiēter satisfecerit pro peccatis humani generis. ¶ Rñdet ꝙ q̄uis christus pro peccatis humani generis sua morte sufficienter satisfecerit sunt tñ vnicuiq; remedia ꝓprie salutis querenda. Mors enī xp̄i est q̄dā quasi vniuersalis cā salutis sicut pctīn primi hoīs fuit quasi vniuersalis cā condēnationis: oportet aute; vniuersalē cām ad vnūquēq; applicari specialiter vt effectū vniuersalis cause percipiat. Effectus igitur peccati primi parentis peruenit ad vnūquēq; per carnis originē. Effe

eius asit mortis christi pertingit ad vnūquēq₃ per spūalem regeneratione per quā hō quodammodo christo coniungitur ꝛ incorporatur. Et ideo oportet ꝙ vnusquisq₃ querat regenerari per christum ꝛ alia suscipere in quibus virtus mortis operatur. Ex quo patet ꝙ effluxꝰ salutis a xpo in hoies nō est per nature ꝓpagationē sed per studiū bone voluntatis q̄ hō xpo adheret: ꝛ sic qd a xpo vnusq̄sq₃ cōsequit̄ est personale bonū: vn̄ non deriuat̄ ad posteros sicut peccatum primi parentis: quod cū nature propagine producit̄ ꝛ inde est ꝙ l₃ parētes sint a peccato originali mundati per christū₃ non est inconueniens ꝙ eorū filij cū originali nascantur ꝛ sacramentis salutis indigeant: verba sunt sancti thome vbi supra. Et sic patet ꝙ licet remedia salutis querātur puta per baptismū₃: ꝛ alia ecclesie sacramenta non est falsum nec impossibile ꝙ christus sufficienter satisfaciebat sua morte pro peccatis humani generis: immo verū ꝛ necessario desideranti salutem cōcedēdū.

¶ Impossibile est ꝙ christus abstulit potestatē dyaboli cuius post eius aduentum non dimiserit facere peccare hominē sicut prius.



Extū impossibile est. Uos xpiani dicitis ꝙ xps est vere messias ꝛ ꝙ venit vt faceret fugere dyabolū ꝛ vt tolleret potestatē eius hoc videt̄ falsu₃ ꝛ impossibile cū dyabolus a tempore quo ipse venit non dimisit facere peccare hoies sicut prius. ¶ Respōdetur ꝙ quādo venit iesus christus cessauit dyabolus facere peccare veros christianos ꝛ qui eos imitantur aliquo modo in radice fidei taliter ꝙ nullus eoꝝ damnat̄ in inferno nec tēdit in perditionē vllo modo quod eis prouenit ex fide vera quā habēt in christo. ꝛ nisi q₂ ex tunc dyabolus cessauit facit peccare homines sicut prius solebat aliquo modo, peccata ꝛ mala essent amplius publicata in mundo ꝙ sunt: nec fuerant ydolatre a mundo exclusi qui erant ante aduētum christi sicut sunt nunc quasi in toto mundo sicut fuit supradictū argumento. v. cōsiderationis quinte.

¶ Impossibile est de morte discipulorū christi que si fuit a deo vel a dyabolo ad vtrūq₃ sequit̄ impossibile vt dicunt ꝛ ꝙ peccant christiani audiēdo iudeos qui in morte christi impleuerunt voluntatem dei.



Eptimum impossibile est. Querūt iudei q̄re iesus christus fecit ꝙ occiderētur omnes sui discipuli: q₂ vel hoc fecit deus cui seruierunt vel dyabolus. Si deus hoc est īpossibile: q₂ deus nō faceret iniusticiā nec occideret suos suos. Si dicitis ꝙ ptāte dyaboli fuerūt mortui serui dei nō placēdo deo hoc ēt videtur mēdaciū ꝛ īpossibile cū nihil possit resistere volūtati diuine: ꝛ cū ēt cōcessu₃ sit a xpianis ꝙ sublata ē ptās eiꝰ ne faciet malū bonis. Item dicimus de morte iesu: quia si fuit ex voluntate eius ergo peccant christiani odiēdo iudeos q̄ impleuerūt volūtatē dei. Si vero fuit mortuꝰ ꝯ suam vo

luntatē ergo nō erat deus: q: nō potuit liberare seipm ab eo qd factum fuit cōtra eius volūtatez. ¶ Ad hec respōdet magister alfonsus conuersus in libro bellor dei li. iii. xxv. c. dis c puli iesu mortui fuerūt cōtra eorū volūtatē ex pte carnis τ sanguinis: q: isto mō erant debiles passibiles τ receptiui penarū τ deo egētes sicut ceteri homines τ sicut ille q sustinet ignē vel gladiū volūtarie in apostemate ppriij corporis sustinet dolores τ clamat nec tñ dolet nec conqueritur ex pte sue rōnis: sz ex pte nature carnee τ sanguinis. Sic τ discipuli xpi τ oēs bti martyres nō fuerūt mortui potestate dyaboli: sz volūtarie se obtulerūt ppter amorez quē habebant ad xpm in hoc frāgentes τ opprimētes potestatez dyaboli: ne deinceps iustos peccare faciat τ captiuos sub sua ptātē habeat ppter hāc ergo vtilitatē q puenit mūdo ex eorū morte noluerunt a morte carnis liberari: licet potuerāt liberari si voluissent negare veritatē: sed mortui sunt p veritate: vt essent testes veritatis: nullus enī p mēdatio offert se morti: potēs se a morte liberare. ¶ Et de xpo dicimus q ex parte carnis inquantuz homo erat fuit tristis vsq ad mortē τ petiuit a patre vt calicez passiōis non sustineret. Verūtamen obediēs patri vsq ad mortem ppter salutem mundi dixit: non mea voluntas: sed tua fiat τ sic oblatus est: quia ipse voluit vt scribitur Esaie. liij. Iudei ergo occidentes christuz licet deo placuisset eius mors pro mundi vita: q tamen eius mortez operati sunt maliciosa τ crudeli intentione non est mirum si odio ex hoc habent a christianis: quia occiderunt christum: τ sic de morte martyrum: quia inuidia τ malicia occidebant eos vt obliuioni traderetur nomen christi in mundo. Item ipsi maliciose contra christum processerunt: quia nunq viderunt ipsum operari aliquod peccatum vt eum morti traderent. quanto magis: quia miracula que ipse faciebat excedebāt in excelentia omnia miracula preterita in lege: quia multa miracula eorum τ pro maiori parte fuerunt gentibus damnosa sicut patet de plagis egypti. τ dathan: et abyrō: τ chore: τ de tribus pueris in fornace ignis ardentis: quia combusti fuerūt multi chaldei τ de igne helye qui combussit quinquagenarios τ si aliqua miracula fuerūt proficua facta sunt abscōdite τ clausa ianua sicut patet de paruulo quem suscitauit helyas. τ de alio quez suscitauit heliseus τ de oleo τ de farina que nō defecerunt in domo vidue: τ hec omnia per modū supplicationis faciebant pphete. Sz miracula que christus fecit omnia fuerunt ad vtilitatē gentium τ manifeste: τ per modum iperij sicut patet cū suscitauit puellam τ adolescentem τ lazarum. Et cū satiauit de quinq panibus τ duobus piscibus multitudinem populi. Et cum sanauit claudos paraliticos. leprosos: cecos: mutos: surdos: τ a demonibus possessos: omnia hec operatus est ad vtilitatem populi τ sine damno cuiuscunq. Et propter hoc inuidiam τ puram voluntatem malā et non mixtam adduxerunt eum ad mortem τ ideo excusari non possunt Deus enī potius iudicat voluntates malas quam opera: τ sic de martyri-

bus dicẽdum est. De materia vero partis sensitiue et ratiõis in xp̄o et in martyribus nõ solū noui sed etiã veteris testamenti dixi supra argumento.xix.consideratiõis quinte. ¶ Impossibile q̄ iesus nazarenus sit deus cū fuerit in loco determinato scz ĩ vtero virginis ĩ nazareth in galylea &c. sicut sunt alia corpora.



Ctauum impossibile est. Uos xp̄iani dicitis q̄ iesus nazaren⁹ est de⁹ q̄ñ aūt dicitis ip̄z fuisse in loco determiato puta ĩ vtero marie in nazareth in galylea in bethleē &c. sicut sunt alia corpora q̄r hoc est ĩpossibile in deo scz loco determinari & ꝯsequēter habetis dicere quod de⁹ est corporeus q̄d q̄ ē manifeste ĩpossibile q̄r talia nõ ꝯueniūt nisi corporeitati. ¶ Ad illud impossibile iudaicū. Respondet magister Johãnes cõuersus in libro de ꝯcordia legum titulo p̄io cap.xvi.dicēs q̄ textus habet duos intellect⁹ vn⁹ est litteralis ad pedē littere ĩtelligēdus. & ali⁹ mystic⁹.s.sp̄ualis sicut dr̄ ꝓuerbioꝝ.xxv.mala aurea in lectis argēteis qui loquit̄ verbū ĩ t̄pe suo. Et dicunt sup̄ hoc glosatores q̄ textus iste loq̄tur de verbis legis. q̄r sicut in malleo argēteo intus includitur malū aureū et exterius p̄ter q̄ malleū argēteū nõ apparet. s̄z postq̄ bene aspicitur sollicite latet int⁹ aureū. Sic ē in textu legis s̄z duos intellectus supra dictos. et vn⁹ istorum intellectuū est p̄ hoībus communibus qui corporalia et superficialiter intelligunt. Sed alius est pro sapientibus legis qui intelligunt p̄funde et veritatem rei sollicite perscrutantur et sic naturaliter esse debet: quia virtus anime ĩtelligentis perficitur per virtutē ymaginatiuam que est virtus in corpore. et ex intellectu agente qui est virt⁹ incorpea s̄m philosophos. Et sic diuidit intellectus humanus per duos ĩtellectus scilicet materialem et spiritualem. Materialem habent hoīes cōes & spiritualē homines litterati. In quibus de⁹ voluit specialiter inspirare: & si iudei volunt intelligere textū legis ad pedē littere: tota lex ponit plenarie corporeitatem ĩ deo. Unde dicit oculus dei pedes dei: descendit deus locutus est de⁹: ĩmago dei: & alia hmōi que nõ oportet amplius allegare. Sed cõmunes homines qui noui reputant inconuenies deum esse corporalem: & credūt nihil esse aliud nisi sit corporale talib⁹ hominibus necesse est ad pedē littere intelligere textum legis: & sapientes qui intelligunt textum legis dicunt aliis glosando textū: quid dicit deū corporeū esse debet intelligere textū q̄ loquitur ad modum cõem hoim: non autem q̄ ita sit: sed vt melius intelligant ydeote & faciunt glosas talibus textibus s̄m rabimoysen egyptiacū in libro quē vocauit demonstratorem errantium et alios sapientes iudeorum: et sicut faciunt iudei in lege sua sic etiam xp̄iani in lege sua. Nam xp̄i animorum communitas credit omnia vt sunt et sicut est veritas licet ipsi nesciant declarare ad sensū mysticū vt opt̄ & sic fieri opt̄ vt semel homo credat fidei veritatē & post hec alia requiret si habeat in

telligendi gratiam diuinitus in-
spiratam. quia si nō crederet donec
intelligeret esse possibile q ex diffi
cultate legis nulla intellectio sequa
tur. et sic nec fidem nec fidei cōmo-
dum quis haberet: et talis esset simi
lis homini exīti in mortis periculo
propter famē et dabatur ei panis et
comedere renuebat donec sciret p-
us instrumenta ad hoc necessaria et
formas et talia huiusmodi. et erit pos
sibile q antequā comederet morere-
tur ille debuisset comedere vt peri-
culum euitaret et postea inquirere
de supradictis. Et ideo sapientes
dixerunt communes homines esse
cecos ac ipsos esse itinerantes li-
gatos adinuicem quasi per funem et
vnum ducem perspicuum habentes
quem licet non videant incedūt ta-
men via recta ipsos duce preuio di-
rigente. ¶ Et sic dico q ista dubia
et alia cōsimilia sunt imaginati nō
intelligentes nomina. quibus signi-
ficatur messias apud catholicos et
fideles. Nam aliquādo deus tm̄. ali
quādo iesus christus solum. et vtrū-
q3 nomē deum significat. Nam xp̄s
erat animal rationale mortale q̄tū
ad humanitatem. et erat deus ex p-
te diuinitatis qui carnem humanā
assumpsit. Et ista duo simul faciunt
messiam in lege promissum ad redi-
mendum genus humanum. Et sicut
in deo est vna essentia et tres distin
cte persone sine augmento aliquo
essentie vel diuinitatis: sic est i mes-
sia vnum suppositum et tres substā-
tie distincte. s. deitas anima rationa
lis. et corpus humanum. et ista tria
faciunt vnum messiam. quia ex par-
tib⁹ hūanitatis solū nō poterat sal-
uare vt in psalmo. Da nobis auxiliū
de tribulatione q̄ vana salus homi-
nis: et aliquando vocabitur deus tan
tum: aliquando iesus tantū: et vocat
deus non ex parte humanitatis: et vo
catur homo non ex pte diuinitatis s3
ex parte humanitatis: et corpus cum
anima efficiunt hominem sm ipsius
diffinitionē que est animal rationa-
le. Aliquādo textus legis vocat eum
nomine corporeitatis non nominādo
animam vt Leui. i. qui obtulerit ex
vobis homo: in hebraico dicitur fi-
lius adam. i. terra et non nominauit
animā: et aliquando anima nomina
tur sine corpore. vt Exodi. xxi. dabit
animā pro anima: et talia huiusmodi
variare non nocet ex vno ad alterū
et sic in euangelio aliquādo vocatur
xp̄s filius hominis. aliquādo filius
dei: vt diuinitas et humanitas in eo
dem homine demonstretur. et quādo
vocatur iesus xp̄s in operib⁹ corpo
ralibus illa referuntur ad humanita
tem euoniam diuinitas inquantum
diuinitas non suscipit ista acciden-
tia corporalia. ¶ Et doctores xp̄ia-
ni dicunt q deus assumpsit humani-
tatem non humanitas diuinitatem:
licet ista sit vera propositio. homo est
deus. et deus est hō: et sic humanitas
ad honorē altissimū exaltatur cū iū-
cta sit diuinitati. Accedet homo ad
cor altum et exaltabitur deus: et si ta
lia velint intelligere iudei istud de-
bet sufficere pro respōsione oīm du
biorū in ista materia: et ad oīa argu
menta que fecit iudeus in libro. quē
composuit contra fidem xp̄ianorum
quem nominauit librum litis dei vbi
declarat multa ipossibilia esse in lege
xp̄ianorum et cōtra probatiōes prophe

consecrationem in hoc sacramento sentitis omnia accidentia panis et vini.s.colorē.saporem.odorem.figurā quantitatē et pondus circa que decipi nō potestis: qz sensus circa ppria sensibilia nō decipit. huiusmodi autem accidentia in corpore xpi eē nō possunt sicut in subiecto vt vos asseritis. Similiter aūt nec in aere adiacente: qz cū plurima eorū sint accidentia naturalia requirūt subiectum determinate nature non qualis ē natura corporis humani vel aeris: nec possunt p se subsistere cū accidentis esse sit inesse. vii. metaphisice. Accidentia eīm cū sint forme indiuiduari nō pnt nisi p subiectū. Conumerantur eīm ad conumerationem et indiuiduationē suor subiector. vñ remoto subiecto eēnt forme vniuersales. Relinquit igit hmōi accidētia eē in suis determinatis subiectis.s.in suba panis et vini. Est ergo ibi substantia panis et vini et non substantia corpis christi: cū impossibile videatur duo corpora esse simul. ¶ Ad istud respōdetur q non possumus negare accidentia panis et vini remanere cum sensus hoc infallibiliter demōstrat nec his accidentibus corpus christi aut sanguis afficitur: quia hoc sine eius alteratione eē non poss nec taliū accidētiū capax est. similr aūt nec substātia aeris. Vñ relinquit q illa accidentia sint sine subiecto. tamen eo modo quo supra fuit declaratum in duodecimo impossibili. vt scz sola quātitas dimensiua sine subiecto subsistat et ipa aliis accidētibus prebeat subiectum: nec impossibile ē q accidēs diuina vtute subsistere posset sine subiecto: qz idē est iudicādū de pductione rerū et de cōseruatione eas ī inesse. diuina aūt virtus pōt pducere effectus quarūcūqz causarum sine ipsis causis secūdis. sicut potuit formare hoiem sine semine: et sanare febrē sine operatione nature qd accidit ppter infirmitatē eius virtutis. et qz oibus causis secūdis largit virtutē agendi. vnde et effectus causarū secūdarū pōt conseruare inesse sine causis secūdis: et hoc mō ī hoc sacramento accidēs cōseruat inesse sublata substātia q ipm cōseruabat: qd quidem dici pōt de quātitatibus dimēsiuis quas etiā platonici posuerūt p se subsistere, ppter hoc q sm intellectū separant. Manifestū ē aūt q plus pōt deus in operādo q intellect in apphendendo. Et lz de principio indiuiduationis sit inter doctores nō parua difficultas. Verūtamen in pposito me nō intromitto: qz hic non laboramus nisi ad excludendum ea que a iudeis impossibilia reputantur. ¶ Dicit ergo sanctus tho. ī summa contra gentiles libro.iiii. ca.lxv q quantitas dimensiua habet hoc pprium inter reliqua accidentia q ipsa sm se indiuiduatur. quod ideo est quia positio que est ordo partium in toto in eius ratione includitur: est enim quantitas positionem habens. vbicunqz autem intelligitur diuersitas partium eiusdem speciei necesse est intelligi indiuiduationem. nā que sunt vnius speciei nō multiplicantur: nisi secundum indiuiduum et inde est q non possunt apprehendi multe albedines nisi secundum q sunt ī diuersis subiectis pnt aūt apphēdi multe linee ēt si sz se pside erent diuersus ei sit q p se linee [illegible]

pluralitatem linearum sufficiēs est. Et qr sola quātitas dimēsiua de sua rōne habet. vñ multiplicatio indiuiduorū ī eadē specie possit accidere. Prīa radix huius multiplicationis ex dimēsiōe ee videt. ⁊ qr ⁊ in genere substātie multiplicatio fit ſm diuisionem materie. q̄ nec itelligi pōt nisi secūdum q materia sub dimensionib⁹ cōsideratur. Nā remota quātitate substātia omnis indiuisibilis est vt ptz per pħm primo phisicorū manifestū est autē q in aliis generibus accidētiū multiplicātur idiuidua vni⁹ speciei ex pte subiecti. ⁊ sic relinquitur q cū in huiusmōi sacramēto ponamus dimensiones per se subsistere. et alia accidētia in eis sicut in subiecto fundari. non oportet nos dicere q accidentia huiusmodi indiuiduata nō sint. Remanet ei in ipsis dimēsionib⁹ indiuiduationis radix. Cōcedamus igitur q sentim⁹ supradicta accidentia et q illa non sunt in corpore xpi nec ī aere nec in substantia panis quia nō est. sed est illa dimensiua quātitas hñs eē p se pseytate tercij modi. quod est esse pcisum et separatum ab omni subiecto et reliqua accidētia in predicta quātitate sunt vt in subiecto diuina virtute. Est enim cōis propositio apud oēs scotizātes: q primū indepēdēs pōt terminare depēdentiā cuiuslibz entitatis create ⁊ supplere vicē cuiuslibet determinātis cum cōtineat eminēter vices cuiuslibet causalitatis secūdarie cause. ergo depēdētiā quā habet accidens ad subiectum pōt deus supplere ⁊ terminare. Itē deus pōt quodlibet prius distinctuz essentialiter: a posteriori facere sine illo posteriori. Cuz ergo accidentia sint priora inherētia actuali et ab ea distincta essentialiter. qr sunt in diuersis generib⁹. ergo de⁹ poterit facere accidentia per se existere sic q nō inherebūt actualiter q̄cquid sit de inherētia aptitudinali. qr cū hec sit idē essentialiter cū subiecto licet sit posterior ordine nature. ab ea accidētia separari nō psūt. ¶ Pōt etiā dici sicut notat magr iohānes cōuersus in libro de cōcordia legū. ti. iij. c. iiij. q accidentia per se remanere sine inherētia ad subiectū impossibile est in trāsmutationib⁹ ⁊ mutationibus naturalib⁹. sed ista trāsubstātiatio est per miraculū diuina virtute facta. Et dicit q iudei cōcedunt aliud miraculū in lege sua sile huic scz q littera menclausa et chamah. que scripta erāt ī tabulis legis erāt per se sine aliquo subiecto. ⁊ iste littere figurate erant ex vtraqz pte et erant rotūde et nulla istarū lrarum ps sustētabat ab aliquo corpe sed p se erāt stātes miraculose ⁊ istud dicere est euidēter ꝯ naturā ⁊ impossibile magis q̄ dicere trāsubstātiata est vna substantia in aliam et accidentia remanent per seipsa.

¶ Quod in sacramento altaris sit corpus xpi incorruptibile cum possit putrefieri ⁊ a muib⁹ comedi.



Decimumseptimum impossibile ē. Dicunt iudei certū est q si illud vinū vestri sacramenti in magna quātitate sumeret q calefaceret et inhebriaret sicut ante sacramētū. panis etiā cōfortaret et nutriret. Videt etiā si diu ⁊ incau

re seruet putrescere et a muribus comedi. comburi etiā possit. et in cinerē redigi et vaporē que oīa corpori xpi convenire nō possunt cū fides vestra ipsum impassibilē pdicet. Impossibile igitur videt quod corpus xpi in hoc sacramento substātialiter contineat. ¶ Respondet quod hic sunt duo cōsiderāda vnū qd de facili pōt expiri et aliud quod maiorem difficultatē ptendit. quod cū in hoc sacramēto eedē actiones appareant q̄ prius in substantia panis et vini apparebāt puta quod similiter immutent sensus. Similiter etiā alterēt aerē circūstātē vel quodlibet aliud odore aut colore sat consequēs videt ex his que supradicta sunt. Dictū ē em quod in hoc sacramēto remanēt accidētia panis et vini inter que sunt qualitates sensibiles q̄ sunt huiusmodi actionū principia. Rursus circa passiones aliq̄s puta q̄ fiūt sm huiusmodi alteratiōes accidētiū nō magna difficultas accidit si pmissa supponātur. Cū em pmissum sit et alia accidētia in dimēsiōibus fundātur sicut in subiecto p eūdem modū circa huiusmodi subiectū alteratio aliorū accidētiū cōsiderari pōt sicut si esset ibi substātia vt puta si vinum esset calefactū et īfrigidaret aut mutaret saporem aut aliud huiusmodi. Sed maxia difficultas apparet circa generationē et corruptionē q̄ i hoc sacramento videt accidere. Nā si quis in magna quātitate hoc sacramētali cibo vteret sustentari posset et vino etiā inebriari. sm illud apli ad Corinth. xi. Alius esurit alius ebrius est. q̄ quidem accidere nō possent nisi ex hoc sacramēto caro et sanguis generaret. Nā nutrimentū cōuertitur in substātiā nutriti. Quis quidā dicant hoīes hoc sacramētali cibo nō posse nutriri sed solū cōfortari et refocillari. sicut cū ad odorem panis et vini cōfortatur. Sed hec quidem cōfortatio ad horā accidere pōt. nō autem sufficit ad sustētādum hominem si diu sine cibo pmaneat. Experimento aūt de facili inueniret hominem diu sacramētali cibo sustentari posse. Mirādum etiā videt cur negent hominē hoc sacramētali cibo posse nutriri refugientes hoc sacramētū in carnem et sanguinem posse cōuerti cum ad sensum appareat quod p putrefactionem et cōbustionem in aliā substātiam scz cineris et pulueris cōuertat. qd qdem difficille tm videtur. eo qd nec videat possibile quod ex accidentibus fiat substātia: nec concedi phas sit quod substantia corporis xpi que ipassibilis sit in aliā substātiam cōuertat. ¶ Si qs aūt dicere velit quod sicut miraculose panis in corpus xpi cōuertitur. ita miraculose accidentia in substātiā conuertunt. Primo qdem hoc nō videtur miraculo hoc esse conueniens quod hoc sacramētum putrēscat vel p cōbustionē dissoluatur. deinde quod putrefactio vel cōbustio cōsuetudo nature ordine huic sacramento accidere iuenitur. quod nō solet esse in his que miraculose fiūt. ¶ Ad hanc dubitationem tollendā quedam famosa positio est adinuenta que a multis tenet. Dicunt enim quod non contingit hoc sacramentum in carnem conuerti aut sanguinem p nutrimentum vel in cinerem p combustionem aut putrefactionem non conuertuntur accidentia in substantiam nec substātia corpis xpi sz redit diuino miraculo substantia pa

nis que prius fuerit: et ex ea genera tur illa in qua hoc sacramentum cõ- uerti inuenit. sed hoc quidem omni no stare non potest. Ostensum est enim supra q̄ substātia panis ī substātiã corporis xp̄i conuertatur. qd̄ eñi in aliquid conuersum est redire nō po test nisi econuerso illud cõuertatur in ipsum. Si igitur substātia panis redit sequitur q̄ substātia corporis christi conuertatur in panem qd̄ est absurdum dicere. ¶ Adhuc si substā tia panis redit necesse est q̄ vel re- deat speciebus panis manentibus vel speciebus panis iã destructis. speciebus quidem panis durātibus substātia panis redire nō pōt. q2 q̄- diu spēs manent manet sub eis sub stātia corpis xp̄i. Sequeretur ergo q̄ simul eēt substātia panis ⁊ substā tia corpis xp̄i. ¶ Similit etiā nec corruptis specieb⁹ panis substātia panis redire pōt. tū q2 substātia pa nis nō est sine ꝓprijs specieb⁹. tum quia destructis spēbus panis iã ge nerata ē alia substātia ad cuius ge nerationem ponebatur q̄ substātia panis rediret. Concludit ergo san- ctus thomas libro quo supra. c. lxvi. q̄ melius dicēdum videtur q̄ in ipsa cõsecratiōe sicut substātia panis in corpus xp̄i miraculose cõuertitur. ita miraculose accidentibus confer tur q̄ subsistāt quod est ꝓpriũ sub- stantie. ⁊ ꝑ cõsequēs oīa q̄ possent facere ⁊ pati sicut si substātia adeēt. vñ sine nouo miraculo et inebriare et nutrire ⁊ incinerari et putrefieri possunt. eodem modo et ordine ac si substātia panis et vini adesset. hec ille. ¶ Quare autem non oportet q̄ ibi sit nouū miraculum declarat Ri- chardus in. iiij. dist. xij. in tertio ꝑn cipali qōne. ij. dicēs q̄ q̄uis miracu lum sit accidentia in sacramento al- taris ꝑ se existere. tñ q̄ sic per se ex natura operant in aliud nouum mi- raculum nō est sicut cecũ natū post miraculosam restitutionẽ visus vi- dere nouum miraculū nō est sed na- turale. nō eñi intelligendū est sic ac- cidentia operari in virtutē substātie q̄ necessaria sit eis ad suā operatio nem aliqua virtus substātie que nō sit accidens supposita eorum existē tia: sed ꝓ tanto hoc dicitur quia nō pñt operari nisi sint et naturalr non possunt esse nisi per substātiam ⁊ q2 ipsa accidētia sunt quedam virtu- tes substantie. ideo q̄uis eorum exi stētia sine substātia sit per supnatu- raleẽ potētiā. tñ sic existētia ī aliud possunt naturaliter agere.

¶ Impossibile ē q̄ corp⁹ xp̄i sit in sacramēto cū illud frāgat in ptes.



Decimūoctauū impossibile ē. Uos xp̄ia- ni dicit iude⁹ frāgitis il- lud sacramētū in ptes ergo īpossibi le est q̄ sit ibi corp⁹ xp̄i. ꝓbat conse quētia. q2 fractio illa que sensibiliter apparet nō pōt eē sine subiecto. Ab- surdū etiã vr dicere q̄ illi⁹ fractio nis subiectū sit corpus xp̄i. ergo im possibile ē q̄ sit ibi corp⁹ xp̄i ꝫ solū substātia panis ⁊ vini. ¶ Ad ideo ad istud pꝫ manifeste et his q̄ supradi cta sūt q2 fractōis subiectū possum⁹ ponere dimēsiōes ꝑ se subsistentes. nec tñ hmōi dimēsiōib⁹ fractis frāgi tur substātia corpis xp̄i eo q̄ totum corp⁹ xp̄i sub q̄libet portiōe rema- neat. qd̄ qdē et si difficile videat tñ

P.in ea q̄ p̄missa sunt expositiōes h3. Dictū ē ei supra īpossibili.xii.q᷑ corpus xp̄i est in hoc sacramēto p̄ suaȝ substātiā ex vi sacri. Dimēsiōes aūt corpis xp̄i sunt ibi ex naturali ꝯcomitātia quā hab3 ab substātiā. ecōtrario em̄ s̄m q᷑ corp⁹ naturalr̄ ē in loco. nā corp⁹ naturale ē in loco mediātibus dimēsiōibus quibus loco cōmēsurat̄. Alio aūt mō se h3 aliq̄d substātiale ad id in quo ē: ⁊ alio mō aliquid quātū. nā quātū totū. ita est in aliquo toto q᷑ totū nō est in pte s3 pars in pte sicut totū in toto. vnde et corpus naturale sic ē in toto loco totū. q᷑ nō ē in qualibet pte loci. S3 ptes corpis ptib⁹ loci coaptant̄ eo q᷑ ē in loco mediātib⁹ dimēsionib⁹. Si aūt aliq̄d substātiale sit ī aliquo loco totū etiā totū est in q̄libet pte ei⁹ sicut tota natura ⁊ species aque est in qualibet pte aque ⁊ tota aīa ē in q̄libet corporis pte. q2 igit̄ corp⁹ xp̄i est in sacro altaris rōe sue substantie in quā cōuersa est substātia panis dimēsionib⁹ ei⁹ manentibus sicut tota species panis erat sub q̄libet parte dimēsionū ita integrū corpus xp̄i est sub qualibet parte earū dē. nō igitur fractio illa aut diuisio attingit ad corpus xp̄i vt sit in illo tanq̄ in subiecto. sed subiectū eius sunt demēsiōes panis ⁊ vini remanentes sicut ⁊ alioꝝ accidētium ibidem remanētiū dicim⁹ eas esse subiectū. verba sunt sc̄i thome libro quo supra. c.lxvii. ¶ Simile etiā inuenitur ī natura q2 imagine in speculo existēte si frangatur speculum nō tamē frangitur imago et in quot partes speculuȝ frāgitur in toto integra manet et resultat ymago. Nō ergo mirandum si hoc in hostia fiat virtute diuina. figura huius p̄cessit. Exod. iii. in rubo qui videbatur ardere ⁊ nō comburebatur. videbatur ignis in rubo ardere ac si deberet rubum frāgere ac comminuere ⁊ incinerare et t̄n ab igne nō ledebatur nō frāgebat̄. nō vorabat̄. nō minuebatur. nō incinerabat̄. sic nec corp⁹ xp̄i in comedentis ore nō leditur a dente. nō frāgitur vorādo nec cōminuitur. sed sicut rub⁹ in igne ita corpus xp̄i illesuȝ integrū remanet sub fractiōe specierum que l3 non sit in corpe xp̄i vero rep̄sentat t̄n s̄m Richardum illā flagellationem ⁊ pforatiōnē qua fuit flagellatū etiā per foratum in sua passione.

¶ Probant corpus christi sumi et consumi.



Decimumnonuȝ impossibile est. q᷑ istud sacramētū sumat̄ ⁊ non cōsumatur s̄m q᷑ vos xp̄iani asseritis. Si em̄ esset mōs olimpius q̄ est excessiue magnitudinis iaȝ deberet esse voratus ⁊ cōsumatus et cōsumptus. xp̄s vester tociēs māducatur ergo deberet eē cōsūpt⁹. ¶ Respōsio satis pat3 ex p̄dictis. Nō em̄ substātia corpis xp̄i s3 sp̄ēs panis cōsumunt̄ sicut etiā sp̄ēs ille nutriūt inebriant. incinerari et putrefieri p̄nt vt dictū est in. xvii. impossibili. ita dicunt̄ frāgi vt pt3 in p̄cedenti impossibili. sic etiā de eis ꝯcedere possum⁹ q᷑ ꝯsumūt̄ corp⁹ t̄n xp̄i manet itegrū ⁊ viuū. ¶ Sīle etiā p̄cessit ī natura ⁊ scriptura. In natura ē ex̄pplū d̄ scīa q̄ data n̄ decreuit. vn̄ totā meā sciaȝ possū alt̄i dar̄ ea tota ī n e

remanēte. Fons etiā quotidie aquā tribuit et aqua quotidie de fonte sumitur ⁊ fons nō consumitur. Videmus etiā ꝙ de mari semper fontes ⁊ flumina egrediunt̄ ⁊ tñ mare nō consumit̄ nec minuitur. Idē videm⁹ ꝙ vna candela mutuat lumē suū multis candelis sine diminutione: sui luminis ita in ꝓposito filius dei est sapientia ⁊ ars patris lumē de lumine deus verus de deo vero. fons totius eternitatis ⁊ mare infinite bonitatis ex͞ns veraciter in hoc sacramento quotienscūq; ⁊ a quocūq; sumpt⁹ nunꝙ ꝯsumitur. Unde cātam⁹ in ꝓsa. Sumit vn⁹ sumūt mille tantū isti quantū ille nec sumptus cōsumitur. Simile etiā est cū homo comeditur a leone anima nō cōsumitur sed solū corp⁹: ita dū hostia sumit̄ a sacerdote xp̄i corp⁹ nō cōsumit̄ sed sole species panis ⁊ vini. vnde sicut corpore hominis corrupto anima integra separatur. ita facta corruptiōe circa spēs desinit corp⁹ xp̄i eē in illo. Unde dicebat beatus andreas egee ꝙ agnus iste poſꝙ est a fidelibus cōmestus remanet integer ⁊ viu⁹. ¶ Hoc mirabile legimus in sacra scriptura q̄r. iij. Reg. xvij. c. legit̄ ꝙ helyas et mulier vidua sareptana comederūt de farina ydrie et de oleo qđ erat in lechito ⁊ tamē ydrie farina nō defecit ⁊ lechit⁹ olei non est minut⁹ iuxta verbū domini. ꝑ farinā ydrie corp⁹ xp̄i in pane: ꝑ lechitum olei sacramēta in confectione vini intelligo: q̄r sicut tunc sumpta nō consumebantur in illorum conuiuio. ita nec nunc corpus ⁊ sanguis xp̄i in isto sacramento. Item de quinq; panibus satiauit dominus quinq; millia hominum. et xij. cophini sunt impleti. Ideo dicebat iob in. c. v. Ad eum ponā eloquiū meum qui facit magna ⁊ mirabilia ⁊ inscrutabilia absq; numero.

¶ Quomodo manducans partem manducat.



Vicesimum Impossibile est: dicunt iudei. Uos xp̄iani dicitis ꝙ ille qui māducat ptē hostie illius sacramenti manducat totū xp̄m Istud est īpossibile cū omnis pars minor sit suo toto. ¶ Respondet̄ ꝙ ita verū est ꝙ sumens minimā ptem hostie consecrate: totum xp̄m sumit. Dictum est enī supra ꝙ partitio illa non subiectatur in xp̄i corpore: s; in dimensiōibus quātitatis panis que separate sunt ⁊ habent esse per se miraculose. Factis igitur innumerabilibus fractionibus dū tamen appareant: spēs panis vnicam ⁊ integrū corpus xp̄i est sub omnibus illis speciebus: ⁊ ideo sumēs vnam particulam sacramenti tantū; de xp̄o sumit quantum sumens totam hostiam q̄r vtrobiq; totus xp̄s. Non ergo quicūq; cōmunicans ptem hostie: ptē; xp̄i suscipit sicut iudeus putat: et huius est simile in natura de verbo loquentis quod totum est in parua aure sicut in magna equaliter: quod etiā figuratum fuit Exo. xvi. vbi legitur ꝙ quilibet de manna habebat equaliter: vnde plus colligens de māna nō plus habebat sed putrescebat. Ita in hoc sacramento: quilibet sumit corpus xp̄i equaliter ⁊ qui plus in maiori quantitate hostie consecrate crederet inuenire non esset: nisi pu

tredo infidelitatis: ideo dicit Eccl. xi. mirabilia opera altissimi solius et gloriosa et absconsa et inuisa opera illius: et sic non videntur ad sensum licet visa sint in scriptura et natura secundum intellectum.

¶ Quomodo illud sacramentum sit verus deus licet vna pars maneat in altari et altera cadit in terram.



Vicesimumprimum impossibile est. Quod aliquando accidit vel accidere potest quod vna pars istius sacramenti manet in altari et altera cadit in terram et pedibus conculcatur. dicere autem quod deus cadit in terram et quod pedibus conculcatur est dicere impossibile cum deus non possit cadere nec pedibus conculcari. ¶ Respondetur si talis casus acciderit ex negligentia sacerdotis peccaret et esset digne puniendus et multo plus si faceret scienter: nec tamen ex hoc aliquod sequitur impossibile quia casus in terram et conculcatio pedum non corpori christi nec deo sed dimensionibus panis et accidentibus illius attribuerentur sicut et frangi et incinerari vt dictum est in precedentibus.

¶ Quod christus in sacramento existens verus deus non tamen cadens in terram eleuat se et permittit se ab immundis contractari.



Vicesimumsecundum impossibile est. Quod si esset deus ille christus vester qui est in sacramento cum cadit in terram eleuaret se: non dimitteret etiam se a malis et immundis sacerdotibus tractari oppositum videtur experimentaliter ergo impossibile est eum esse deum. ¶ Respondetur quod vt dictum est quod in hoc sacramento est christus verus deus et verus homo christus autem propter honorem et reuerentiam diuinitatis semetipsum humiliauit in hoc mundo et seipsum contempsit intantum vt nunquam fuerit aliquis homo in mundo ita humilis sicut ipse quia ipse permisit suum corpus flagellari vulnerari: plagari: conspui. colaphizari. denudari: spinis coronari. felle et aceto potari et quicquid voluerunt facere sustinuit etiam et iniurias et contumelias et vituperia omnia sustinuit patienter: sic et sacramentum corporis sui honoratur et adoratur ratione diuinitatis concomitantis et placet sibi ac permittit quod aliqua appareant quasi impotentie et defectus vt non eleuari per se et tractari non solum a bonis sed etiam a malis ministris sicut dimisit se tractari a malis in vituperiis et morte et a bonis in scriptura et vnctione. Dic mihi iudee quare archa testamenti portabatur humeris leuitarum et non ferebatur per se ipsam. Nunquid si ponebatur in terra ibi manebat nec eleuabat se nisi eleuaretur ab eis. Nunquid eam ceperunt philistei qui erant mali et portauerunt ad terram suam. Dic mihi quare non defendebat se vel quare non rediit per seipsam vel quid factum fuit de ea cum facta fuit preda nabuchodonosor. ¶ Dico ergo quod deus mandauit moysi facere archam non vt ipsa se moueret per se nec vt ambularet per se nec vt staret per se nec vt eleuaretur per se sed precepit vt fieret ad ponendum in ea legem et manna et virgam aaron et precepit quod poneretur in loco pio deuoto et solenni et honorabili quod erat in tabernaculo vt omnes ipsam

respicientes haberent fidē ꝛ timorē ꝛ reuerentiam deo: ꝛ vt ibi ppls iret ad petendū petitiones suas deo. nec dicebat ppls. Eamus asi archā sꝫ ea mus asi deum: sic etiā cū de⁹ ꝛ homo xp̄s iesus ordinauit istud sctm̄ sacramentū nō ordinauit eū vt pliaret nec vt ābularet nec vt faceret ludos asi apostatas ꝛ hereticos maliciosos: sꝫ ordinauit ipsum vt popul⁹ respiciēs ipsum haberet maiorē fidem ꝛ in eo diuina maiestas adoraretur ꝛ honoraret. Et sicut ꝓpheta cū inuitabat populū vt ascēderet in hierusalē. nō dixit ascēdamus ad domū arche testamenti nec legis. Sed dixit venite ascendam⁹ ad domū dei. Si ergo illa erat dom⁹ dei ꝓpter archā ꝛ hoc ē corpus dei ꝓpter sacramentū. Non ergo laudent se iudei in fide dei. q: viderunt mare siccum: solē stātem. iordanem detentum: lucē versam in tenebras: ꝛ aquam in sanguinē ꝛ virgam in serpentem. puluerem in cinifhes. virgam sine radicibus florere montē fumigare sine igne. tonitrua sine nubibus: voces sine corpore: mā na de celo: aquā sine fossione: victoriam inimicorum sine gladio: lucem de nocte: q: hec omnia viderūt et in deo nūꝗ crediderūt: nec in terrā desiderabilem nunꝗ intrauerūt sed in deserto mortui sunt. Popul⁹ autem xp̄ianus nihil horum vidit: sed in veritate sctm̄ sacramentū fuit ordinatum in cibum. Cib⁹ aūt quicunqꝫ sit dimittit se tractari ad voluntatem coquinarii siue sit coctus aqua: siue sidassus igni siue lixus vel quis alio modo preparatus. dimittit se etiā cibus tractari a ministris si volūt portare in auro vel argento vel quouis alio metallo vel in ligno vel in scissorio luteo etiam cū pannis ꝛ sine eis. Dimittit se etiaꝫ cibus tractari a comedente si vult ipsum comedere in mensa alta vel bassa: siue laceratus vel scissus: vel admorsus ad voluntatem comedētis. Sic ergo patet ꝙ cibus est ordinatus ad voluntatem comedentis ꝛ non vt saltet vel vt loquatur vel vt eleuet se vel vt fugiet. Cū ergo xp̄s ordinauerit corpus suū in cibum. Johannis. vi. Caro mea vere est cibus ꝛ sanguis meus ꝛc̄. Ordinauit ergo eū ad voluntatem sumentium Non est ergo mirum si cadens in terra non eleuet se ꝛ dimittat se a malis ministris sicͣ a bonis tractari.

¶ Impossibile est ꝙ in illo sacramēto sit verus deus et ꝙ descendat in stomachum cum sumitur.



Vicesimūtertiuꝫ

Impossibile ē. Uos christiani sumitis hoc sacramentum ꝛ comeditis euꝫ oportet ergo ꝙ descendat ad stomachum ꝛ ad locum digestionis ꝛ intestina ꝛ cetera que omnia impossibilia videntur cum vos ponatis i isto sacramēto esse deum ꝛ deo ista repugnare videantur. ¶ Respondetur. dic mihi iudee cuꝫ tu comedis panē quis morsus vadit ad cor ꝛ quis ad cerebrū quisue ad intestina. Oportꝫ ꝙ dicas ꝙ de quolibꝫ vadit ad quodlibet membrum qd̄ cōuenit sibi: quia quodlibet membruꝫ recipit quod est suum: sicut epar cibum dulcē: fel acutum vel amarum: splen cibum acetosum: et omnis cibus salsus vadit ad vrinam. Sic et homo consideratur

in duas partes scilicet in partē corporalem et in partē spiritualem partem corporalem nutriunt et sustinent cibi corporales: sed partem spiritualem sustinent cibi spirituales. Cum ergo istud sanctum sacramentum sit cibus spiritualis et non corporalis. Ideo sicut in sepulchro christi corpus non descendit in corruptionem sic nec in hoc sacramento cum sumitur a quocunque nō descendet christi corpus ad locum digestionis nec ad intestina et cetera. Sed vt dicit Hugo de sacramētis.pte.viij.ca.xiij. q̄diu istud sacramentum sentitur in sensu in ore in dentib⁹ in gustu.ibi est christi corpus: cumvero non sentitur corporaliter statim desinit ibi esse corpus christi. Cuius verba sunt hec. quando in manibus sacramentum eius tenes corporaliter tecum ē.quādo ore suscipis: corporaliter tecum est:quando manducas et gustas corporaliter tecum est.denique invisu in tactu in sapore corporaliter tecum ē quando sensus corporaliter afficitur presentia corporalis non aufertur. Postq̄ autem corporalis sensus in percipiendo deficit deinceps corporalis presentia querenda nō ē sed spiritualis retinenda. dispensatio completa est sacramentum intus manēt christus de ore ad cor transit:melius est tibi vt eas in mentem tuam q̄ inventrem tuum:cibus iste anime non corporis est.noli in ipso querere consuetudinem cibi corporalis. venit ad te vt comedatur non vt consumatur:venit vt gustetur non vt incorporetur. Augustinus vocem de celo audiuit quia voca terrenis illi dici aut responderi non potuit.cibus sum grādium crede et manducabis me nō vt me mutes in te sicut cibus carnis tue sed tu mutaberis in me. Itaque prudenter discerne quid in sacramento dei sensui exhibitum sit quid spiritui accomodatum. Sequitur post hec ergo si corporalem presentiam christi queris in celo quere vbi et prius fuit q̄ per sacramentum suum corporaliter tecum esse incipiet etvnde non discessit quando ad te venit:hec ille. ¶ Et si dicatur contra q: illud quod vere mā ducatur in ventrem vadit et in secessum emittitur. Respondetur q in isto sacramento triplex concurrit manducatio vna carnalis qua species iste dentibus terūtur. Alia sacramentalis qua corpus xp̄i verum sub speciebus contētum sumitur. Tertia est spūalis qua ipsum corpus mysticum cum eo sumitur. In mā ducatione corporali cō sueta tria sunt: primum in ore masticatio.secundum in ventre sumptio: tertium in membris vnio:et hoc totum conuenit speciebus. secundum vero et tertium suo modo conueniūt corpori christi:tertium vero tantum conuenit corpori christi mystico.nam per sacramentum hoc fit vnio cum christo capite et cum corpore mystico:ita q ipse manducans vnitur ei non ipse illi. ¶ Ad argumentum ergo dicitur q illud intelligitur de manducatione carnali.sic vero christus hic non manducatur. Uel aliter dico q intelligitur de cibo qui habet aliquid purum aliquid et impurum. Impurū vero aliqd in hoc sacramento non inuenitur: et iō nihil

ad secessum emittit: verba sunt petri de tharantasio in .iiij. distinctio. x. articulo. j.

¶ Quod in illo sacramento sit verũ corpus christi per miraculum quotidie.



Vicesimum quartũ impossibile ẽ. Dicũt iudei. Uos xpiani asseritis q quotidie istud sacramentũ in ecclesiis celebratur: istud videt impossibile: q: tunc nõ esset miraculũ cũ miraculũ semel accidere soleat ⁊ si istud semel accidisset invita xpi ad cõfirmationẽ sue legis nõ reputaremus impossibile vt alia miracula que semel vel raro fiunt: sed dicere q istud miraculum cõtinue in qualibet ecclesia fit ⁊ infinities repetat istud videtur apparẽter impossibile: q: sapientes dicũt miraculũ nõ eẽ qd cõtinue fit q: talia opa magis nature attribuerent q miraculo. ¶ Rñdet ad istud argumẽtũ magr Johãnes cõuersus lib. de cõcordia legũ titu. iij. iiij. ca. dicẽs q d facto sic fuit q viuẽte xpo die iouis in cena añ morẽ suã ⁊ quotidie illud miraculũ fit dei mirifica ptãte. Et dico q possibile ẽ deo qñ ⁊ vbi sibi placuit mirabilia opari, put dicit in thalmud q inter mirabilia q̃ fiebãt in domo sancta erat vnũ notabile inter alia q qñ totus ppl's ibi erat stãdo erãt valde cõiuncti ⁊ stricti sed qñ curuabant nesciebãt se eẽ in loco magis spacioso: ⁊ istud nõ semel sed semper asserunt q fiebat dum ibi ppl's sic cõueniebat. Itẽ dicũt q in domo sancta sanctoꝝ erãt ipi' mensura decẽ cubitoꝝ multiplicatoꝝ per decẽ ⁊ sic erũt centum cubiti: ⁊ q ibi erũt duo cherubi ⁊ qlibet eoꝝ habebat decẽ cubitos sup decẽ multiplicatos ⁊ sic erũt centũ cubiti in quolibet cherubi ⁊ istud est magnũ ipossibile ⁊ tñ fiebat semp ⁊ quotidie dicẽdo q erat corpus sine loco: q vn' cherubin illoꝝ erat tantus in quãtitate quãtus erat locus: ⁊ sic totũ locũ occupabat. Ubi ergo erat alius cherubin: non op3 aliud dicere nisi q vn' cherubin erat sine loco ⁊ istud est impossibile. hec ille. ¶ Patet ergo q nõ repugnat miraculo pluries fieri nunqd eñ miraculũ fuit mãna de celo datũ filiis isrl: nõ negabit iude'. Sed ꝯstat q nõ semel pluit illis mãna ad mãducãdũ: sed. xl. annis sicut dicit Exo. xvi. Filij aũt isrl mãducauerũt mãna in deserto. xl. annis donec venirẽt in terrã habitabilẽ. Sic ⁊ illud pciosum sacramẽtũ mãducabunt fideles qdiu fuerint in deserto huius vite quousq veniẽt i terrã habitabilẽ: terrã sc3 viuẽtiũ: q est ppꝛie terra pmissionis eterne. Ea ergo que a iudeis ipossibilia circa istd sacramentũ allegant patent nõ esse impossibilia: s3 deo valde possibilia sed q: iesus xps est verus messias et verus deus vt supra ostensum est: iõ sibi oĩa supradicta possibilia sunt. ¶ S3 dicit forte iude' iesus nazarenus quem tu dicis deum vocat se panem. Johã. vi. Ego sum panis. numquid ex scripturis haberi põt q de' deberet esse panis dico q sic: vnde super illud Leuiti. xxi. Incẽsum eñi dñi ⁊ panes dei sui offerunt: vbi littera nostra habet ⁊ panis dei sui: littera hebraica habet, panis de' suus

⁊ sequitur ⁊ panes propositionis offert: hic habet littera hebraica: panis dei sui: ⁊ sequitur omnis q̄ habuerit maculam: de semine Aaron sacerdotis non accedet offerre hostias domino: nec panes deo suo: littera hebraica habet panis de⁹ suus Et sic in toto illo capitulo ponitur panis deus suus ⁊ non dei sui: nec deo suo ad significationem huius altissimi sacramēti. ❡ Itē non est pretereundū in fine istius materie ad memoriā reducere de isto sacramento ea que sequuntur in maiorē confusionem iudeoꝝ negantiū istud sacramentum. vnde Leuiti. viij. mandauit in lege deus ꝙ quando consecraret sacerdos assumeret colirida panis azimi ⁊ poneret in manibus aaron ⁊ ꝙ eleuaret ante deū. Item ꝙ prima die penthecostes assumeret panis primitiarū per sacerdotem et eleuaret ipm ad deū sacerdos ⁊ vt dicit predictus magister iohannes conuersus libro ⁊ titulo quibus supra ca. v. Dixerunt sapientes thalmud ꝙ sacerdos eleuabat illū panē sursum ⁊ deorsum ad dextram ⁊ sinistram ⁊ istud significabat ꝙ tempore sancti messie debebat per sacerdotes istud sacrificiū eleuari de pane consecrato ⁊ ꝓpter istam satisfactionem mandauit lex mosayca. xv. sicut de aeris primitias separabitis ita ⁊ de pulmētis dabitis primitias domino. Et sequitur in littera hebraica de primitiuis pulmentorum vestroꝝ cheruma: id est tortam panis eleuabitis domino ⁊ illud signabat istud altissimum sacramentū. Teneo firmiter dicit iste doctor ꝙ maliciosi sapientes thalmud babylonie mandauerunt comburi: q2 istud cheruma: id est tortam panis mandauerunt: q2 significabat istud sacramentū. ❡ Item malachie primo habetur ꝙ sacrificia erāt prinanda ⁊ conuerti debebāt in oblationem mundā: q2 dictum est de isto altissimo sacramēto ꝙ est via recta hominibus ad gloriam paradysi: ⁊ pax perpetua in qua oblatione non fuerat aliqua pollutionum que erant in aliis sacrificiis. Et ibidē malachie id est quis est in vobis qui claudat ostia ⁊ incendat altare in cuȝ gratuito, non est mihi volūtas in vobis dicit dn̄s exercituum: ⁊ munus non accipiam de manu vestra. Ab ortu eniȝ solis vsqȝ ad occasum magnum est nomen meuȝ in gentibus: ⁊ in omni loco sacrificatur ⁊ offertur nomini meo oblatio munda: q2 magnum est nomen meum in gentibus dicit dominus exercituum: ⁊ vos polluistis illud in eo qđ dicitis mensa dn̄i contaminata est ⁊ ꝙ supponitur contemptibile est ⁊c. ❡ Ad hoc etiam sacrificiuȝ significādū deus voluit vt nasceretur in bethleem iste sanct⁹ messias de quo propheta malachias in ca. v. Et tu bethleeȝ effrata ⁊c. Bethleem hebraice interp̄tatur dom⁹ panis: ⁊ ego dicit supradict⁹ magister iohannes conuersus anteꝙ̄ reciperem istam legem de isto sacramento diu dubitaui ⁊ sepissime ⁊ locut⁹ sum frequenter de ista materia cū quodā ꝓuinciali ministro fratrum minorū in valle olleti noīe frater lupus de famusto qui erat nimium litteratus ⁊ non quiescebat animus meus ex dictis ipsius ⁊ fecit deuota ieiunia ⁊ orationes orando deuȝ assidue vt me dignaretur in ista materia plenius

informare. quadā nocte dū dormirē vidi in somnis quendā hominem ve stibus albis vestitū. domū meā ad instar lune clare lumine replebat. cū interrogassem quis esset respondit ambrosius epūs mediolēn. dixit mihi. Scias amicū meū ministrum deuote deū pro te orasse vt dignaref te in hac materia informare. hoc dubium quod de isto concepisti altissimo sacramento penitus remouere: quia vtique sacramentū fit in memoriā sancti messie. tu recipe deuote. crede quoniā sic se habet rei veritas et in istis verbis cor meum aliqualiter acquieuit. Sequenti nocte vidi obtenebrare totū mundū. iudei interrogabant si hec obscuritas proueniebat ex eclypsi solis. lune. omnes timebant. se sub meis vestibus occultabant. deinde remittebatur illa obscuritas paulatiue: videbā solem pulcherrimū in luce sua: videbā in ipso quandā feminā. vnū puerum pulcherrimū: de ore pueruli lux clarissima pullulabat. petebam visionis expositionē. respondebatur mihi totū mundū obscurū fuisse ante aduentū huius paruuli: de ipso exiens lux resplenduit toti mundo. extunc a corde meo omnia dubia sunt ablata. dixi cū anna. i. Regū. i. Exultauit cor meū in domino. exaltatum est cornu meū in deo meo: quia letatus sum in salutari tuo: non est sanctus vt est dominus. nec enim est alius extra te. non est fortis: vt deus noster. hec ille. Nec iudei debent habere pro extraneo quod nos christiani ponimus de conuersione panis in verū christi corpus. de conuersione vini in verū sanguinem christi: nec quod messias fuit deus. homo cum ipsi non habeant pro extraneo quod ipsi dicant propter dicta sapientum thalmuth hunc sacratissimū cibū non habent angeli non viderūt patriarche nec comedebant prophete: sed solū est cibus christianorū qui deducit ad vitam eternam.

¶ Incipit consideratio septima de iudeorū crudelitatibus que tribus explicatur punctis principalibus.



Eptima consideratio huius libri ē de crudelitatibus iudeorū de sua inaudibili seuitia: legimus in gētiliū libris vt in troyana hystoria pirrhū achillis filiū crudelitatē exercuisse: quia polixenā virginē priami regis troyani filiā dilacerauit. eius sanguine sui patris sepulchrum irrigauit. Legimus etiā in nouo libro valerij maximi. c. ij. de crudelitate: sillā romanū crudelem fuisse: quia quattuor legiones Mariane patris contra fidē eis datā in cāpo marcio trucidari. in tyberim proijci fecit: quia virorū cede non contentus mulicre eorū occidi fecit. Legimus ibidem. hanibalē crudelē: quia de corporibus romanorū potētē in fluuio gello fecit supra quē traduxit exercitum. Legimus ibidē barbaros crudeles: quia pecoribus mactatis. intestinis eiectis intermittebāt hoies preter capita: eis cibum. potū minitrādo vt a vermibus ex putrefactione nascentibus roderētur. Sed si volumus atendere crudelitates iudaici populi longe seuiores predictis inueniemus. erunt tria puncta prin-

cipalia huius cōsideratiōis. Primus punctus erit de crudelitate iudeorum erga xpm messiā et deū suū. Scdo de crudelitate iudeorum erga seipos. Tercius de crudelitate iudeorum erga xpianos.

¶ De crudelitate iudeorum erga xpm messiam suum.



Rimus punctus est de crudelitate iudeorum erga xpm qui sicut pbatum fuit supra lib. i. est verus messias eorum et verus deus et hō: Patuit etiā supra in isto. iii. li. consideratione. iiii. v. et. vi. et declaratur hec crudelitas quadrupliciter. Primo sic. crudele est cū quis insurgit contra minorē se. iustū et bonum. Crudelius cū quis insurgit contra suū equalē iustū et bonū. Sed crudelissimū est cū quis insurgit contra dnm suū et regē suū iustū et innocētem et bonū. talis fuit crudelitas iudeorum cōtra xpm. Ipse eīm erat dns et rex suus teste pylato iesus nazarenus rex iudeorum: et iterū. ps. ii. Astiterunt reges terre et principes cōuenerunt in vnū aduersus dnm et aduersus xpm eius. qui. ps. ad litterā exponit de xpo et sm antiquos doctores hebreorum. Vnde rabi salomō in pricipio pdicti psalmi dicit. parētes nostri exposuerunt hūc psalmū de rege messia ipe innocens: qr iniqtatē nō fecit nec inuētus est dolus in ore eius. Esa. liii. Et io cum iudei eū de pluribus false accusarēt pylatus rndit. Ego aūt nullā cām mortis inuenio in eo: sz neqz herodes Luce xxiii. Ipe erat iustus et bonus: quā iusticiā pfessus ē publice pylatus dicens. Innocēs ego sum a sanguie iusti huius mat. xxvii. Itē vxor sua pfessa ē dicēs. Nihil tibi et iusto illi. ibidē qsi dicat. Nullo mō cōdēnes eū: sz magis dimitte eū. Sz lz essz eorum rex inocēs et iustus nō erubuerūt eū tradere morti et tali morti q̄ nulla ignominiosior nulla crudelior tpe illo ueniebat In tātū eū miseri iudei odiebāt xpm q̄ pelegerūt liberare hoiem pestiferum barrabā ne xps libaret. ¶ Itē scdo crudele ē hūiliē et pstratū pimere. Nouimus eīm leones pstratis et humiliatis pcere: sz iudei pstrato iesu corā pylato et pōtificibus nō pepcerūt xps ēt fuit metrū et mēsura totius humilitatis. dixit eīm mat. xi. Discite a me: qr mitis sum et humilis corde. Sz iudei eius doctrinā cōdēnētes crudeliores leonibus fuerūt: qr. ps. xxi. Apuerūt sup eū os suū sicut leo rapiēs et rugiens: scz ɔ bestiā vel hoiem sibi resistētem. ¶ Itē tertio crudele est pcutere aliquē eo qr vez loquit sic fecerūt iudei cū pcusserūt eū alapa dicētes: sic rndes pōtifici: et xps: si male locutus sum testimonium phibe de malo: si autē bn̄ cur me cedis. q. d. crudeliter mecū agis. ¶ Itē. iiii. si vitupat q̄ reddit malū p malo: et plus q̄ nō reddit bonū p bono plus dz vituperari qsi crudelissimus q̄ reddit malū p bono. Sic fecerūt iudei: qr p tātis bnficiis sic xps eis fecit ifirmos eorum curādo. leprosos mūdādo: cecos illuminādo. obsessos a demonibus liberādo: et eorum mortuos suscitando pcurauerūt sibi mortē. Ideo xps de eis conqrit sicut plāgit ecclia in eius psona: dicēs partim illud michee. vi. Populc meus qd feci tibi: aut in q̄ cōtristaui te qr eduxi te de terra egypti parasti crucē: in saluatori tuo: qr eduxi te per desert-

tu. xl. annos et manna cibaui te et intro duxi te in terrã satis optimã quid vltra debui tibi facere et nõ feci. Ego quidem plantaui te vineã meam speciosam et tu facta es mihi nimis amara aceto nãq; sitiz meã potasti et lancea perforasti latus saluatori tuo. ego propter te flagellaui egyptũ cũ primogenitis: et tu flagellatũ me tradidisti. Ego te eduxi de egypto demerso pharaone in mari rubro et tu me tradidisti pricipibus sacerdotũ ego ante te aperui mare et tu aperuisti lãcea latus meũ. Ego ante te iui in colũna nubis: et tu me deduxisti ad pretorium pylati. Ego te paui manna per desertũ: et tu me cecidisti alapis et flagellis. Ego te potaui aqua salutis de petra: et tu me potasti felle et aceto. Ego propter te cananeoruz reges percussi et tu percussisti arũdine caput meũ. Ego dedi tibi sceptrũ regale et tu meo capiti spineã coronã Ego te exaltaui magna virtute et tu me suspendisti in patibulo crucis.

Popule meus qd feci tibi aut i quo contristaui te: responde mihi: quasi dicat: nihil feci tibi nisi bonum et tu quasi crudelissimus impendis mihi malũ iuxta illud. ps. Retribuerunt mihi mala pro bonis et odiũ pro dilectione mea. ¶ Fuerunt etiam iudei crudeliores lamijs sicut Hieremias de eis conqueritur Trenorum. iiij. sed et lamie nudauerunt mãmas suas lactauerunt catulos: filia populi mei crudelis quasi strutio in deserto: super quo glo. litteralis hystorica sic dicit Bede et lamie etc. phariseorum et scribarũ duritia exprobatur: qui lamijs duriores lac doctrine pusillis negauerunt lamia aũt crudelior suis fetibus quam cetere bestie dicitur sic pharisei populo doctrinã negauerũt et insup lamitauerunt strutionibus similes qui oua sua vbi; exponũt nec in fetum calefaciũt: lamia hebraice vult noiari quam quidẽ hebreorum vnam de farijs suspicantur quod parce dicuntur eo quod nulli parcant quibus sũt similes scribe et pharisei quod etiam manus miserũt in filiũ dei plagis ergo synagoga que quasi strutio nullã sibi spẽ aut proximis relinquit in posterum. hec ibi.

¶ De crudelitate iudeorum ergo se metipsos quo ad captiuitatem et dãnationem eternam.



Ecũdus punctus est quod iudei nõ solũ fuerunt crudeles cõtra christum messiã regem et deũ suũ: sed etiã fuerunt crudeles cõtra seipsos se captiuãdo et perpetuo dãnãdo. vñ cũ pylatus tenẽs locũ cesaris esset in iudicio cõstitutus vt audiret allegata cõtra christum et confessus fuisset publice se nõ inuenire cãm mortis in eo sciens quod per inuidiã tradidissent eũ morti: et cũ confessus ẽ se eẽ regẽ declarauit quod regnũ suũ nõ erat de hoc mũdo antequam sniaz daret cum eũ confessus ẽ eũ eẽ inocẽtẽ et iustũ: vt patuit in precedẽti pũcto. Judei miseri quod tñ desiderabãt mortẽ eius publice se obligauerũt quod culpa et pena mortis eius esset sup eos et sup filios suos clamãtes: sanguis eius sup nos et super filios nros. Mat. xxvij. In quo manifeste ondit perversitas ipietatis et crudelitas eorum quod nec sibi timẽt nec filijs: vñ dicũt et sup filios nros etc quod ps quod culpã et penã sibi imprecant et sue po

fteritati. hinc pōt accipi illud eccī. viij. Cū iracūdo non facias rixam & cū audace non eas in desertū qm̄ quasi ante illū nihil est sanguis. i. effusio sāguinis tales fuerūt iudei effusionem sanguis xp̄i p nihilo reputātes homo peccator sanguini insidiat. hoc est q ipsis iudeis predixit saluator Luc. xi. requiret a generatione ista sanguis oīm pphetaꝝ qui effusus est etc. q patres eoꝝ seruos ipsi dn̄i occiderunt. Sic ergo iudei quasi frenetici facti in seipsis manus posuerunt vt xp̄m occiderent dicentes. Sanguis ei⁹ super nos etc. O magna crudelitas q pr̄ seipsū voluntarie & pprium filium in captiuitatē et in irā dei ppetuā tradat quia hec obligatio et iudeoꝝ peccatū est potissima cā q q̄diu mūdus durauerit existib⁹ in eo iudeis et filijs eoꝝ semp erūt captiui vbicūq sint et ira dei erit super eos. ¶ Itē crudele est furari aliena et crudelius furari sua sed crudelissimū est furari seipsū tales fuerunt miseri iudei q cum passio xp̄i se extēderet ad redēptionē totius hūani generis sufficient et oēs hoīes naturaliter appetant saluari iudei ab hac redēptiōe & saluatione furati sunt seipsos nolentes pricipes fieri predicte redemptionis cum voce magna & rabido corde clamauerunt. Sāguis ei⁹ super nos & super filios nostros. O infelix iudas q crudelis fuit ꝯtra mgr̄m suū: crudelis fuit ꝯtra seipsū laqueo se suspendens crepens medius diffusis visceribus eius sic ne mireris si iudei et filies quia crudeles fuerunt contra dn̄m messiaꝝ regē & deū suū quod crudeles fuerunt contra seipsos se & pprios filios perimentes. vnde & pylat⁹ in ep̄la quā misit ad tyberiū cesarem super mortē xp̄i sic ait. tyberio augusto pilatus salutē. Nup accidit quod ipse probaui iudeos p inuidiam se suosq posteros crudeli dānatiōe perimisse etc. vide supra hāc epistolam lib. i. thesauro. i. testimonio. iiij. ¶ Item predicti iudei fuerunt files neroni crudelissimo qui occidit magistrum suum Senecā non volens tolerare timorē eius a pueritia occidit etiam ppriam matrem & eā fecit scindi vt videret locū in q̄ ccōcept⁹ fuerat. fecit succēdi ciuitatē romanā septē dieb⁹ & septē noctib⁹ vt expiretur quāta fuerit succensio troyane vrbis. finaliter crudelissime occidit seipsum. Sic miseri iudei reddentes malum pro bono occiderunt magistrum & dn̄m suū propriā matrem suaꝫ scꝫ synagogā pimerūt. Intēderūt igni sanctuarium suū & ciuitatē & seipsos crudelissime eternaliter damnauerūt & q taꝫ crudeles et viri sanguinū fuerunt culpaꝫ & penā sāguinis xp̄i super se imprecātes. Ideo eoꝝ orōnes deus non exaudit vt liberētur a captiuitate in qua sunt. vnde ysa. i. Cum extenderitis manus vestras auertam oculos meos a vobis & cū multiplicaueritis oratiōnē nō exandiam. manus enim vestre sanguine plene sunt.

¶ De crudelitate iudeorum erga christianos: quarum sunt decem & septem.


Ertius pun
ctus est de crudeli
tate iudeorū erga
xp̄ianos hec gene
ratio praua et exa
sperans postq̄ seipsam vt p̄dictum
est crudeliter dānauit versa in ra
biē cōtra xp̄ianos quorum sunt ppe
tui serui diuersis in mūdi partib9
inaudita crudelia opati sunt. et con
tinue vt possunt feritatē bestiarum
excedētes crudelissime operantur
de quibus vt colligere potui ex di
uersis scripturis et relatiōe virorum
fidelium vsq3 in p̄ns tempus ex eo
tunc quo ppter peccatū occisiōis
xp̄i sui per orbē in captiuitate sūt
dispersi. xvij. famose crudelitates
annotātur: et nō est dubiū quin sint
alie plures nobis occulte cum dato
vno inconuenienti plura sequi con
tingat.

¶ In toletho oēs xp̄iani gladio
sarracenorū trucidati sunt.


Rima crudeli
tas iudeorum in ciuitate
tolethana regni castel
le facta est post infelicē casum re
gis roderici vltimi regis gentis
gottorū anno .i. domini illustris vi
ri infantis pelagij i asturijs currē
te erat septingentesima a q̄nquage
sima. ij. et anno dn̄i septingētesimo
decimoquarto. tūc ciuitas toletha
na nobilis et fortis ac multorum bo
norum abundantissima. spāliter in
multitudine nobiliū militū ornata
fuit posita in potestate ysmaheli
tarū et deuicta sine prelio ex p̄ditio
ne et crudelitate iudeorū in ea ha
bitantiū sicut narrat frater Johes
egidij samorēsi. in suo archano. et
lucas ep̄s thudēsi. i cronica sua ac
planius i generali hystoria hyspa
nie cōtinetur. ¶ Modus aūt p̄di
tionis et crudelitatis iudeorum fuit
talis vt ibidē legitur. cū essent xp̄iani
ecclesiastici religiosi milites et alij
xp̄iani ciues i dn̄ica oliuarū ppter
honorem solemnitatis magne scd̄m
suam cōsuetudinem exissent hoīes
extra suam ciuitatē ad ecclesiā san
cte loacadie vt diuinū verbum ibi
audirent iudei crudeles qui cū sar
racenis posuerunt suam p̄ditionē
signatā vt. s. illa die clauderent por
tas ciuitatis xp̄ianis et aperirent
sarracenis sic de facto fecerunt. qr
venientibus sarracenis ianuas ci
uitatis aperuerunt eis. et inde exeū
tes ad xp̄ianos cū essent inermes.
et de tā p̄dicioso ac periculoso ad
uentu nihil cogitantes oēs gladio
trucidauerūt. quo facto cariph pri
ceps illorū sarracenorum ex predictis
iudeis et suis sarracenis p̄dictam
ciuitatē populauit.

¶ In regno francie occidunt in
fantes per iudeos.


Ecunda crude
litas iudeorum famosa
ostensa in regno franco
rū sicut narrat Vincētius magnus
in speculo hystoriali li. xx. c. xxv.
vbi dicit q̄ anno domini Millesi
mo centesimooctuagesimotertio.
Philippus rex francorum iudeos
de regno suo expulit. Audiens nē
pe multotiens eisdem rex a pueris

qui i palatio cū ipso nutriti fuerāt quia iudei qui parisi⁹ manebant singulis annis xpianum vnum in obprobrium xpiane religionis quasi p sacrificio in criptis et fossis subterraneis latenter in die cene vel in illa sacra hebdomada penosa iugulabant. et in huiusmodi nequitia perseuerantes deprehensi multotiens et igne cōbusti fuerant. Nam et sanctus Richardus cuius corpus in ecclesia sancti Innocētij parisius requiescit a iudeis sic interfect⁹ et cruci affix⁹ feliciter per martirium migrauit ad deū: vbi etiam p eius intercessiones operante deo multa facta miracula fuisse referunt. Venerabilis ergo philippus rex quia viuente pře diu mente clausum gesta uerat et ob pris reuerentiā perficere formidauerat: i ipso regni sui initio zelo dei flāmatus aggressus est. nā ad ipsius mandatū capti sūt iudei per totā franciā i synagogis suis i sabbato. Et primo qdē expoliati sunt vestibus et auro et argento. eo siquidē tēpore multitudo maxia iudeorum parisius habitabat q de diuersis orbis partibus. ob pacis diuturnitatē illuc cōuenerant. Audierant enim strēuitatē regum francorum cōtra inimicos et pietatem in subditos illuc ergo diu conuersati in tantū erant ditati quia fere medietatem vrbis sibi vendicauerant. Sed et cōtra dei et ecclesie decretum xpianos in domib⁹ suis seruos et ancillas habebāt qui etiam cum eis iudaizabant: ciues quoque milites et rusticos de suburbijs et oppidis et villis supra modum vsuris grauabant. et quosdam etiam in domibus suis iuramento astrictus quasi captiuos i carcere detinebāt sed et vasa sacra p instanti ecclesiarum necessitate sibi noie vadij supposita tā viliter tractabāt quia eorū infantes in calicibus offas invino factas comedebant et cū eis bibebant. Itaque timentibus illis ne domus illorū ab officialibus regis scrutarentur quidā ex eis crucem auream et euangeliorum codicē auro et gēmis decoratum cum alijs vasis in sacro reposuit. et in pfundam foueam vbi ventrem purgare solebant pch dolor vilissime proiecit. Que omnia paulopost dño reuelāte sunt inuenta. datoque edicto a rege vt oēs iudei a regno eius exirēt quidam ad fidem xpi conuersi sunt quibus intuitu xpiane religionis omnes possessiones suas integre concessit. Alij vero barones et platos ecclesie donis et promissis allicere ceperunt vt per eorum suggestionem et infinite pecunie promissionem animū regis a proposito reuocarent. Sed rex nec precibus nec promissionibus rerum temporalium emolliri potuit. Illis ergo eiectis eorumque possessionibus immobilibus ad fiscum regis deuolutis. rex eorum omnes synagogas quas scolas vocabant mundari iussit. et eas contra voluntatem omnium principum ecclesias deo dedicari ibique altaria cōsecrari fecit vt vbi prius xpus in ore iudeorum blasphemabatur ibidem a clero et populo laudaretur. hec Vincentius.

¶ Crudelitatē iudei i regno francie xpianum quendam flagellatuȝ et spinis coronatum suspendentes exercuerunt.

Tertia crudelitas iudeorum circa idem tempus in pdicto regno francie accidit sicut narrat pdictus vincentius magnus libro.xxx.speculi hystorialis.c.liiij.cuius narratio talis est. Philippus autē rex in francia dū esset apud sanctum germanum in laya.audita cuiusdā xpiani morte ignominiosa ab ipsis iudeis ppetrata xpiane religioni cōpatiens: familiaribꝫ suis ignorantibꝫ quo iret subito arripuit iter apd braynā velocissime veniens positis in portis ipsius castri custodibus cōprehensisqꝫ iudeis.lxxxiiij.ꝛ amplius cōburi fecit. Comitissa enim ipsiꝰ castri muneribus eorum corrupta tradiderat eis quendā xpianū cui falso imponebant furtum ꝛ homicidium. Hunc igitur antiquo odio commoti manibus a tergo ligatis ꝛ spinis coronatum per totā villaȝ fustigantes duxerunt ꝛ postea patibulo suspenderunt. hec ibi.

¶ In vna regni francie prouincia oēs xpiani occisi sunt.

Quarta crudelitas iudeorū accidit in eodē regno francie. Cū enim iudei maleficijs vterenꝫ ꝛ ppter hoc sepe fuissent puniti accidit semel ꝙ iudeus quidā crudelissimus volēs vindicari de xpianis cogitauit modū ꝛ factꝰ est amicus cuiusdā ministri iusticie ꝗ lingua nr̄a dicit verdugo: ꝛ cuȝ sensit illū grandi secū amicitia cōiunctū quadam die rogauit eū instātissime vt vnius hois daret ei cor. fingēs se habere necessitateȝ eiusdem pro medicina quadaȝ sine quo infirmitas quedam curari non poterat: ꝛ colorando factum suū dixit ei ꝙ quidā homo dabat sibi viginti coronas aurei si euȝ sanaret et quod ipse daret sibi decē illarum si ei tribueret predictum cor: plura etiam alia sibi promittens. Ille ergo miser tuȝ ex amicitia tum ex cupiditate motus ānuit pmisitqꝫ sibi cor hois se daturū. extrahensqꝫ illud predictū cor a quodam xpiano queȝ p iusticiaȝ in ptes diuiserat tradidit vxori sue custodiendum dicēs ei ꝙ decem coronas debebat habere p illo a tali iudeo amico suo. Cū ergo mulier illa cognouisset iudeuȝ illū maleficum esse: deo inspirante dure reprehendit maritum. Ille vero econuerso reprehendebat eā dicēdo ꝙ ipsa esset causa ꝙ perderet decem coronas ꝛ plura alia promissa. Finaliter consilio mulieris sic fcm̄ est ꝙ acceperunt cor cuiusdam porci et tradiderunt iudeo secretissime receperuntqꝫ decē coronas aurei. quo facto iudeus ille non modicū gaudens maleficijs suis vtens sepeliuit predictum cor in quodam cāpo magno cogitans se cor hois xpiani sepelisse. Et factū est ꝙ post dies paucos congregata est i cāpo illo innumerabilis multitudo porcorum nō solum domesticorum sed etiam siluestriū. ꝛ tanta fuit lis et

prelium inter eos q oēs mutuo rabidis se morsibus dilacerantes occiderūt sic vt nec vnus remaneret viuus. qđ factū a rege francie cognitū iudeo capto aptū est veritas quod sic fuisset factū de hoīb⁹ xpianis illius puincie sicut de porcis si cor sepelisset hois xpiani. qre oēs iudei illius loci et regis pcepto occisi sunt. hec autem sepe a plurib⁹ fide dignis audiui sic in francia accidisse. ¶ His aūt z pluribus aliis maleficiis vtunt iudei q alie natiōnes mūdi cū semper fuerint rebelles deo ydolatre z preceptorū dei transgressores ipsi sunt arioli ipsi somniatores. ipsi augures. ipsi malefici. ipsi incantatores. ipsi phitones atq diuini: cum tamen eis expresse sit in lege eis prohibitū deutronomij. xviij. Nō inueniatur i te q lustret filiū suū aut filiā ducēs p ignē aut q ariolos sciscitet. aut obseruet somnia atq auguria. nec sit maleficus aut incātator neq phitones ɔsulat neq diuinos z querat a mortuis veritatē. hec eīn oia abhoīatur dñs. Et iterū Leuiti. xx. vir siue mulier in quibus phitonicus vel diuinatiōis spūs fuerit morte moriat lapidib⁹ obruent eos. sanguis eoz sit super illos.

¶ De crudelitate iudeoz in alemania vbi puellā occiderūt. z qre iudei in oi puincia quam inhabitāt xpianum sanguinem fundunt.



Quinta crudelitas iudeoz famosa accidit in alemania vnde refert frater thomas pt̄iarcha barbariensi. in libro suo de apibus. c. xxx. Miraculū celeberrimū qđ accidit anno ab icarnationis domini. M. cclxi. qđ factum est in villa teutonie forchin noie. Contigit autē vt quedā vetula malignissima iudeis familiaris effecta puellam eis annoz septē a parentibus ablatā venderet occidendā. Hanc igitur in secreto sup pulchra et plura lintheamina obstructa ore eius in omnib⁹ fere iūcturis mēbroz incisionib⁹ vulnerarūt maxio conamine sanguinē exprimentes z in ipsis lintheaminibus diligētissime receptātes. Hāc aūt post tormenta defunctā iudei i aquā fluidā pe oppidū piecerūt z sup eā cōgeriē lapidū posuerūt. Tertia vero ac quarta die per manū erectā ad celū a piscatorib⁹ est inuenta z in oppidū deportata horrentib⁹ z clamātib⁹ populis ab impiis iudeis tantū flagitiū perpetratū. Erat eīn in vicinio marchie princeps q mox audito tāto piaculo puenit ad corpus statiq erectū residēs tetendit manū ad pricipez quasi vindictā sanguis ei⁹ vel forte misericordiā implorare post horā vo dimidiā iterū se deposuit defuncti more suppinaz. Adductisq ad h spectaculū impiis iudeis statim eruperūt oia vulnera corporis z in testimoniū nephande necis copiosum sanguinem effuderūt. mox clamor vulgi attollitur z ad vindictā zeli totalr est aiatus. Et qbusdā indiciis capta vetula cōuicta ē marie cū filia eius paruula oia p

diderit q a puero et ebrio extorquetur veritas. Iudei quoque capti sunt qui in puellam manus nepharias extenderant: rotatique et suspensi sunt cum vetula. Duo vero mutuo se iugulauerunt hec nobis fratres ordinis predicatorum Richardus et egidius sicut illi qui in villa fuerunt post triduum quo hec gesta sunt veraciter retulerunt

¶ Hinc igitur videndum est cur iudei secundum consuetudinem in omni provincia quam inhabitant christianum sanguinem fundant. Certissime enim compertum est quod omni anno in qualibet provincia sortes mittunt que civitas vel oppidum christiani sanguinem aliis civitatibus tradat. Constat quidem ex sancto euangelio quod pylato lauante manus et dicente. mundus ego sum a sanguine iusti huius iudei impiissimi clamauerunt. Sanguis eius super nos etc. Super quo beatus Aug. in sermone quodam qui incipit in cruce munere dicit. Uidetur quod ex maledictione parentum currat adhuc in filios vena facinoris: per maculam sanguinis. vt per hanc fluidam importune proles impia inexpiabiliter crucietur quousque se ream sanguinis christi recognoscat penitens et sanetur

¶ Preterea dicit ibidem supradictus doctor quod audiuit suis temporibus quendam litteratissimum iudeorum conuersum ad fidem dixisse quendam quasi prophetam eorum in extremo vite prophetasse iudeis. certi scitis inquit nullo modo vos posse ab illo quo punimini verecundissimo cruciatu sanari nisi solo sanguine christiano quod verbum ceci semper iudei et impii capientes induxerunt omni anno in omni provincia fundendum sanguinem christianorum vt tali sanguine conualescant. et addidit male autem intellexerunt verbum sanguinem intelligentes christiani cuiuslibet. sed prorsus illum sanguinem qui in salutem peccatorum quotidie funditur in altari quem si quilibet vestrum conuersus ad fidem christi sumpserit vt debuerit mox sanabitur ab illa maledictione paterna. hec ille in predicto libro. Ex hoc patet quod iudei qui non ficte sed vere accedunt ad baptismum statim sanantur ab illo fluxu. sanguinis quem patiuntur.

¶ In alemania fuit cum intoxicauerunt omnes puteos et fontes.



Sexta crudelitas famosa iudeorum facta fuit sedente in cathedra petri. Clemente papa. vi. qui fuit ducentesimus tertius apostolicus. et imperante henrico romanorum imperatore qui fuit. lxxxvi. imperator Anno domini. M. cccxlv. tunc enim compertum est in alemania quod iudei intoxicassent omnes fontes et puteos vt occiderent omnes christianos dicte prouincie torti enim aliqui eorum id confessi fuerunt esse verum. quare mirantes alemani tantam crudelitatem et timentes gentem prodiciosam habere inter se per totam alemaniam iudei combusti fuerunt. habetur hoc ex cronicis imperatorum et summorum pontificum.

¶ In alemania fuit septima vbi tres infantes christianorum occiderunt.



Eptima crudelitas iudeorum famosa accidit circa annum ab incarnatõe domini. M. cccc.xx. in alemania imperante frederico imperatore. Tunc eñ in vienna ciuitate teutonie compertuȝ est ꝙ iudei occiderunt tres infantes xp̄ianos. Cõpertum est etiã ꝙ mulier quedam xp̄iana impiissima vẽdidisset iudeis corpus dñicuȝ. quare ex precepto predicti imperatoris. ccc. iudei fuerunt igne cremati et mulier illa ducta per ciuitatem predictaȝ a fabris forpicibus ignitis fuit dilacerata. hec mihi retulit quidam vir illarũ partium dictus Arnoldus de almania qui me certificauit se ꝓprijs oculis vidisse predictam executionem iusticie. tam illorum trecentorum iudeorũ: ꝙ etiã predicte femine.

¶ In ciuitate papie accidit vbi iudeus qui dam medicus occidit vnũ christianum infantem.



Ctaua crudelitas iudeorũ accidit in ciuitate Ancone. cum iudeus quidam natione Januẽsi. nomine emanuel filius cuiusdam magni medici iudei predicte ciuitatis: cuius nomen erat magister Salomon veniret ad me in conuentu minorum valisolitano Anno domini. M.cccc.lvi. et ostenderet se cognoscere errorem iudaice gentis et peteret cum deuotione baptisimo christi emundari. ꝛ interrogaui eum de pluribus. ꝛ inter cetera incidẽtaliter quesiui ab eo ꝙ ex quo cognoscebat errorem iudeoruȝ ꝛ ꝯfitebatur veritatẽ fidei catholice diceret mihi veritatẽ de hoc ꝙ iudeis imponitur. s. ꝙ occidunt ꝛ sacrificant infantes xp̄ianos cũ eos habere possunt. vtrum hoc sit verum si sciuit determinate vel vidit vt possint xp̄iani cautius obseruari ab eis. qui motus cõsciẽtia ꝛ zelo religionis xp̄iane narrauit mihi duo crudelissima vnũ qđ audiuit a parẽtibus suis iudeis ꝛ a pluribus alijs iudeis: ꝛ aliud qđ proprijs oculis viderat. ¶ De primo dixit. Sepe audiui a parentibus meis ꝛ ab alijs iudeis ꝙ ĩ partibus ytalie erat quidã iudeus qui dicebat magister Symõ de ancona medicus qui discurrẽs ꝑ varia loca etiaȝ per magnoꝝ dñoꝝ palacia ꝓpter officiũ suum. Accidit ꝙ habuit familiaritatẽ non paruam cum quodam peruerso christiano sacomano qui in quodam loco ceperat vnum infantem christianum etatis quattuor annorum: vt ab eo seruiretur sicut consueuerunt facere gẽtes armorum. Sed quia puer ille erat paruulus nec valebat labores sustinere viaruȝ ex amicitia quam habebat cuȝ predicto iudeo tradidit eum: et sibi donauit nihil mali cogitans de his que iudeus gerebat in corde: sed vt ei seruiret Iudeus vero nõ medicum corde gauisus cepit infantem ꝛ cũ eo rediit in ciuitatem papie vbi domiciliuȝ suum habebat. et cum ingrederetur domum suam videns horam qua posset desideriuȝ sue feritatis

explere capto infante sup mensaz extēdit ⁊ euaginato gladio caput infantis xpiani crudeliter abscidit. dimisso ergo capite oblito supra mēsam truncum cepit et in quādam secretā camerā cum eo introiuit vt suū impleret puersum ppositū. Interim dū ꝙ ipse erat in camera deo ordinante ingressus est domū quidā magnus canis qui inueniēs caput infantis sup mēsam ipm in ore cepit: ⁊ per fenestraz in vicū saltauit. Cum aūt iudeus ille crudelis exiret de camera vt pdictum caput tolleret. ⁊ ipm nō inueniret nō modicū miratus: sed ⁊ timore percussus ꝙ esset discoopertus statim domū suā exiuit ⁊ data non parua pecunia quibusdā saccomānis occultatus est ⁊ vsqꝫ ad mare secrete perductus ⁊ inde nauigio transiuit ad turcos et sic euasit manus iusticie ipm diligēter inquirētis. Fuit aūt cognitum predictum factū crudele pter predictum canem: qꝛ cum tēderet per vicū cum capite in ore casu obuiauit ministris iusticie qui respiciētes nō poterāt bene discernere quid esset illud qđ canis gerebat in ore taliter erat sanguine cruentatum. Finaliter acclamantibus illis dimisit caput: ⁊ vt cognouerūt ꝙ erat caput infantis mirati sunt vehementer quis scꝫ ausus esset taz crudele factum perpetrare. Sequentes igit vestigia sanguinis decurrētis guttatim p vicum vnde venerat canis vsqꝫ ad domum predicti iudei peruenerunt ⁊ introeūtes inuenerunt mēsam cruore infectam et truncum infantis in camera: iudeum vō nō inuenerūt: vt dixi supra. Ecce que audiui a parētibus meis et pluribus alijs vt predixi ⁊ de quo est fama publica in tota ytalia.

¶ In saona ciuitate accidit vbi iudei occiderunt vnum infantem christianum et communicauerunt cum sanguine eius.



Nona crudelitas iudeoꝝ famosa accidit in ciuitate Saone q̄ distat p dictam a ciuitate Januēsi vnde predictus iuuenis emanuel postq̄ mihi retulit predictam crudelitatem vt audiuit. Consequenter narrauit id qđ proprijs oculis conspexit sub forma que sequitur. Cum enī essem in ciuitate quadaz subiecta ianue que dicitur Saona vt viderem sacrificari quēdam infantem xpianuz pater meus deduxit me ad domū cuiusdā iudei vbi fuerunt septem vel octo iudei congregati secretissime ⁊ clausis ianuis diligētissime iuramētum fortissimum omnes fecerūt de celando id qđ facere volebant. sic ꝙ nullo modo temporibus vite sue detegerent quicqđ ibi fieri viderent quinimmo citius paterentur mortem: vel seipsos occiderēt q̄ aliquid tale alicui viuētium reuelarent quo peracto: ecce deducitur in mediuz infantulus quidaz xpianus etatis fere duorum annoꝝ: ⁊ deducto vase illo in quo consueuerūt recipere sanguinē infantium circūcisorum posuerunt predictum infantem nudum supra predictum vas ⁊ quat-

tuor iudei illoꝝ intēdebant occisio ni sub tali forma ꝛ ordine. naꝫ vnꝰ tenebat eum per brachium dextrū secūdus per sinistrum. tertius ꝟo tenebat caput eius eleuatum sic ꝙ isti tres tenebant euꝫ in forma cru cifixi extensum. quartus faciebat opus qui infanti xp̄iano sic dispo sito primo posuit in ore eius stup pas fumo plenas ne sciḻ clamare posset. et deinde accepit quosdam ferreos aculeos satis lōgos: ꝛ mit tebat eos crudelissime īfra stoma chum ꝛ latera infantis versus par tes corporis supioris qui nō dubi to quin per viscera infantis transi rent vsqꝫ ad cor. Sic ergo ille im pius iudeus sepe ꝛ celeriter vulne rans infantem mittēs et extrahēs predictos aculeos copiosissime vi uus sanguis infantis effundebaṫ in predicto vase. qđ cum viderem exhorrui facinꝰ crudelissimuꝫ nec amplius respicere potui: sꝫ absen taui me aliquātulum in eadem do mo. Pater meus ꝟo venit ad me ꝛ dixit mihi multa inter que secretis sime mihi mādauit ꝙ nunꝙ alicui viuēti ea que videram nec que ibi dem visurus eram detegerē. Sed ꝙ antea sustinerem mortē vel occi derem meipsum cū gladio ꝙ ꝙ ali quid huiusmodi secreti reuelarem ꝛ cum redirē cum eo ad locuꝫ iam predictus infans expirauerat ca pto ergo corpore eiusdem proiece runt eum in quandam profundissi mam ꝛ obscurā latrinam que erat in predicta domo: ꝛ deinde fructi bus diuersis, scꝫ pomis: piris: nu cibus: auelanis: ꝛ ceteris que ha bere potuerūt in partes minutissi mas diuidētes sanguini illi infan tis xp̄iani in predicto vase miscue runt ꝛ de illa cōfectione horribili omnes illi iudei comederunt ꝛ ego comedi de sanguine illo. qđ postꝙ gustaui fui ita alteratus in memet ipso ꝙ illa die nec altera sequenti non potui aliquid manducare vo lēs quasi viscera effundere pre hor rore. Ecce narraui vobis fideliter sicut vidi et quomodo manducaui de sanguine p̄dicti infantis xp̄ia ni. ¶ Predicta omnia ꝛ plura alia narrauit p̄dictis iuuenis emanuel iudeus ante me: ꝛ ante venerabilē patrem fratrē petrum vela ꝑ tunc in supradicto conuentu vallisolita no guardianum. Et iterū atqꝫ ite rum anteꝙ sacramētum percipe ret baptismi: ꝛ postꝙ baptizatus fuit in ecclesia sancti Jacobi pre dicte ville ꝛ vocaṫ franciscus Ea dem omnia corā reuerendo in xp̄o patre ꝛ dn̄o gharsia de boamonte lucētine episcopo eius patrino in baptismate ꝛ coram venerabili do mino petro basques decano eccle sie compostelane ac corā aliis plu ribus notabilibus viris ecclesiasti cis et laicis: ꝛ publico notario re gis audiētie predicti dn̄i episcopi secretario. C. petro martini de gue taria per quē omnia supradicta de duabus crudelitatibus in scriptis sunt redacta ꝛ signata ꝛ in supradi cto conuētu minoruꝫ reseruata ad memoriam tanti facinoris: ꝛ dixit ꝙ supradicta acciderant in predi cta ciuitate quasi per quattuor an nos ante conuersionē suaꝫ. Et ptꝫ

ꝙ perpetrata fuit hec crudelitas
Anno domini. M.cccclij.

¶ In regno castelle accidit in lo-
co qui dicit thauara vbi iudei se-
minauerunt aculeos: incenderunt
christianorum domos.



Ecima crudeli
tas iudeoꝝ accidit in re
gno castelle in quadam
villa q̄ dicitur thauara que est in
territorio Ludouici de almanca.
Casus autem vt est vox cōis ⁊ pu
blica fama fuit talis. Iudeus qui-
dam filius cuiusdā fabri iudei cō-
misit quoddā crimen ꝓpter quod
fuit iuridice occisus. pater vero ei9
pre dolore filij cōcepit dolorem et
peperit iniquitatē: vt enim vindi
caret se de xpianis in p̄dicto loco
finxit se stultū p multos dies. Mo
dum autem sue fatuitatis publica
uit in hūc modum: vt ab omnibus
stultus reputaretur: qr dieb9 ⁊ no-
ctibus incedebat per locum predi
ctum clamans ⁊ percutiēs portas
domoꝝ cum martello intantum ꝙ
iam de eius vocibus et ictibus nō
curabant: eum fatuum totaliter re
putantes. In domo vero sua secre-
tissime cum pueris suis fabris fa-
ciebat quasdā laminas ferreas p-
foratas quib9 posset de nocte om-
nes portas domoꝝ ꝯclauare: fecit
etiam aculeos ferreos qui lingua
nostra abrojos nominant qui com
muniter ab inimicis seminātur ꝓ
pedibus equorū ⁊ hominū concla
uandis. Cum ergo habuit sufficiē
tiam predictorum nocte quadā in-
tempeste noctis silentio discurrēs
celeriter per locum: vt consueuerat
conclauauit portas: aculeos predi
ctos seminauit: vt si qui forte fra-
ctis portis exirent in aculeos inci
derent. Quibus peractis iuuatus
non est dubiū per alios iudeos co-
gitātes perimere omnes xpianos
apposuit ignem domibus ⁊ fugit.
Cum ergo habitatores p̄dicti loci
pre vigore fumi ⁊ ignis calore ex-
citarentur surgētes velociter ⁊ vt
ignem fugerēt ad portas aperien-
das recurrerūt: ⁊ cum non valerēt
eas aperire multi igne perierūt: ⁊
si qui euaserunt fractis portis in
aculeos ceciderunt grauiter pedi-
bus vulnerati: quare predicte cru
delitatis ⁊ malicie inopinate que-
rela ad regem venit qui secundum
ꝙ ē publica fama litteras suas de
dit predicto loco ꝙ quicunq; iude
us in eo vel eius terminis caperetur statim occideretur. Accidit au-
tem ꝙ iudeus quidam: iter faciēs
prope terminū predicti loci cogi-
tans ꝙ a nullo posset videri quasi
derisorie intrabat in terminū pre-
dictum ⁊ subito exibat dicens hec
verba. iudeus in thauara iudeus
extra thauarā: sed qui latebant eū
vidētes comprehēderunt ⁊ ibidem
ignibus combusserūt: ⁊ ideo in p-
uerbium tradunt in illis partibus
cōtra iudeos p̄dicta verba: iudeus
in thauara ⁊ iude9 extra thauaram
nec amplius iude9 aliquis ibi ha-
bitauit vsq; in hodiernum diem.

¶ In predicto regno accidit vbi
iudei occiderunt vnum infantem
christianum et communicauerunt
cum cineribus cordis eius.



Videcia crudelitas iudeorū accidit in p̄dicto regno castelle circa annum domini. M.ccccliiij. Cū enim de nomine iesu in villa valisoletana vigintiduos sermones facerem et vltimum in illa materia vellem facere: relatum mihi fuit a personis fidedignis inter quas fuerūt. Reuerendus in xp̄o pater et dominus garsichias de voamon de lucens. episcopus supra nominatus homo quidam magne sciētie et bone consciētie. et Rodericus didaci de mēdoca miles vtiq strēnuus atq timens deū. q duo iudei in terra ludouici de almanca ceperant vnum infantem paruulum christianū furtiue et deducentes eum extra locū in quodam cāpo occiderant et aperientes eum per mediū corporis extraxerunt cor eius et sepulto corpore in superficie recesserunt. Canes autem ibidem transeūtes corpusculum illud effodientes extraxerunt et corroserūt. vnus autē eorum brachiū cum manu deducens in ore a pastoribus captus est et sic detecta fuit mors infantis qui non inueniebatur. Iudei autē predicti conuocantes secrete alios de quibus et ipsi confidebant predictum cor combusserunt et in cinerem redactum vino miscuerunt: et de illo predicti iudei bibentes cōmunicauerūt. Super quo facto predictus didacus de almanca fecit diligentem inquisitionem et inuenit predictos iudeos reos in crimine: capto q vno illorum qui fecerat factum vir quippe rubeus capillis et barba: quem ego vidi et tormentis expositus cōfessus est et non negauit Cūq vellet facere iusticiam de eodem. iudei qui non dormiebant velocissime itinerantes a rege litteras habuerunt in quibus aduocabat causam ad se et mandabat militi q nō procederet vltra quousq amplius videretur in causa: et sic cessauit predictus miles ab executione iusticie. Hac ergo certitudine habita ego predicaui predictū sermonem in ecclesia sancti Nicolai que est p̄pe iudaismum vbi tota villa cōuenerat processionaliter et etiam multi iudei et ibidē aggrauaui hanc crudelitatem mihi nouiter relatam: vt dictū est quod verbum publicatū non modicū displicuit iudeis ibidem presentibus ac etiā pluribus aliis de genere suo illis fauētibus. Propter quod sic factū est q iudeus ille ductus fuit ad p̄dictam villā valisoletanā procurantibus aliquibus de gn̄e suo qui protūc magnā partem in cancellaria regis habebant: vt colore iusticie ipsum liberarēt extrahentes eum a manibus p̄dicti militis Positus ergo est i carcere publico et tūc supradictus domin⁹ Lucen. episcopus litterā quandam recepit a supra nominato milite ludouico de almanca nomine p̄prio roboratam: quam p̄priis oculis vidi et in manibus meis tenui et legi. in qua narrabat et asserebat oia supradicta fore vera et quomodo cessauerat ab executiōe iusticie p̄pter pre

dictam litteram regis recōmēdās eidem predictum negocium ꝓpter honorem fidei: ex quo erat princi-palis in consilio regis. vidit insup predictus dñs eps inquisitionē fa ctam per supradictum militem in qua omnia predicta continebātur vt mihi affirmauit. Sed quia mu-nera et fauor: timor ꝛ amor corrum punt iudices et tres pretores intē debant in causa: quorum vnus sine altero nihil poterat facere in casu illo. et duo illorum erant de genere illo. ideo tādiu illi duo dilatauerūt negocium ꝛ dissimulauerunt hec ꝛ alia cauillantes ꝙ nihil vsq nunc in executione iusticie factum est vt de iudicibus illis suo tempore de⁹ faciat vltionem.

¶ In eodem regno ciuitate thau-ren. accidit vbi presciderunt carnē cum sanguine de crure cuiusdā par uuli xpiani: ꝛ secum deduxerunt.

Duodecima cru delitas iudeorum acci-dit in ciuitate thauri su pradicti regni castelle anno domi-ni. M. cccclvij. Cū enim in ea par-te ciuitatis predicte que depopula ta est duo infantes xpiani fere eta tis septem annorū in solatijs pue rilibus ambularent: ecce duo iudei qui viderunt eos solos ꝛ a nemine videri predictos infantes capere voluerunt: sed quia timuerunt non habere spacium ad suam maliciā exercendam. currētes post eos vnū acceperunt: ꝛ abscindētes frustrū carnis de crure eius inuoluentes in sanguine eius recesserunt. et sta tim fugientes in ciuitatem zamore se receperūt. Quid autem fecerūt de carne illa ignoratur cum ex ne-gligentia nulla facta fuerit execu-tio iusticie. Hoc mihi narrauit reue rendus in christo pater ꝛ dominus Alfonsus devinero episcopus sala mantinus certificans me de veri-tate huius facti. cum paruulus pre dictus: cuius caro abscisa est. esset filius cuiusdam scutiferi sui qui di cebatur iohānes de benaphar ses.

¶ Item de eadē ciuitate anno quo supra vir quidam simplex venit ad me volens proponere querelā quā dam similem predicte in cōsilio re-gis que talis erat: vt i scriptis ostē debat ꝙ die quadā. iudeus quidā cepit vnum paruulum sub clamide nemine vidente ꝛ manu posita sup os suū ne clamare posset: deduxit illum ad domū suam. solo vero po-sito clausis portis domus sue tem-ptauit occidere infantem: sed dño disponente clamauit infans. ꝛ cum clamaret casu quidam operarij ve nientes de vinearū culturis ꝛ tran situm facientes ante portas dom⁹ predicti iudei audientes voces ꝑ-dicti infantis steterunt. percusse-runtq portas predictas fortissime cum instrumentis agrorum que in manibus ferebant intantum ꝙ iu-deus necessario habuit aperire. et inuento infante inquirebant quid nam esset iste clamor. et iudeus re-spondit ꝙ ludebat cum eo. sic ergo liberatus est infans ille a ludo iu-dei: qui narrauit eis quomodo ce-perat eum iudeus. et quomodo eū occidere voluerat. Accusatus fuit

iudeus ille in predicta ciuitate coram iudicibus eiusdem. et deducta est causa ad regis consiliū quid amplius factum est non noui.

¶ In medicinis vbi assignantur tres rationes: quare non expedit xp̄ianis vti medicinis iudeorum.



Ecia tertia crudelitas iudeorū exercetur communiter in medicinis Plurimi enim iudeorum videntes negligentiā xp̄ianorum in discēda arte medicine viribus laborant p peritia dicte artis. et cū vigeant astutia serpentina student viriliter dn̄is cōplacere vt eos teneant pro parte sua. et intātū iam dn̄i temporales: immo qd̄ flendum est et p̄lati ecclesiastici eis adherent: vt vix inueniatur aliq̄s eorum qui non habeat penes se dyabolum iudeū medicū qui intantum laudant eos vt dicunt xp̄ianos medicos: licz peritos sicut ego cognosco ignaros in arte medicine. Cuz ergo iudei predicti cognoscunt circa se fautorem dn̄orum sunt circa inferiores seuiētes. beatus qui ab eorum manibus euadit. ¶ Narrent q̄ ab eis recipiunt purgatiōes et fleubothomiarum consilia. me eni existente in ciuitate Segolcieñ. Iudeus quidā medicus purgationez quādam tradidit vni xp̄iano et casu vnus alius amicus illius infirmi qui etiam protūc incipiebat infirmari modicum. quod superfuit de purgatione illa quod nō potuit recipere primus ipse accepit cogitans et illud sibi salutare. qui quasi subito intrinsecus igne succensi facti sunt amātes intantū q̄ post q̄ntam diez primus mortuus est. Alius vero quasi per miraculum liberatus ¶ De similibus autem non est numerus intantū q̄ si vnū curant quinquaginta occidūt. sicut repertū est iudeos medicos seipsos in suis solēnitatibus laudare conferētes ad inuicem quis eorum plures occideret xp̄ianos. Et si vis scire causas quare xp̄iani non debent recipere medicinam a iudeis. Audi testem famosum ex eorum genere. s. magistrū Alfonsum conuersum in libro bellorum dei. ca. xliiij. vbi dicit. Nō expedit xp̄iano alicui medicinā recipere a iudeo triplici rōne. Pria est quia iudeus ꝯm veritatem non cognoscit naturas et complexiones omniū ciborum qui eis deferuntur nisi ex auditu: non tn̄ ex experiētia quā ipse per se facere posset. verbi gratia. non cognoscit medicus iudeus naturam carnis leporis et cirogrilli. et ficedule. et piscis congri et sic de alijs carnibus per libros sicut cognoscit carnem bouis: arietis: et hyrci. et alios cibos quos habuerit in vsu comedendi. et iam dixerunt sapientes medici: q̄ nō sufficit alicui ad hoc q̄ sit bonus et verus medicus. legere in libris quousq; vtatur experimentis et probationibus medicinarū et ciborum et infirmitatum et infirmos visitādo Medicus autem non potest experiri naturam ciborum sibi vetitorū nisi in corpore alieno. sicut probāt et experiunt venena in alieno cor-

pore parua sapientia sufficit ad di
scernendum cibos: vel ea que sem
per sunt nociua: quia sufficit quod sciat
de illis solummodo quod sunt nociua. sed
non sufficit parua sapientia ad ve
tandum ea que non sunt semper no-
ciua: nec semper vtilia. et ideo qui
caret magna sapientia in similibus
adducit infirmum ad periculum vel ad
mortem. ¶ Secunda ratio est: quia ta
lis medicus vel timet facere pecca
tum secundum legem suam vel non. et con-
stat quod timet facere peccatum: quia sa-
pientes iudeorum dixerunt quod melior
medicorum ibit ad infernum. et causa
huius est: quia intentio medicorum vt
plurimum est vt acquirant diuitias:
vel vt acquirant magnum nomen sibi
non vt seruiant deo. et hoc est eis ali
quando causa ad elongandum aliquan
do infirmitates: vel ad peiorandum
eas: vel vt infirmos perimant. et si
talis est natura medicorum in gene-
rali quanto magis hoc erit de medicis
iudeis cum vt communiter non sit in eis
timor peccandi: vt dictum est. ¶ Ter
tia ratio est: quod licet medicus iudeus
esset timidus in peccando secundum legem
suam. expedit multum vt vnusquis
que se custodiat ab eo: quia lex sua pre
cipit ei occidere christianos et eorum
bona accipere. defenditur etiam iu
deus a reddendo christiano ea que per-
diderit et oblitus fuerit. et soluere
ei debitum quod debet: et facere ei
amorem. et quod est preceptum legis
occidere eum. propter que omnia
christianus est debitor anime sue si
ponit corpus suum in manibus me
dici iudei. et quare christianus con
fidet de fide iudeorum cum ipsi non

confidant de christianis. quia inten
tio eorum ad malum prona est et ad
suspitiones habendas de bonis. et
quod ipsi venenose retinent in cordi-
bus suis: vt faciant aliis. de hoc su
spicantur in aliis. et sic dixerunt sa
pientes eorum in thalmuth: quod non
debent recipere medicinam a chri
stianis: nec ab aliis gentilibus nec
debent eorum capilli ab illis circi
nari vel radi: nec habere societatem
cum illis in via nec stare soli cum
eis in vno loco. sed si christianus ca
tholicus elongauerit se a iudeo in
dando et recipiendo specialiter si
elongauerit se ab eo in facto medi
cine recipiet magnam remuneratione
a deo: quia in hoc implet magna dei
precepta cum custodiat animam et
corpus suum: ac etiam alios christia-
nos qui eum in hoc audierint a mor-
tis periculo. quia lex dicit Deute.
iiii. custodi temetipsum et animam
tuam sollicite. et iterum Diere. xvii.
custodite animas vestras. ¶ Item
si christiani in his se custodierint a
iudeis facient in hoc seruitium deo
et iesu christo filio eius seruient deo
quia cum iudei viderint quod venit eis
aliquod damnum: quia non timent
deum: nec timent peccatum erit hoc
eis causa et ratio vt redeant ad ti-
morem dei: et vt abstineant a pecca
to et in hoc implet magnum prece-
ptum dei. Sic enim dixerunt sapien
tes quod maior est ante deum ille qui
facit alicui facere bonum quam ille qui
facit. Seruient etiam iesu christo
filio eius: quia cum iudei viderint
quod eis nascitur aliquod damnum pro
pter malos mores eorum: et propter

defectum modestie qui habetur in eorum thalmuthica lege erit eis hoc causa et ratio vt redeant et diligenter attendant in aduentu messie. sicut eis supra probatum est. et vt dimittant legem illam crudelitatis et accipiant legem iesu christi veri messie que est lex charitatis: humilitatis: et modestie. et non est in mundo maius preceptum dei quam predictum. Et ideo hec scripsi non propter eorum vituperium: sed vt seruiam deo et vt ostendatur laus et honor legis iesu christi et conuertentium se ad illam. hec ille. In concordantiam horum potest adduci illud prouerbio. xxi. Qui custodit os suum scilicet a medicinis recipiendis a iudeis custodit ab angustijs animam suam.

In venenis propinandis.



Quartadecima crudelitas iudeorum est in venenis propinandis. Rabies enim iudeorum plurimos vocandi modos circa christianos inueniens: non solum circa infirmos: sed etiam circa sanos se extendit: sed specialiter in veneni propinationibus et non solum talia operantur ignorantibus christianis. sed etiam qui aliqui peruersi christiani dyabolico consilio illusi volunt aliquem occidere veneno ad iudeos tanquam ad peritissimos in hac arte recurrunt. qui interpositis iuramentis de seruando secrete audacter virus effundunt: sicut nuper accidit in campis gotticis istius regni castelle: vbi cum duo fratres milites quorum maior dicebatur Johannes de vega pacifice vt videbatur in vnum sepe cohabitarent minor fratris sui mortem excogitauit: vt tota hereditas perueniret ad eum pulsantibus ergo cor eius auaricia et ambitione proditionem excogitatam reuelauit cuidam iudeo medico. aut almira predicti regi. qui data pecunia vel promissa et iuramento secrete interposito tradidit sibi venenum quo fratrem suum perimeret. Cumque die quadam ad mensam fratris veniret obseruato puncto in vase in quo vinum erat fratri propinandum solum venenum effudit. Cum vero dapifer eiusdem militis in argentea tacea vinum illud poneret vt predicto militi propinaret. ita fuit tacea illa subito quodam colore horribili obfuscata: quod pauidum erat vinum illud aspicere. cognouerunt ergo manifeste quod venenum erat in vase. et facta diligenti inquisitione inuentum est quod frater eius fecerat proditionem illam. captus ergo et vinculatus confessus est et non negauit. sed supplicationibus quorundam militum veniam meruit a fratre cum hac conditione quod ingrederetur religionem. de qua nunquam exiret. et sic factum est: quia positus fuerat in monasterio monachorum sancti benedicti ville supradicte vallisoletani in qua nunc monachus est effectus. iudeus vero qui dederat venenum cognito quod proditio erat detecta ne forte captus vi tormentorum hec et alia plurima mala que fe-

cerat reuelaret ppter q̄ merito nō solum ipse: sed omnes iudei debe- rent perire veneno hausto seipsum necauit. ¶ O q̄ periculosa est con- uersatio iudeorum xp̄ianis omni- bus specialiter magnatibus τ regi bus. Nunquid vero imperator se- quens consilium symonis magi: in dei in omnib⁹ horribilis fuit τ ma la morte finiuit. Nunquid helena Constantini mater ex nimia cōuer satione cum iudeis in hierusalem quasi conuersa fuit ad iudaismum: nisi interuenisset filius eius qui fe- cit q̄ congregarentur sapientes iu deorum cū sacerdotibus xp̄ianorū rome vbi fuerunt ex parte xp̄iano- rum. lxxv. ep̄i. τ de iudeis. xii. sapiē tes τ centū τ nouē sacerdotes. τ fa cta fuit disputatio coram Constan tino et helena matre eius: τ fuerūt omnes iudei deuicti et confusi per solum sanctum Siluestrum papā. et conuersi ad fidem xp̄i ac regina helena liberata a periculo in quo erat. vt p̄z in chronicis imperato rum τ generali hystoria hyspanie. Nonne rex petrus castelle sequēs conuersationem τ consilium duorū iudeorum: quorum vnus dicebatur Abensarsal. qui certificauerat eū q̄ deberet lucrari terrā sanctā hie rusalē: quia sic inuenerat in signo natiuitatis eius. Alter vero iude⁹ vocabatur salomō leui qui erat ei⁹ thesaurarius maior in omnibus in felix fuit crudelissimus: non solum in extraneos: sed etiam in suos fra tres et naturales subditos ac ma- la morte finiuit: occisus in mōtiel a rege Henrico. Nōne rex alfonsus et cōuersatione iudeorū in tantam venit cecitatē q̄ tenuerit quādam iudeā in concubinā quinq̄ annis in quibus sic fuit alienatus male- ficiis illius iudee q̄ null⁹ poterat habere audiētiam cum eo τ regnū destruebatur nisi milites succurris- sent qui quadam die ipsam occide runt cum seruitricibus eiusdē secū dum q̄ legit̄ in cronica didaci cā- pidocti. Non ergo possuz approba re conuersationē xp̄ianorum cum iudeis specialiter magnatum pre- latorum τ regū cum tot mala exē- pla τ pericula nō solum corporum sed etiam animarum et reipublice legamus τ experiamur.

¶ In orationibus in quibus quo tidie orant pro destructiōe ecclesie xp̄i τ principum xp̄ianorum.



Uista decima

Q crudelitas iudeorū in oratiōibus eorum ostēditur nō enim iu dei orant p inimicis τ psecutoribus ex charitate τ pie- tate sicut faciunt xp̄iani: sed sicut in operibus vt supra claret crude- lissimi ostēduntur: sic τ in orationi bus suis spāliter in quattuor. Pri- mo i festo mardochei qd adhuc ce lebrant. xv. kalēdas marcii conte- runt ollas in synagogis dicētes si- cut contritus est aman sic regnum xp̄ianorū velociter cōteratur. Se- cunda oratio iudeorū p̄cipitur eis q̄ fiat cum transeunt ante domos orationis xp̄ianorū. orant enī sic in sententia scdm hebraicum suum do mus superborū prosternet te deus.

Tertiam oratione faciunt cu transeunt per cimiteria christianorum sub tali verboru serie erit verecundata mater vestra erit repudiata illa que vos peperit quia finis xpianorum vermis est. Quartam orationem faciunt quotidie ter in die in qua maledicunt iesum xpm et discipulos suos atque reges et principes xpianos cuius tenor talis est secundum Iheronimum de sancta fide in tractatu secundo libri sui quem composuit per mandatum pape benedicti in capitulo quinto. et vt intelligatur notandum quod iudei vocant conuersos ad fidem christi mesunadin.i. destructos: dicunt ergo sic mesunadin.i. destructis no sit spes et omnes heretici et omnes qui loquuntur contrarium israel in breui sint scissi et regnu superbiosum in breui sit euulsum cassatum et destructum et oes inimici nostri sint destructi et humiliati et confracti breuiter in diebus nostris. Magister Alfonsus conuersus i libro de bellis dei c. xliiij. vocat iudeos superbos et crudeles quia non orant ex charitate sicut xpiani et ponit in terminis supradictam oratione sub hac forma. Qui conuertuntur ad aliam lege no habeant spem et oes heretici subito pereant et omnes nri inimici et omnes odientes nos et omnes qui querut mala nobis subito succidantur et omne regnu superbie frange cito destrue et opprime cito in dieb9 nostris et ipsi vocant xpianos regnu malignitatis. hec ille. Cum autem iudeis dicit a xpianis quod ipsi faciant hanc oratione statim negant, sed mentita est iniquitas sibi cum hoc fuerit publice ostensum per supradictum magistru Afonsuz illustrissimo regi alfonso qui disputauit cu maioribus et sapientioribus iudeorum et fecit eos cognoscere quod dicebant predictam oratione et maledictionem contra xpianos propter quod predict9 rex inhibuit iudeis singulis ne illa orationem dicerent et quod ea ab omnibus libris suis raderent et amouerent cuius tenor talis est. Dns alfonsus castelle toleti et legionis galecie. hyspalis. cordube. mircie. gihennij. et algarbij Rex. dnsque moline consilij iudeorum oim regnorum nostrorum. et ipsorum quilibet gratiam cum salute. Uolo vos scire nobis fuisse relatu per magistru Alfonsum couersum sacrista maioris ecclesie valisoletane vos vti a magnis temporibus inter vos quotidie ab vtroque sexu adulte etatis oratioe quada in qua maledictione omnipotentis dei xpianis ac oib9 ad fidem xpi conuersis iprecamini eos censendo hereticos etiam inimicos capitales: et quod publice deum exoratis vt eos destruat atque perdat. et licet aliqui iudeorum dicedo negabant hoc non dicere xpianis. disputauit tamen hoc dictus magister Alfonsus cu sapientioribus valesole qui de vobis fuerint adinuenti coram iudicib9 vestris ac scribis publicis et merinis atque probis viris de predicatoribus fratribus et multis aliis circustatib9 vbi iuramento legis iudeorum illi sume litterati inter se cocesserut dictis librorum suorum iniunctu ab antecessoribus hoc fuisse veluti di

ctus magister alfonsus demōstra- bat: et ipsi suis nominibus sup hoc vice et vicibus roborarunt in he- braico. videntes nobis hoc vitupe- rare et derogare fidei xpiane in bo nū duximus per mandatū ne in ali quo regnoꝝ nostroꝝ amplius hoc fiat. quod si iudeus aliquis vel iudea hoc psumpserit attemptare iudi- cibus omnibus et merinis atque po- tentibus cuiusque loci in quo hoc ac ciderit qui hanc nrām litterā vide rit vel trāsumptū signato notario publico iniungimus viua voce ibi remedium ponere: sicut erga illos qui contra xpianā fidem pponūt et lrām nostram recipiunt in cōtem- ptuz et quod vt ibi scribitur cōpleatis et vnus pro alio non excuset qd in- iungimus ponere in effectu et cu- stodiatis et defendatis. Predicte nostre littere vel transumpti illius signati notario publico ostenso- rum nec permittatis dicto vel fa- cto: aliquem vel aliquos: contra eum procedere quocumque modo nec aliud faciatis in hoc sub pena nostri dominij centūque marabeti- noꝝ nōmisme noue cuiuslibet om- ni vice. et qualiter vos hanc lrām vel transūptū signatū notario pu- blico tales vel tales duxeritis ad- implendum cuique notario publico cuiusque ville vel loci qui ad hocvo catus fuerit imponimus p manda tū quod homi hanc lrām nostram nun- cianti testimoniū suo signatum si- gno pbeat vt nobis cōstat qualiter mandatum nostrū duxeritis adim plendum et aliud nullus vestrū au- deat attemptare sub dicta pena et officij vestri lecta littera sibi oimo do psentetis: datum in valle oleti. xxv. die mensis februarij. erat. M. ccc. lxxiiij. et licz tpe illius regis in dei de facto illaz amouissent tamē post mortē regis iterū recuperata ē a iudeis sicut dicit magister Johā nes conuersus i libro de concordia legū ti. v. ca. x. qui itez ex pcepto regis i ciuitate burgensi corā dño gome cio archiepiscopo toletano cui rex negociū recōmisit disputauit cum sapientibus iudeorum et ostendit eis quod postquam eis prohibita fuit p- dicta oratio adhuc illam continuo ter in die dicebāt scz de mane i me ridie et in cōpletorio: et cantor cor- bis hoc dicere obligatur populo p sente et respondēre Amen. Et pdi- ctus doctor tactis sacrosanctis de veritate dicenda vt patet in capi. supradicto iurauit quod illud qd per- orabat predicta oratio erat hoc i forma. non sit spes destructis et re- pente heretici deperdantur et ini- mici nostri subito scissi sint. ac re- gnum superbie in puncto frangat et in diebus nrīs submergantur et tu deus benedicte frange inimicos nrōs et eoꝝ destrue superbiam sine mora. ¶ Itē quod verū sit quod iudei di- cant hāc orationē etiā temporibus nostris accedat singularis testis d eoꝝ genere scz dñs Paulus burgē. eps qui in dyalogo suo distinctiōe v. ca. vij. declarans contra iudeos. liij. c. ysaie. Non posse exponi nisi de re- ge messia iesu xpo sup verbo et pro transgressoribus orauit sic dicit. hoc nō pōt exponi de populo iudaico qui nō solum non orat p gentilibus

summo quotidie orat p destructione romani imperij. et presertim p destructiõe ecclia xpi. et discipulorum eius vt pz per quandã orationem eius que quotidie ab eis dicitur in suis synagogis. in qua inter quedã alia expresse dicitur omnes heretici subito pereant: que vba Rabi salomõ et rabi moyses et ceteri sic exponũt. Isti heretici sunt discipuli nazareni. vide ergo si de talib9 põt verificari et pro trãsgressorib9 orauit. hec ille. ¶ Itez sicut dicit magister Alfonsus conuersus li. et ca. quo supra. Orant iudei q si aliqs iudeus dederit xpiano quod perdidit vel gentili q non parcat ei de9 et infra adhuc est intentũ aliquorũ eorum qñ orant pro qualibet die q gẽtiles adorãt et obediũt ebel. bertith q sonat nihil et vanitas.

¶ In doctrina eorum ꝯ xpianos.



Decia sexta crudelitas iudeorum ostẽditur in eorum thalmuthica doctrina sicut notat predictus magister alfõsus ꝯuersi li. et ca. qb9 supra vnde dicit q defenditur iudeo ne dicat formosus est iste xpianus quod sonat nõ des ei hospicium in terra. Itez docent q si xpiano vel gentili aliquis obligatus fuerit q non tradatur ei. Itẽ dicunt q quicunq inuitant ad domuz suaz xpianum vel gentilem ex hoc obligat ad captiuitatem filios suos. Item dicũt q qcũq comedũt panẽ xpiani vel gẽtiles non gustat gustũ panis. Itẽ dicũt q xpianus vel gẽtilis q pcutit iudeũ reus est mortis. Itẽ dicunt q xpianus vel gẽtilis qui laborauerit in lege merer mortem qz lex non fuit data nisi generi Jacob. Itez dicũt q secreta legis non debẽt reuelare alicui gentili. Item dicunt q peccatum est recipere elemosynam ab homine gẽtili ne habeant bonam remunerationẽ a deo et q non pereant a mũdo. Item dicunt q nõ est fides nec veritas in gentibus adhuc etiaz nec in sepultura. Itẽ dicunt meliorem quẽ videris de gentilib9 occide eũ Unde ad hoc est qd deducit Jheronimus de sancta fide in fine libri sui q est sententia rabi symeonis filij rabi ioachi q meliorẽ xpianorũ debz hõ occidere et meliori colubroz dz homo frãgere caput. Et declarat rabi salomõ q illud qd dicit rabi symeõ meliorez xpianũ. i. magis deuotum deo vult dicere. Itez precipit in Abodazara et sic narrat rabi moysen de egypto: in libro de mada q illi qui sequuntur regulaz iesu nazarẽi. Si homo viderit eos inclinatos ad mortem debz eos homo occidere. et si sunt circa puteuz dz homo eos proijcere intus et ponere vnum lapidem in ore putei. et si scala fuerit in puteo debet homo eam amouere ne scilicet per eã possit ascendere. Item dicũt q est peccatum vendere christiano possessionem pro aliquo precio. Itez dicũt q nõ debent vendere christiano aliquam bestiã nisi pro multo maiori q valeat. Itez dicunt q christian9 qui committit aliquod crimen debet mori solummodo vno testimonio. Itẽ dicũt q mulier israhelita

committit magnum peccatum si lactat filiū xpiani. q2 nutrit filiū ad ydolatrandum τ q non debent cōsentire q mulier christiana lactat filium iudee q2 est fama q suffocaret eum: sed dicunt q cuȝ custodia bene potest fieri. Item dicunt q christianus qui obseruat sabbatuȝ dignus est morte lȝ faciat sabbatū suum altera die septimane. Itē expresse mandaẜ iudeis in thalmuth q faciant omne damnum gentilibus signanter christianis quia reputant eos ydolatras absolutos. Dicūt enim q libere et sine aliquo peccato iudeus potest recipere bona xpianoꝝ et est verbū valde vsitatum inter iudeos q error cōputi quem facit iudeus christiano licentiatur et est sine culpa. ¶ Et dicitur in libro qui vocatur rabaqma ī capitulo quod incipit hacgazel legūt magistri si iudeus et xpianus venerint ante te ad iudicium. Attende si potes iustificare iudeum secundum legem hebraicam iustifica eū dicendo hoc precepit lex et si non poteris iustificare scdȝ ius hebraicum potes tamē iustificare eū secūdum ius aliorum gentium iustifica eum et dices xpiano hoc pcepit ius vestrum. Sed si nō poteris eū per vnum ius nec per alterū iustificare obserua eum cauillationibus q2 rapere pecuniam xpiano est res licentiata. Et ideo in libro canhedrin in ca. quod incipit arruhabitor q rancanalia faciebat preconisari q quicūq3 iudeus sciebat ius esse xpiani et faciebat testimoniuȝ in iuuamine eius q esset excōicatꝰ quia extrahebat pecuniā a potesta israel cum suo testimonio. ¶ Iteȝ dicunt q peccat iudeus soluendo aliquando debitum xpiano secūdū opinionē rabi ysmael qui dixit q tribus diebus ante festuȝ gentiliū τ tribus diebus post et in ipsamet die festiuitatis q non debent soluere debitum gentili. Et cū xpiani celebrent vna die ebdomade festiuitatem suam scȝ in die dnīca. Ideo tota ebdomada ingreditur peccatum iudeoꝝ. quia dies dnīca cum tribus diebus precedētibus τ cuȝ tribus diebus sequentibus cōplet septem dies. ¶ Item dicunt aliq̄ sapientes iudeoꝝ q nō debēt soluere xpiano nec ei facere aliquem amorem tribus diebus ante quamcunq3 festiuitatem nec q in ipsa die festiuitatis quia iudei vocant illaȝ diem contritionis siue fractionis gentilium. Sic ergo affirmāt τ docent esse peccatum soluere xpiano debituȝ τ facere ei aliquem amorē. ¶ Item absoluunt iudeum: qui mētitur xpiano vel falsum iurat sicut patuit supra argumento. iiij. considerationis. v. Et intantū nomē xpiani est exosum et immūdum venenosum inter eos. q quancūq3 reȝ quātūcunq3 turpē vocant noīe xpiano sicut de vase vrinarum et similibꝰ dicunt istud est vas xpianicū odor xpianicꝰ est iste. et q peiꝰ est docēt q iesus fuit fornecinus et factꝰ in muliere immūda et q est iudicatꝰ in altero mundo missus. in immundicia feruēti hoīm. ¶ Itē librū euangelioꝝ vocāt iudei in thalmuth vt maledicāt guylayon qd sonat ī he

braica falsitas incarcata. Item vocant panẽ sacratũ panẽ venenosũ. Itẽ noiant crucẽ harũ qđ in hebraico sonat res scissa vocant ẽt eã bohena.i.abhominationẽ. Itez vocãt sanctam mariam haria qđ hebraice sonat scissura. Vocant etiã eã temea quod sonat polluta vocãt etiã xp̃m manzeri. Item de iesu faciũt signum quod ostendit hebraice qđ eius nomẽ sit mortuuz ⁊ sua memoria. Item dicunt quod cõputũ iesu est tricentum et sedecim quale ẽ cõputum verbi quod dicit i hebraico veriq; quod est idẽ ꝙ vanitas sicut cõpetunt legẽ sarracenoꝝ per signum verbi qđ dicitur in hebraico hebel quod idẽ est ꝙ nihil. Itez vocant ecclesiã thahuc idest error. Itẽ vocant precone iolali idest latrationẽ. Item vocant sacerdotes gallalin idest tresqlados. Item vocant coronam sacerdotis corha idest messatura. Vocant diẽ veneris sanctiphael.idest đ saborrido. Itẽ vocant diẽ festiuitatis nostre horga idest que bronte. Itẽvocãt paruulos xp̃ianos sakatin.i.serpẽtes. Omnes supradicte doctrine reperiuntur in thalmuth. scđm doctores generis eorũ. Et licet christiani sint domini iudeoꝝ et omnia supradicta sciant vel ad eoꝝ aures veniant quantũcunq; sunt horribilia et crudelia ⁊ falsa non reddunt tamen malum pro malo quinimmo orant pro eis vt deus auferat velamina a cordibus eorum ⁊ reducat eos ad veram fidem. Ecce ꝯmanifeste poterit vnusquisq; noscere doctrinã christianoꝝ ⁊ iudeoꝝ qꝛ illa pijssima ⁊ iudeoꝝ crudelissima.

¶ In vsuris quibus expoliãt christianos.



Decimaseptima crudelitas iudeoꝝ ostẽditur in vsuris nõ possz chalamus explicare quot sunt modi et chalamitates iudeoꝝ in vsuris exigendis cum in hoc nõ hominem sed verius demones dici possint. Repertum est quendam iudeũ in Samorẽsi. ciuitate: pro decem milibus sexaginta milia recepisse de vsuris. Retinent eñ vsurarios contractus de generatione in generationibus intantum vt nõ solũ rustici agricultores. sed etiam plures scutiferi ⁊ milites ab eis quasi captiui tenentur non tantũ contractibus: sed et iuramentis astricti non nascitur rustico pollus vel edulus quin statiz sit p̃sentatus iudeo feneratori. Reges aũt et principes vsure hmõi fauorem dantes ⁊ non prohibentes sunt in grãdi periculo aiarũ. vnde extra de vsuris post miserabilẽ scriptum est iudeos ad remittendas christianis vsuras ꝑ principes ⁊ potestates cõpelli precipimus seculares. ¶ Alexãdelon dicit ꝙ tales dñi qui in terris suis vsurarios tenẽt lz mortaliter peccent tñ nihil restituere obligant si nihil ad eos de bonis eoꝝ puenerit nec est simile de auctoritatibus malis q̃ efficacẽ cãm prestant ⁊ de his q̃ sunt mali cã per accidẽs puta qꝛ tale malũ in patria cõseruetur vel libere fiat. Si autem predicti dñi cogant debitores dare vsuras sm

Ecimaoctaua ordinatio est ꝙ decete ro oẽs iudei ⁊ saraceni meoꝝ regnorũ ⁊ dñioꝝ nec aliq̃s eorũ faciat nec mandet sibi fieri barbam nouacula vel for cipibus. sed ꝙ portent eas longas sicut eis creuerũt nec circuient ca- pillos. ⁊ ꝙ ambulẽt secũdum ꝙ an tiquitus solebant ambulare. Et ꝙ quicũq̃ contrarium fecerit ꝙ den tur ei cẽtum flagella. ⁊ vltra hoc ꝙ soluat .c. morabetinos ꝓ q̃lib; vice

¶ Qd non recipiant christianos ad solidatam vel mercedẽ.



Ecimanona or dinatio est ꝙ iudei ⁊ iu dee saraceni ⁊ saracene meorũ regnoꝝ ⁊ dñioꝝ nõ recipiãt ad solidatã vel ad mercedem diur nam nec aliquo alio modo aliquos christianos nec christianas vt ope rentur in suis hereditatibus. nec vineis nec domibus nec in aliqui- bus aliis edificiis. Et q̃cũq̃ ꝯtra-

rium fecerit q prima vice detur ei centũ flagella. pro secunda vero q soluat mille morabetinos, et detur ei alia centũ flagella. Et tertia vice q perdat omnia bona sua et dentur ei alia centum flagella.

¶ Qd non sint albeitares nec ferratores.



Vicesima ordinatio est nec nullus nec aliquis iudeus nec iudea. sarracenus nec sarracena sint albeiteres nec ferratores nec carpentarij nec imbitarij nec sartores nec tonsores calderarij nec macellarij nec paliparij christianorum nec christianarum nec vendent eis calciamenta nec disploydes nec caligas. nec consuant vestimenta sua: nec sua disploydes nec aliquã aliam rem. Et quicunque contrarium fecerit cadit in penas in precedenti lege contentas.

¶ Qd non trapezete nec portent mercantias.



Vicesimaprima ordinatio est q nullus nec aliquis iudei nec iudee sarraceni: nec sarracene meorum regnorum. et dominiorum sint trapezete. nec portet mercantias aliquas ad vendendũ christianis vtriusque sexus sicut oleum arricium et mel, nec aliquas alias mercantias que sunt ad comedendum et quicunque contratrium fecerit q habeat et dentur ei pene in hac altera lege supradicta cõtente.

¶ Qd oms christiani possunt accusare delinquentes in his.



Vicesimasecũda ordinatio est q omnium supradictarũ penarum sit accusator quicunque persona ciuitatis vel ville vel loci vbi tale acciderit vel sue terre. seu alia quecunque persona extranea. et q talis accusatio habeat in premiũ tertiam partem morabetinorum penarum supradictarũ pro se et alie due partes sint pro camera mea: sed est merces mea q nullus nec aliqui per seipsos capiant intreugent aliquẽ iudeum nec iudeam sarracenũ nec sarracenã quousque cognoscẽtur ad iudicium et sint auditi et conuicti iuridice.

¶ Qd fugiẽtes possunt capi: et perdant omnia bona sua.



Vicesimatertia ordinatio est q iudei et iudee. sarraceni et sarracene meorũ regnorum et dominiorũ que recesserint extra illa et fuerint capti in via vel in aliquo alio quouis loco q perdant ipso facto omnia bona sua que portauerint et sint pro illo vel pro illis qui eos ceperint et ipsi sint mei captiui imppetuũ.

¶ Qd nulle pene nec alique illarũ hic expressarum possunt amouere.



Vicesimaquarta et vltima ordinatio est q nulle nec aliq̃ p̃dictarũ penarũ ciuiliũ et criminaliũ possint amouere nec circa eas vel aliquam earum dispensare nec addere nec diminuere pretores nec ma-

iosini nec iudices nec rectores nec aliqua alia persona predictarũ ciuitatum: villarum: ⁊ locorum. dato etiam ꝙ sint domini ⁊ habeant merum ⁊ mixtũ imperiũ in illo sub pena ꝙ perdant dominiũ ⁊ officia q̃ habuerint. Et vt predicte ordinationes per me facte melius obseruentur ⁊ manuteneantur eo modo quo supradictum est. mando oibus iudicijs ⁊ pretoribus ⁊ consilijs et iuratis ⁊ iusticijs ⁊ maiorinis algazelis ⁊ alijs officialibus ⁊ iusticijs quibuscunq; meorũ regnorũ ⁊ dominiorũ. ꝙ publicẽt ⁊ mãdent preconizari in qualibet vna ciuitatum et villarũ et locorũ meorũ regnorũ dominiorũ vnusquisq; in suis iurisdictionibus: vt obseruẽtur ⁊ adimpleantur eo modo quo dictum est. et ꝙ supradicta consilia et iusticie et officiales. nec aliquis eorum: nec alique alie persone prelati vel layci cuiuscunq; status ⁊ conditionis existant predictorũ meorũ regnorũ et dominiorũ ꝙ non sint ausi facere nec ire contra illud: nec cõtra partem eius in aliquo tẽpore vllo modo sub pena mercedis mee ⁊ predictarum penarũ suprapositarũ. ⁊ de his oibus precepi dare litteras meas ⁊ q̃ternos sigillatos sigillo meo. In cõplementũ supradictoꝝ datis in valleoticĩ vicesima die ianuarij anno natiuitatis dñi Millesimo q̃dringentesimo duodecimo.

¶ De statu iudeoꝝ i regno castelle



Ctauus ⁊ vltimꝰ articulus est qualis ẽ status iudeoꝝ pnũc in regno isto castelle. lz optĩe ordiata sint et iure canonico ⁊ ciuili. ac regia ordinatione regni que supradicta sunt. In hac cõsideratione peccatis tñ exigentibus precipue prelatorũ et principũ aliorũq; dñorum nihil vl modicũ de omnibꝰ supradictis obseruant iudei. Quia ex nimia conseruatione eorum ⁊ frequenti munerum acceptione iã venerũt in profundũ malorũ: vt insensibiles facti ad voces predicatorũ ⁊ clamores gementiũ non solum pauperũ. sed etiã plurium aliorũ in oppositum facti ceci retorquentes iudicia sua fauores ad libitum consequuntur. ex quibus plurima mala oriunt in populo precipue in fide ⁊ moribus cum multi xpiani facti sunt iudei. vel melius dicam erant occulti iudei. ⁊ facti sunt publici. Alij sunt sarraceni facti. Alij vero vtunt circũcisione. Alij cerimonias alias iudaicas obseruant impune. Et hoc et tyrannica rabies cõtinue crescit in regno: astutijs ⁊ cõsilijs iudeorũ qui ad hec ⁊ similia inueniendã inter ceteros homines prompti sunt Et ꝙ vereor calamo scribere iuxta sententiam pauli ad Ro. i. dati in reprobũ sensum multi de populo. q̃ immaculatus hactenus fuerat ceciderunt in passiones ignominie masculi in masculos turpitudinẽ operantes in eũ vsum qui ɔtra naturã est. laudãtes se per vicos ⁊ plateas crimẽ pessimũ cõmisisse. vt dei occulto iudicio cũ dixerint pax ⁊ securitas tũc eis repẽtinus veniat interitꝰ sicut ⁊ iudicia terribilia decꝰ fecit in vindictã predicti criminis

per diluuiū generale Gen. vi. ꝛ per pluuiā ignis sulphuris super has ciuitates Gen. xix. ꝛ per occasionē tribus beniamin: ꝛ destructionem omn suarū ciuitatū ꝛ locorū iudicū xix. ꝛ. xx. cap̄lis. Et per destructionem hyspanie igne ꝛ gladio tpe regis roderici vltimi gotthorū regis quia peccata carnis turpissimi regis vitise sui predecessoris qui iudeos introduxit in regno. Et peccatū regis roderici sui successoris circa filiam vel vxorē comitis Juliani fuerūt potissima causa exterminiȷ̄ hyspaniarū: vt colligitur ex chronica generali hyspanie: vt ex collectario hystoriarū fratris Johannis de podio. Auertat dn̄s hanc sententiā ne pereāt boni cū malis predicta mala ꝛ plurima alia cogito oriri ex nimia conuersatione: et fauore infideliū in malis. cōtra sacrorū canonū sanctiones nō attēdētes pericula que ex predictis oriūtur. sicut notat Inno. iiȷ̄. scribens epō senonen̄. ꝛ epō partisien̄. sic dicens. Et si iudeos quos ꝓpria culpa submisit perpetue seruituti pietas xp̄iana receptet ꝛ sustineat cohabitationē illorū. Ingrati tamē nobis esse non debent: vt reddant xp̄ianis pro gratia contumeliā et de familiaritate contēptum qui tā q̄ misericorditer in nostram familiaritatem admissi nobis in illā retributionē impēdūt: quā iuxta vulgare ꝓuerbiū. mus impera. serpēs in finu. ꝛ ignis in gremio. suis consueuerūt hospitibus exhibere. patent hec extra de iudeis. ca. ꝛ si iudeos. Uere iudei istius regni super oēs iudeos ingratissimi sunt christianis. cum sustententur tanq̄ domini in isto regno qd̄ alibi minime fit presertī in francia ꝛ anglia vt supradictū est. vȷ̄. cōsiderationevt impleatur illud Exo. xxiiȷ̄. c. Nō habitēt in terra tua ne forte peccare te faciant. In aliȷ̄s tn̄ regnis si aliqui sunt vitam captiuitatis ducūt ꝛ non solū inter xp̄ianos qd̄ iuris est. sed etiā in regnis machometorum vbi xp̄i incarnatio creditur ꝓpter errorē quē tēptauerunt iudei cōtra xp̄m inter eos ducūt vitā magis miserabilem q̄ inter xp̄ianos ꝛ captiuerȷ̄ efficacis ac magis habent eos odio ꝛ cōtemptui q̄ christiani. Cū em̄ principū xp̄ianorum detestabilis auaricia eos ꝓpter lucra temporalia sustineat ꝛ xp̄iana mancipia ipsis habere permittat ꝛ immoderato vsurarū fauore christianos expoliari cōcedat. Ipsi tamen iudei apud sarracenos abiectissima ꝛ vilia: operantes mancipia ꝛ serui sunt paganorū. Et extremis conditionibus inter eos commorari permittuntur. Et si in aliquo contingat eos cōtra legem machometi vel in vituperiū eius aliquid operari crudeli examinatione contra eos procedunt. ¶ Unde legi. q̄ quidā iudeus peritissimus hyspanus dictus rabi abraā dela. capa. sic cognominatus erat. q: tam pauper erat q̄ nunq̄ habere potuit nisi illam capā veterē quā ducebat continue qui multa audiens de sepultura: ꝛ simulachro machometi pendenti ꝟtute adamantiū ꝛ q̄ eiꝰ ornamentū erat innumerabilis va

locis disposuit ire illuc sub habitu sarracenico. et sic factum est. Et cũ esset circuncisus et linguam sciret arabicam et caldeã incognitus per trãsiuit reputatus sarracenus. Et cum veniret in mecã. et ibi se fingeret religiosum ꝫm leges machometi et vt talis acceptus et quasi facti confidentes de eo ingrediebat locum illum vbi simulachrum erat: ꝙ omnibus non licebat. et cum vidit tẽpus oportunũ adhibitis aliquibus succis alliorum et aliquib⁹ sanguinibus debilitata fuit virt⁹ adamantiũ. et cecidit simulachrum fractũq; est opus mirabile. et accipiens aliquos lapides preciosos quos voluit fugit in iudeam. et exinde in hyspaniam. Cum vero die quadam magne festiuitatis sarracenorum vellent simulachrũ videre et venerari. qꝛ non erat eis licitum omni tempore intrare: inuenerunt fractum et turpiter conculcatum requirentes diligenter malefactorem. Inuenerunt finaliter ꝙ ille qui se fingebat religiosum fecerat et cognouerunt ꝙ non sarracenus. sed iudeus erat. Querẽtes ergo eum per omnes suas ꝓuincias et nõ inuenientes. quadringẽtas synagogas iudeorum destruxerunt. quarũ vna fuit synagoga toletana Cuꝫ tunc illa ciuitas a sarracenis possideretur. ¶ Nunquid horribilia cõmiserunt in regno isto. specialiter circa sacramentũ corporis domini iesu christi. et cõmittunt cum illud possunt vel furari vel a capidis emere christianis. Non sufficeret liber magnus capere eorum crimina circa hoc. Sed dixi vt excecatis ꝑlatis et principib⁹ aliisq; quorũ interest intendere punitioni eorũdeꝫ. quãtũcunq; hec vel alia grauissima crimina cõmittant oblatis munerib⁹ seu mãmona sive iniquitatis expertus sum de eis nullã fieri vltionẽ. immo cũ accusant ab aliquibus oẽs supradicti et cõiter in eorũ insurgũt fauorẽ. In hoc ergo regno iudeorũ nõ grauatur captiuitas cum ipsi terre pinguedinem edant et bona nõ laborant terram nec eam defendũt. Sed maliciis et astutiis suis labores xp̃ianorũ deuorant. et eoꝝ sunt bonorũ heredes sicut de eis scriptũ est Hier. v. c. Sicut decipula plena auibus: sic domus eorũ plena dolo. Ideo magnificati sunt. et ditati incrassati et impinguati. Sic ergo ꝓditiones et mala iudeorũ vt dictũ est trãseunt sine pena et peccatis exigentibus semꝑ in regno isto aliqui ipsoꝝ nimis valẽt cũ regibus et ea q̃ ad reges ꝑtinẽt ꝑtractãt: et talib⁹ se immiscent: ꝙ habent sub iugo et dñio xp̃ianos. Et ideo i regno isto tẽporibus fere oĩbus obtinent priuilegia iuxta velle. semꝑ etiã in domo regia est vn⁹ magn⁹ miles vel plures qui eoꝝ est aduocatus et defensor a quocũq; accusante. Et sic ceci iudei cecos efficiũt xp̃ianos regni istius. Unde accidit ꝓuerbiũ antiquorũ. vidistis hic cecũ qui videntẽ excecauit. cum tamẽ scriptũ sit ꝓuerb. xix. non decẽt stultum diuitie. nec seruũ dñari principib⁹. ¶ Sꝫ arguet hic iude⁹ si nos viuim⁹ hic in captiuitate et meli⁹ ei illaboris

fius vt tu dicis. Et hoc sequitur ꝙ magis specialiter ipse deus pre liberis nos respiciat. Et sic scripsit moyses in lege. Cuz fueritis in terra inimicorū vestrorū: nec odio vos habebo: vt imponā finē federi qđ pepigi vobiscū. Respōdetur ꝙ indeorū solatiū in vita est ꝑpter peccata principū istius regni vel subiectorū suorum qui eos adiuuāt in hac vita. Sed ad dictū mosaycum cū dicitur ꝙ non imponeret finem eis cum in captiuitate essent. dico hoc fuisse duab⁹ de causis. Una imperpetua captiuitate ipsi maneāt ꝑpter ingratitudinis memoriā redemptionis messie iesu xpi. de quo hier. xxiij. c. Et dabo vos in obprobriū sempiternū et ignominiā eternam que nunꝙ obliuioni delebit. Secūda causa est non possunt homines se excusare: quin peccatis ⁊ alijs malis subijciantur et ipsi ad hoc vt talia excitent permanebūt. Nā videmus naturaliter aīalia ꝓcreari ex aeris corruptionibus vt putrefactio ibi incorporetur. ⁊ aer corruptus in taliū sustētatione minuatur: vt aer pur⁹ remaneat alijs aīalibus sine dāno. ¶ Censeo ⁊ de hoc testimoniū perhibeo ꝙ summ⁹ pōtifex ⁊ reges ceteriqꝫ principes xpiani deberēt adhibere remediū in predictis cū effectu cū impera‑tores ⁊ alij dnī antiquit⁹ nō ꝑmiserunt eos viuere inter nos: nisi vt de morte xpo iesu illata mundo testimoniū perhiberēt: quod in captiuitatem eos detulit sempiternam vt supra patuit. i. articulo. Et vt verum testimonium esset debuissent vti legis auctoritate. Deut. xxiij. quomodo moyses eis maledictiones donauit dicens. seruies inimico tuo quē immittet dñs tibi in fame ⁊ siti. ⁊ nuditate ⁊ omni penuria ⁊ imponet iugum ferreū super ceruicem tuā donec te conterat. se quit. ⁊ erit vita tua quasi pendens ante te. timebis nocte ⁊ die et non credes vite tue. mane dies ꝗs mihi det vesperum: et vespere quis mihi det mane propter cordis tui formidinem qua terreberis ⁊ propter ea q̄ tuis videbis oculis: quare videtur ꝙ non est intentionis legis prophetice istius sic eos viuere absolute. Nam tāta libertas eis incētiuum prebet rebellandi. et est causa quare a regno nunꝙ plaga discedat: sicut scriptum est Deut. xxxij. Incrassatus est dilectus ⁊ recalcitrauit. Incrassat⁹ impinguatus dilatatus dereliqt deū factorē suum: ⁊ recessit a deo salutari suo.

¶ De iudeorum conuersione in fine seculi.



Duodecima cōsideratio et vltima huius tertij libri est de iudeorum conuersione in fine seculi a sua duritia. nempe deus iusto iudicio omnia disponens licet iudeorum gentem suis exigentibus culpis longo tēpore permiserit periclitari inuolui cecitati ⁊ criminibus tam horrendis vt supra in libro isto latissime declaratū est. in fine tamē seculi qui relicti fuerint non peribūt. Et vt explicem conceptum meum hec consideratio. viij.

Explicabitur punctis. Primus erit quare iudeorum cōitas nō cōuertit ad fidē xpi. Secūdus si aliqui eorū voluerint cōuerti vtrū sint recipiē di. Tertius quis modus dʒ teneri in receptiōe iudeoꝝ ad fidem. Quart⁹ an iudei sint compellēdi ad recipiē dum fidē xpi. Quintus qua pena sint feriendi cōuersi iudei redeuntes ad iudaissmū. Sextus quō recipiēt antixpm et decipientur ab eo. Septimus quō cognoscent se deceptos ꝛ conuertent ad viam veritatis iesu xpi dñi nostri. Octauus erit an tempus antixpi quo iudei sunt conuertendi possit determinate cognosci ꝛ de signis temporis eius aduentus.

¶ Quare iudeorum cōmunitas non conuertitur ad fidem xpi.

Primus isti⁹ cōsideratiōis punct⁹ est quare iudei in presenti tempore non cōuertuntur ad fidem iesu xpi. Respondetur ꝙ ad hoc possunt iiij. assignari cause satis efficaces. Prima ē incōsideratio veritatis aduentus xpi. Pro cuius intellectu notandum ꝙ in libris thalmulth considerantur tres species materierum. quarum vna est placitorum siue causarum ciuilium ꝛ criminalium et de aliis dependētib⁹ inter gētes eorū. et hec assimilantur legibus imperatorum iner nos. Secunda species ē eorum que vetantur vel licentiātur in lege sicut sunt cibi et alia et que sunt res munde et que immunde et de sacrificiis ꝛ orationibus et festiuitatibus ꝛ hec sunt inter eos sicut decreta iter nos. Tertia species materie est hystoriarum legis siue creationis mundi vt vite antiquorū patrum ꝛ miraculoꝝ in lege ꝛ de aduētu messie ꝛ conditionibus eius: ꝛ de resurrectione mortuorum ꝛ de die iudicii: ꝛ de inferno ꝛ paradiso: ꝛ hanc particulam tertiā vocant iudei algadoth. i. annunciatiōes ꝛ singulare vocāt agada. i. annūciatio. Item vocāt ea idiasor idest glose morales: ꝛ singulare vocāt indias. Et predicte annunciationes ꝛ glose morales non sunt omnes diuisim ab vna parte immo sunt disperse ꝑ diuersas partes librorum thalmuth intantum vt post septem vel octo lectiones veniet aliqua auctoritas predictarum annunciationū. Cū gorabini scolarū thalmuth legūt suas lectiones inquantū pertinent ad primas duas species materierum declarant illa optime cum omnibus illis glosis ꝛ expositionibus ꝛ innouationib⁹ que possunt ad propositū suum applicare. Sed cum accedūt ad locum qui in aliquo tangit materiā tertiā scʒ āñūciationum. dimittunt illud ꝛ nolunt legere dicentes ꝙ est res de qua non erit aliquis fructus quod ipsi faciunt qꝛ non est intentio eorum labore nec cōsiderare nisi materias q̄ sunt de pane lucrando ꝓ quib⁹ populus eorum vulgaris honorant eos ꝛ dant salarium: ꝛ hic modus obseruatur ꝑ omnes rabinos in omnibus terris ꝛ in omnibus temporibus ꝛ in omnibus scolis eorum. Et hec causa principalis obstinationis eorum est qꝛ scʒ nō considerant nec vident ea que pertinent ad ꝑdictā tertiā speciē ꝛ vulgaris eorum populus manet ignorātia excecatus. ¶ Secūda causa est in cōferentia auctoritatum sacre scriptu

re quia dato quod aliquomodo cum oc currit aliquid in lectionibus suis de tertia materia considerent nõ est mirum si vna auctoritas vel duo vel tres non explicent ad plenũ veritatem salutis cum aliquando videantur alique auctoritates vel obscure vel contrarie sed deberent illas scripturas ad inuicem conferre cum omnibus prophetijs tangentibus illam materiam et deberent videre glosas et trãslatiões chaldaicas que facte fuerunt per duos doctores: qui inter eos pro magis autenticis habentur cum illi super easdem auctoritates loquantur et non est dubium quin statim illuminarentur a spiritusancto si tales conferentias scripturarum cum eorum circũstantijs facerẽt vel viderent veritatẽ sole clariorem. Unde augustinus in libro octuaginta triũ questionũ: questione lxix. non potest inquit oriri error qui palliatur nomine christiano nisi de scripturis nõ intellectis: et hoc ideo quia antecedentia et subsequentia non contulerunt vnde ibidem solet circũstantia scripturarum illuminare sententiam. Unde hereses sunt orte per se legendo que conferendo repulse sunt quia conferẽtes diuersas sententias adduxerunt que ex se inuicẽ mutuo inueniri potuerunt: qualiter essent intelligende: et hoc modo meruerunt cognoscere veritatem et venire ad viam salutis. Uenerabilis petrus alfonsi et magister alfonsus et magister iohannes et hieronymus de sancta fide de quibus sepe facta est mentio in isto volumine qui solẽnia opera fecerunt recognoscentes veritatem fidei catholice: et errorem in quo fuerant inuoluti. ¶ Tertia causa que impedit conuersionẽ aliquorum iudeorum est inordinatus amor ad vxores et filios et parẽtes. Unde expertus sum in hoc casu cum venerit ad me quidam de sapientioribus iudeis istius regni qui mecum cõferens de secretis legis, affirmauit se veraciter credere fidem christi. et quod ad hoc inductus erat diligenti studio scripturarum non solum biblie sed etiam thalmuht et philosophorum. Cumque ab eo quererem quare nõ efficiabatur christianus. Respondit quod immo summe desiderabat hoc implere. Sed quia habebat patrem qui eũ tenerrime diligebat cogitans quod cũ sciret pre tristicia moreretur. Dixit quod non vincere poterat seipsum nisi faceret cum consensu patris. Dicebat etiam quod nõ erat alius modus vt predictum consensum posset habere nisi quod ego tenerem modum cum rege vt ipse caperetur, et poneretur in carcere et inde scriberet patri suo quod esset necesse quod efficeretur christianus quia aliter nõ posset euadere mortẽ. Mihi autem nõ placuit hic modus palliatus mẽdacijs in lege christi quia quicquid ipse haberet in corde de veritate fidei, populus acclamaret ipsum non fuisse factum christianum voluntarie sed compulsus carceribus et timore mortis quod non est honestum in lege christianorum quia pro veritate huius legis recipienda relinquere debet quisque patrem et matrem vxorem et filios fratres et sorores et agros vt centuplum accipiat et vitam eternam possideat. Durauit collocutio predicta inter me et predictum iudeũ fere per quattuor annos nec adhuc est factus christianus du-

rante in eo ipedimento pdicto amoris paterni inordinati. ¶ Non minus etiā detinet eorū animos ne conuertātur. cupiditas inordinata diuitiarū peruisuras cū hec sit pinguis quedam acquisitio diuitiarum sine labore. Unde dicitur in thalmuth q quedam domina dixit vni rabino: q vidit q erat pulcher et gratiosus. Similis est facies tua habenti greges porcorū vel comprestanti pecuniam suā ad vsuram. ¶ Quarta causa que impedit cōuersionē iudeorū est inclinatio magna ad opiniones et constitutiones et cerimonias et consuetudines quas habuerunt et habēt in thalmuth. In quibus toto tempore vite sue fuerūt nutriti. Unde per duo exēpla hoc ostēditur de iudeis ad litterā Hiere. xiij. Primū exemplū est de nigredine ethiopis. Unde dicitur in tex. Si mutare potest ethiops pellē suā quasi dicat non potest mutare nigredinē suā. Secūdū exemplū est de pardo qui non potest mutare varietatē pellis sue. Unde dicit aut pardus varietates suas: q vtrūq predictorū est a natura: sic est de iudeis q nō possunt reuerti ad bonū propter cōsuetudinē ad malū: quia consuetudo est quedā natura vt dicit philosophus in libro de memoria et reminiscētia. ¶ Sciendū tamen q hec similitudo non tenet simpliciter: sed tm̄ secundū quid. Illa eīn natura que est causa nigredinis ethiopis in nullo subiacet imperio rationis: et ideo ethiops non potest illā immutare quātūcūq conetur ad hoc. sed habitus et consuetudine peccandi generatus et per modū nature inclinans ad malū causatur ex inclinatōe appetit⁹ sensitiui q nat⁹ e obedire rationi. Et ideo p conatū libi arbitrij ad oppositū pōt reuerti ad bonū. tm̄ cū difficultate ppt habitū inclinātē ad oppositū: et hoc dr̄ ipossibile sm̄ qd̄ put ponitur. v. metha. vno mō dr̄ ipossibile qd vix pōt fieri aut cū difficultate. In exēplis aūt positis de ethiope et pardo est ipossibile simplr̄ secūdū naturā. tm̄ deo non est ipossibile. verba sunt nicolai de lyra in predicto passu. In veritate magna virtus cordis ē necessaria vt possit hō declinare ab his i quib⁹ a puericia fuit nutritus cū illa doctrina q a teneris annis est inbibita sit diuturna: nec oēs hoies sūt sufficiētes violentare ꝓprias volūtates vt similia dimittant nisi solū illi qbus de⁹ fecit tantā gratiā vt cōtēnerent gaudia et bona tēporalia cū nihil sint in cōparatione bonorū spiritualiū et amplexent verā spē saluationis aiarū suarū: et boni finalis eterne beatitudinis earū sicut pmittit venienti ad xp̄m esa. lviij. Et requiem dabit tibi dn̄s de⁹ tu⁹ semp. Et iplebit splēdoribus aiā tuā et ossa tua liberabit et eris q̄si hortus irrigu⁹: et sicut fons aq̄rū cuius non deficiēt aque: sic et xp̄s ait Mat. xi. Regnū celorū vim patit et violenti rapiūt illud. Et iohānis. vi. Nemo potest venire ad me: nisi pr̄ meus qui misit me traxerit eum.

¶ Utrum iudei volentes conuerti sint ad fidem recipiendi.



Ecūdus pū ctus ē. Utrū sint recipiēdi iudei q volunt ad fidem xp̄i ꝯuerti hoc dico: quia multi eorū fuerunt et sunt

sta mali q multa dāna faciūt i ecclesiam dei. Uerūtn̄ facta dīligēti examinatiōe de mō aduēt⁹ eo₄ nō sunt repellēdi ex q̄ voluit itrare sub alis fidei xp̄iane ⁊ lz nō faciāt bona intētione sz ꝑpter lucrū tēporale tales baptizati sunt ⁊ recipiūt sacr̄m licz nō rē sacramēti q̄ est grā. tales ꝑpe saluationē sunt cū pietate dei plus q̄ illi q̄ nō intrauerūt. nec venit eis ad volūtatē vt sub illo intrarēt. Et ꝑpter hoc dixerūt sapiētes israel q̄ semꝑ dz hō laborare in lege lz nō faciat bona intētiōe: q2 ex hoc poterit venire ad bonā intētionē. Et sic iudei talit̄ veniētes poterūt venire ad rectā itētionē fidei cū dei adiutorio vel ex vsu q̄ exercitabunt̄ in ea. vel q2 de⁹ faciet eis aliq̄ signa vt sic eu₃ cognoscāt in suis opib⁹ vel q2 dabit eis aliq̄s tribulatiōes vt corrigant̄ ⁊ redeāt ad bonū vel q2 addiscēt ex hoc ⁊ siiib⁹ libris q̄ ondūt radices fidei iesu xp̄i veri messie diligēter in eis studēdo vel ex eo q̄ iformabūtur cōtinue a ꝑdicatoribus euāgelicis fidē xp̄i nūciātibus: ⁊ si tales infelices fuerint indurati intrinsecus iudaica ꝑfidia. habebūt forte eorum filij vel nepotes seu aliĳ q̄ ex eis procedent cognitionem huius catholice veritatis et saluabuntur.

¶ Quis sit seruandi modus iudeos ad fidem christi recipiendos.



Ertius punctus est scire q̄s modus dz teneri i receptione iudeo₄ venire volētium ad fidē xp̄i ne quātū possibile fuerit det̄ occasio malo₄ q̄ sentimus a spūsancto: mod⁹ ordinat⁹ est a quo q2 vt cōiter deuiant recipientes nō est mirādū si taliter receptos non experiamur veros esse xp̄ianos et ideo recipiēdi sunt cū multa deliberatione ne ad vomitū redeant. et modus ponit̄ in decretis de conse. di. iiij. iudei. vbi sic habetur. Iudei quorum ꝑfidia frequēter ad vomitum redit si ad leges catholicas venire voluerint ꝑ octo menses inter cathecuminos ecclēie limē introeāt. et si pura fide venire noscant̄ tunc demum baptismi gratiam mereant̄ quia si casu alio periculum infirmitatis intra ꝑscriptum tempus incurrerint ⁊ desperati fuerint baptizentur. ¶ Et si queras an debeat talis iudeus aliqua₃ abstinentiam facere vel etiam dies queri signa ad sacrū conferendū. Respōdetur q̄ vtrūq₃ debet fieri vt pz de conse. di. iiij. ne quod absit. vbi sic dicitur. Ne qd̄ absit longa dilatio retro possit animas iudeoru₃ reuocere fratri nostro ep̄o loci illius loquere vt penitentia ac abstinentia. xl. dieru₃ indita aut die dominica. Aut si celeberrima festiuitas occurrit eos omnipotentis dei misericordia protegente baptizes. Sic ergo pz q̄ iudei in die dominica vel aliq̄ solēni die d̄nt baptizari. ¶ Sed nunq̄d iude⁹ q̄ est seru⁹ xp̄iani si baptizet̄ fiet liber. Respondet̄ q̄ nō: s̄m Ray. sed remanet seruus q2 seruitus introducta est de iure diuino. di. xxv. dic. vi. et per ius gētiū et iure canonico cōfirmatū. xij. q. ij. ecclesiarum. cōcordat gotfridus ⁊ hostien. Addit Ray. q̄ vbi de bona cōsuetudine non solent esse christiani serui consulerem q̄ dominus in re-

missionem peccatorum manu mitteret eum vel saltem ꝙ pecunia mendicata vel seruitio ad tẽpus ꝯstituto secundum arbitrium boni viri redimeret se.xij.q.ij.Cum redemptor.

¶ Utrum liceat iudeos ad baptismum compellere.



Quartus pũct⁹ est si iudei sint cõpellendi ad recipiẽdũ baptismũ:hic sunt duo vidẽda. Primũ est de paruulis iudeoꝝ.et scḋm de adultis iudeis. Ad pͥmũ rñdet sctũs. Thomas in scḋa scḋe.q.iiij.ꝙ nõ licet inuitis parentibus.Sed qñ ad annos discretionis puenerint possunt fidẽ suscipere etiã parentibus inuitis. Cõcordat guilhel.dicẽs ꝙ nec lз nutricibus occulte baptizare paruulos iudeoꝝ.Si tñ in articulo mortis paruuloꝝ hec facerẽt non credo ꝙ peccarẽt.Doctor vero subtilis scotus in iiij.di.v.dicit ꝙ pueri iudeoꝝ possũt auferri parentib⁹ inuitis et baptizari et hoc p principes legislatores.quia legislatores possunt ordinare ad salutem vniuscuiusqȝ subditi velit nolit. Ita põt princeps ecclie ꝟbigrã. Si respublica idigeret bellatorib⁹ et iudei filios suos taliter differrẽt ꝙ essent inepti ad bellãdũ.tunc princeps posset eos auferre a parentib⁹ et ipsis inuitis posset eos facere nutriri et instrui ad bellãdum ita videt in ꝓposito.Aliꝗ dicunt ꝙ nõ dз fieri qꝛ ecclia tenet oppositũ sed hoc nihil est qꝛ quottidie possunt ab ecclesia noua institui ꝓ salute cõi.Aliꝗ dicunt ꝙ nõ debet fieri propter ꝓphetiam ysaie.qꝛ reliq̃e israel salue fiẽt sed hoc nõ obstat.qꝛ hoc põt intelligi de fidelibus:vel qꝛ etiaȝ possunt aliqui i aliqua insula saluari. ¶ Ad secũdũ scз de iudeis adult(vtrũ sint cõpellẽdi ad fidẽ suscipiẽdã.hic dicit supradict⁹ doctor scotus vbi sup ꝙ oẽs deberẽt cõpelli ad fidẽ qꝛ melius ẽ cõpelli ad bene agẽdũ ꝙ male agere impune sicut ipsi agunt.

¶ Qua pena feriẽdi sint iudei conuersi et ad propria ĩstituta redeũtes.



Quintus pũctus est qua pena sunt feriẽdi iudei ꝯuersi redeũtes ad vomitũ iudaismi.et lз supradictum sit de pena qua feriri debent a iure. nunc libet hic explicare duo. Pͥo q̃ pena sint feriẽdi ex lege regni. Secundo q̃ pena sint feriẽdi ex lege regni ꝑ eos instituta. ¶ Circa primuȝ notandũ.ꝙ in hoc regno castelle est liber q̃dam antiquoꝝ regũ gothoꝝ q̃ lingua nostra dicit el.fuero.iuзgo. vbi libro.xij.ti.ij.c.xvij.ad litterã ꝓdictorum pena ponit vt sequit sicut xpiani debẽt cõqueri de illorũ malis q̃ veniunt ꝯ sctãm fidẽ iesu xpi. Ita debẽt tenere tales mõs ꝙ null⁹ ꝓõ possit hẽre veniã q̃ dimittit melī⁹ ꝓpositũ et redit ad pei⁹.Et qꝛ audatia crudelior et mirabilior dз hẽre crudeliorẽ penã et mai⁹ tormẽtũ. Ꝯõstatuim⁹ hãc legẽ.ꝙ ois xpian⁹ et maxime illi q̃ nati sunt de xpianis siue sit vir siue mulier.q̃ inuent⁹ fuerit ꝙ circũcidat vel ꝙ habeat mores iudeoꝝ vel q̃ sit inuẽt⁹ de cetero ꝙ de⁹ nõ mãdet redire ad iudaismũ.recipiat mortẽ a xpianis vel a nobis et sic punit⁹ crudelissimis penis vt intelligant quãtum est exosum et exõ

municatum mali quod fecit. et omnia bona sua habeat rex taliter quod heredes nec posteri talium personarum non consentiant in tali errore. hec ibi. ¶ Secundo declaratur quod pena sunt feriendi ex lege per ipsosmet iudeos instituta. Unde in supradicto libro. xii. titu. ii. c. xvii. scribitur. constitutio quedam sive lex. quam iudei toletani miserunt regi Sisyndo cuius tenor talis est. Noster domine potentissime ac honoratissime rex Sisyndo nos omnes iudei civitatis toletane qui subscribere habemus vel facere signa infra in hac lege salutes. nos recordamur quod bene et iuridice alio tempore nos compellabatis quod faceremus fedus et scriptum ex precepto regis tintilani qui iam transiit quod omnes deberemus observare et tenere fidem christianorum et sic nos omnes fecimus. Sed quia obstinatio nostre duricieι et antiquitas erroris patrum nostrorum nos impedit ne credamus in domino nostro iesu christo veraciter nec teneamus fidem christianorum firmiter. Ideo nunc sponte et voluntarie respondemus vestre altitudini sic pro nobis sicut pro uxoribus et pro filiis nostris: per hunc nostrum scriptum quod decetero non faciemus aliquam consuetudinem iudeorum iudeis. qui noluerint baptizari nec habebimus aliquam societatem cum eis ullo modo non contrahemus matrimonia cum aliqua nostri generis usque ad sextum gradum non faciemus incestum cum aliqua muliere nostri generis nec nos nec nostri filii nec nostra generatio. sed tam viri quam femine decetero matrimonia contrahemus cum christianis non faciemus circumcisionem nostre carnis. non observabimus pascha nec sabbata sicut solebant observare ceteri iudei nec alias festivitates. non preparabimus cibos secundum eorum consuetudinem non faciemus aliquam rem quam habent alii iudei in usu et consuetudine nec quomodo ipsi vivunt sed omnes credimus cum munda fide et cum magna voluntate et cum magna devotione iesum christum filium dei vivi secundum quod evangelia et apostoli mandant. Et illum confitemur et honoramus omnes tenemus hanc sanctam legem christianorum veraciter tam in diebus festivitatum quam in matrimoniis et cibis et in omnibus aliis moribus: nec dolum aliquem nec aliquam rationem tenemus contra eam ex nostra parte quin non impleamus et faciamus omnia que promisimus. ¶ De carnibus porci promittimus observare quod si non poterimus comedere quod non habemus eas in consuetudine semper tamen omnia que cum eis cocta fuerint comedemus sine tedio et sine omni nausea. Et si aliquis de nobis inventus fuerit qui faciet contra ea que supradicta sunt vel contra minimum eorum vel quod ausus sit aliqua facere contra fidem christianam. vel si moram fecerimus in faciendo ea que promittimus verbo seu facto. iuramus per illummet patrem et filium et spiritum sanctum qui est unus deus et trinus. quod quicumque omnium qui inventus fuerit transisse predicta vel aliquid eorum quod nos cum comburemus vel lapidabimus. ¶ Et si forte pietas vestra voluerit eius salvare vitam statim sit factus servus et quod detis ipsum et omnia bona sua cui volueritis pro semper. vel quod faciatis de eo et de bonis suis quod volue-

ridis.non solum quia habetis pote-
statem regis sed quia vobis conce-
dimus per hunc nostrum scriptum.
et istud fedus & scriptum fuit factū
transanctis.xij.dieb⁹ kalen. marcij
i.vi.āno quo vos regnastis:hec ibi.
¶ Ecce vidimus qua pena feriēdi
sunt iudei redeuntes ad iudaicas ce-
rimonias vel ad instituta eorum nō
solum ex lege regia sed etiam ex le-
ge per eos statuta.que ciuitatum et
locorum totius regni q̄ iudeos ciui
tatis toletane. cum illa imperialis
ciuitas ab antiquo nominetur nec
maioris conditionis sunt alij iudei
alibi conuersi q̄ toletani. Credo q̄
si vera fieret inquisitio p̄sertim isto
tempore q̄ innumerabiles ignibus
traderētur de his qui iudaizare rea
liter inuenirentur.qui si hic non pu
niantur crudelius q̄ publici iudei
eternis ignibus cremabuntur.

¶ Quomodo iudei recepturi sunt antichristum.



Tertius punct⁹ est videri quomodo iudei recipient antixp̄m & decipientur ab
eo. Erit enim antixp̄s s̄m sanctos
nequissimus qui nascetur in babylo
ne siue generabitur de tribu dā. Vn̄
super illo gen.xlix.via dan coluber
in via. Beatus ysidor⁹ supra penta-
teucō dicit:q̄ ē hoc intelligendū de
antixp̄o & propterea illa tribus non
annumeratur in numero signatorum
Apo.vij.sup quo dicit Beda. q̄ dā
pretermisit quia de illa tribu nasci-
turus est antixp̄s. cuius aduentus
vt ait apostolus.erit s̄m operatiōes
sathane qz totum faciet instigante
dyabolo q̄ illū possidebit atq̧ coo-
perante.nec tamē ita possidebit eū
ex toto vt veniatur ei sicut humani
tati diuinitas in xp̄o.nec ita vexa-
bit eum vt careat rationis iudicio
alioquin nō imputaretur ei quicq̄d
ageret sicut furibundo. ¶ Comme-
stor quidem dicit q̄ a principio con
ceptionis illius diabolus in vtero
matris eius descendet cuius virtu
te deinceps aletur puer et nascetur
et adolescet. Sed dicūt alij et forte
melius et verius q̄ more ceterorum
hominum a die cōceptionis sue ha-
bebit angelum sui custodem vsq̧ ad
annum discretionis tunc extolletur
super omne quod dicitur esse deus
et angelorum presidio penitus de-
serto occupabit eum diabolus qui
ideo tunc soluēdus dicitur.quia to-
tam potestatem suam antiquam sibi
relaxatam per illum exercet et pro
voluntate sua inclinabit eum ad ma
lum sicut possessor ad libitum suum
trahit iumentum et in cunctis ma-
lis artibus instruet eum. Cum ergo
venerit iste impius antixp̄s filij is-
rael qui ab alexādro inter montes
Caspios in plaga septētrionali sup
occeanum vbi nūc est finis imperij
magni canis inter duo castra dicta
gog et magog fuerūt inclusi vt re-
fert magister hystoriarum et s̄m io-
sephum facto terremotu in conspe
ctu p̄ncipis mōtib⁹ cadētib⁹ sup mō
tes ibidē p̄ti mōtib⁹ p̄ti muro indis
solubili & port ferreis obserati q̄ ad
huc ibi dicunt eē incantati.nudi in
cendētes carnibus crudis & arbor
fructibus viuunt et in maximo nu-
mero consistunt intantū vt s̄m aliq̄s
possent.xxiiij.regna implere.q̄ etiā

quadam celesti virtute et montium
portarū et muroꝝ firmitate et impera
toris de catayo scȝ magni Canis vel
regine Amosonum militia obserati
exire nequeunt: excepto q̄ dūtaxat qꝛ
pro monstro ipse magnus canis ali-
quos de eis q̄nq̄ port[is] apertis extra
hit et mirabili gratia in exercitu suo
secum ponit. Isti p̄dicto antixp̄o ad
iungent virtute quoꝝ regnabit et erit
monarcha potentissim⁹. Et congre-
gatis aliis iudeis qui sunt per orbē
dispersi veniens hierosolimā circū-
cidet se dicens iudeis se esse xp̄m ip
sis in lege p̄missum: et xp̄m vero nr̄m
fuisse deceptorem et magū. oēs itaq̄
iudei accedentes et ei adherentes cō
fluent ad ipsum: qꝛ ipsi nimio deside
rio feruent de aduentu messie p̄ quē
expectant a captiuitate liberari de-
cepti signis et a lecti promissis. et qꝛ
videbunt eum omni prosperitate et
gloria clarescere regesq̄ subiugare
Ideo illi longo excecati errore eum
tāq̄ verum messiam suum recipient
et vt deū colent: et tanq̄ rex et dn̄s ab
ipsis metuetur. Et propterea aposto
lus.ij.ad Thes.ij. vocat eum hoīem
peccati. filiū perditiōis qui aduersa
tur et extollitur supra omne qd̄ dicit
deus. Aut q̄ colit ita vt in tēplo dei
ipse sedeat quod edificabit in hieru
salem scd̄m quosdā: vel vt verius lo
quar scd̄m alios ipse scilicet tēplū
dei: ostendens se tanq̄ ipse deus sit.
hoc est q̄ dicit beatus Aug.xx.de ci.
dei.c.xix. q̄ illud q̄ nos habemus de
antixp̄o in templo dei sedeat. greci
habent in templum dei sedeat. tanq̄
inquit aug. ipse sit templum dei.i.
ecclesia. ex quo dicto accipitur argu
mentum q̄ antixp̄s erit falsus xp̄ia-
nus et finget se virum ecclesiasticū
accōmodari⁹ nocēdum qꝛ in tēplum
dei.i. in modum ecclesie. ait aug. hoc
idē vult frāciscus de maronis in.iiij.
di.xlviij.q.ij. allegās aug. vbi d̄. ipse
etiam vt facilius xp̄ianos et iudeos
ad ritū suū attrahat diē dn̄icū in fa-
uorē xp̄ianoꝝ. et diem sabbati in fa-
uorem iudeoꝝ faciet custodiri vt pȝ
in decretis de ɔse. di.iij. puenit. Sic
ergo pȝ quō iudei decipient ab anti
xp̄o et quō recipient eum vt messiam
suum et colent.

¶ Quomodo cognoscent se per antichristum deceptos.



Eptimus p̄unct⁹
est scire quō iudei cogno-
scent se deceptos per an-
tixp̄m et quomodo conuer
tentur finaliter ad fidem catholicā
Notādum ergo q̄ postq̄ iudei rece-
perunt antixp̄m tanquā messiā suū
decepti ex his que dicta sunt in p̄ce-
denti puncto tunc mittet deus ad eo
rum et aliorum multorum conuersio-
nem Helyam et enoch qd̄ erit inter oc
cultum aduentum antixp̄i qui est p̄
natiuitatem et manifestum ei⁹ aduē-
tum qui est per predicationem et ap-
tam persecutionem. Tunc ergo pre-
dicti helyas et enoch qui viui adhuc
in padiso terrestri reseruātur veniēt
et manifeste se ostēdit in hierl'm et in
cipit publice p̄dicare ɔtra antichri-
stum destruentes eius p̄cessum et de
clarantes manifeste eius deceptio-
nes et astutias dyabolicas. Ipsumq̄
coram omni populo arguent menda
cem et fallacem ostendent: et aperiēt
thezauros absconditos iudeis de ve
ritate salutis fidei iesu christi: et si

vt dicitur Malachie vltimo. Conuertent corda patrum in filios. Glosa ad instructionem posteriorum de fide saluatoris in quem et ipsi crediderunt. et corda filiorum ad patres eorum glosa. qui percipient fidem quam illi habuerunt. Unde iude et christiani pari religione tunc in christum consentient. Sic ergo iudei cognoscentes se fuisse deceptos in christum credent pro ipso mori parati erunt vt dicit Methodius capitulo. xliiij. milia virorum et omni tribu israel pro christo interfecti. ¶ De predicatione autem Helye et enoch et facta conuersione eorum scribitur Apoca. xj. Dabo duobus testibus meis scilicet helye et enoch et prophetabunt id est predicabunt diebus mille ducentis sexaginta. glosa id est tribus annis sicut ipse christus predicauit: amicti saccis. i. predicantes penitentiam et exemplum ostendentes: hi sunt due oliue id est spiritu sancto vncti: et duo candelabra idest lumen dantes aliis. Tunc videns antichristus se confusum et quod detecta est eius malicia exibit in publicam persecutionem et occidet eos in hierusalem et iacebunt corpora eorum in plateis tribus diebus et tribus noctibus et dimidio quia nullus audebit sepelire corpora eorum metu antichristi vt quicumque viderint timeant eis conformari. Occisores autem eorum leti erunt propter mortem eorum. Sed post tres dies et dimidium resurgent et occisores audient voces angelorum dicentium helyas et enoch attendite huc et ipsis videntibus ascendent in celum in nube et istud multum confirmabit iudeos conuersos ad fidem christi per eos Sed et amplius confirmabuntur per mortem antichristi qui secundum quod dicit glosa super apostolum tribus annis et dimidio regnabit. Unde danielis. xij. Jurauit angelus per viuentem in eternum quod in tempus scilicet vnius anni: et tempora scilicet duorum annorum: et dimidium temporis. i. dimidium anni scilicet regnabit antichristus: et idem dicit glo. quod hoc spacio dicitur desolatio duratura sub antichristo Quare autem ita modicum regnabit declaratur a christo Mathei. xxiiij. vbi dicitur quod nisi breuitati fuissent dies illi non fuisset salua omnis caro: super quo dicit glosa quod hec tribulatio quanto ceteris grauior tanto erit breuitate mediocrior. Et gregorius quia enim et superbus et infirmus aspicit eos dies quos singulariter malus intuitur misericorditer breuiabit. In fine vero predicti temporis collocabit papilionem et solium suum antichristus in monte oliueti. Et tunc dominus noster iesus christus: vt ait Ambrosius ostendet se ei et interficiet eum spiritus oris sui: idest virtute precepti sui. Ipso namque iesu clamante in aere moriatur antichristus per michaelem vt dicitur fulminatus. maxima quoque pars suorum vt legitur a michaele interficietur et hoc ipso erit finalis et totalis conuersio siue confirmatio conuersionis iudeorum ad fidem christi. ¶ Et si queras vtrum occiso antichristo statim christus veniet ad iudicium. dico quod non sed secundum glo. danielis. xij. concedentur. xl. dies ad refrigerium sanctorum et penitentiam subuersorum Quantum autem sit spacium inter istos quadraginta dies et finem mun-

di nemo scit. Sed quid fiet de mini-strís antichristi qui remanserūt post eius mortem dicitur q gaudebunt ducentes vxores et dicentes licet prínceps noster mortuus sit tamen habemus pacem et prosperitatem. et cum talia dixerint repentinus super eos veniet interitus: et extunc ecclesia vsqz ad finem mundi conquiescet pacificata. quia extunc fraudulentia et sciencia dyaboli cessabunt. ¶ Uisum est ergo quomodo iudei cognoscent se deceptos et quomodo conuertentur finaliter ad fidē iesu christi. ¶ Sed dicet aliquis numquid hec finalis iudeorum conuersio fuit a prophetis prenūciata dico q sic. Et primo hec prenunciauit ysaias in. c. x. vbi sic habetur si fuerit populus tuus israel sicut arena maris reliquie conuertentur et co: super quo dicit targuz. Si fuerit populus tuus israel multus sicut arena maris residuuz q neqz peccauit: vel q penituerit de peccato conuertetur. glosa rabi. Etiam si fuerit israel sicut arena maris pre multitudine ego conflabo eos vt argentum et redigentur in modicum residuum. Residuum vero illius modicum conuertetur ad bonum. Causa vero conuersionis in fine mundi ponitur in pereth helens. capi. Causa vero conuersionis scriptum est abacuch. ij. quoniam adhuc visio ad terminum et loquetur ad finem et non mentietur si tardauerit expecta eū quia veniens veniet et non tardabit. Et forte dices q nos sumus expectantes et ipse nō immo sicut dictum est ysaie xxx. propterea expectat dominus vt misereatur vestri. ex quo igitur ipse est spectans et nos sumus expectātes qui retarda regula iudicij e retardās nos cur expectamus ad recipiendū mercedez sicut dictum est ysa. xxx. Beati oēs q spectant eū. dicit rabi. Consummati sunt oēs termini vel fines et non pēdet res nisi in penitenta et in bonis operib⁹ Rabi elyazar dicit si israel fecerint poniteniam redimentur: si autem non: nō redimentur: sed deus sanctus et benedictus constituet eis regem cuius statuta erunt durissima sicut aman et reducet eos ad bonum huc vsqz thalmuth transumptiue in pugiōe in parte finali. c. viij. ¶ Secundo introducitur osee propheta qui in ca. iij. scdm expositionez magistri Nicolai de lyra declarat duo. scz statum iudeorum ab ascensione xpi vsqz ad finem seculi et eorum conuersionē finalez. De primo dicit dies multos expectabis me hoc dicit in signuz q plebs iudaica spectaret messiaz et adhuc spectat non fornicaberis hoc dicit qz non seruiunt ydolis et non eris cum viro. i. cum xpo a quo est modo sepata propter suam incredulitatez hic est ille vir de quo dicit hier. xxxi. Femina circumdabit virum gremio vteri sui: sequitur sed ego expectabo te. loquitur in persona dei qui expectat iudeorum finalem conuersionē consequenter hec declarat per prodigiale factum dicens quia multos q si dicat factum predictum designat q dies multos sedebunt. i. manebūt filij israel sine rege. i. sine principe sic videmus q non habent de se regem nec principem sed alienis regibus et principibus seruiunt et sine sacrificio. i. sine altari quia non possunt sacrificare extra hierusalem a

qua sunt expulsi ꝛ templum destru-ctum ꝛ sine ephot.i.sine veste sacer-dotali quia sublat⁹ sacrificiis cessat vsus vestis ꝛ sine serephin idest ima ginibus in quibus demones solent dare responsa apud iudeos non sunt talia ecce iudeorum status ab ascen-sione domini vsq; ad finem. Sequi-tur scdm sc; iudeorum finalis cōuer sio ꝛ post hec.i.post iudeorum abie-ctionem et excecationem reuertentur filii israel sc; ab errore suo: ꝛ querēt dn̄m deum suum sc; deuote ꝛ dauid idest dei filium iesum xp̄m ꝛ ꝙ sic de beat intelligi patet per translationē chaldaicā apud hebreos autenticā; que sic habet.post hec reuertent filii israel ꝛ querent cultum dei sui ꝛ obe dient messie filio dauid regi suo. Se quitur in textu ꝛ pauebunt ad domi-num sc; xp̄m reuerendo ꝛ ad bonum eius sc; timendo declinare ab eo qđ bonum est in oculis ipsius ꝛ subdit tempus in nouissimo dierum.i.circa finem mundi implebit istud. Patet ergo quō finalis conuersio iudeorū fuit a prophetis prenunciata ac etiā inter medium tempus.

¶ Utrum certis iudiciis ꝛ quib⁹ an-tichristi cognosci potest aduentus.



Ertiu⁹ ꝛ vltimus punctus huius considera tiōis vltime tertii libri ē an tempus antixp̄i quo iudei sunt conuertendi possit deter-minate cognosci. Respondetur ꝙ p̄-sumptuosum est hmōi viatori quocū ꝙ modo hoc velle inuestigare cum ipsa suprema veritas hec voluerit nos nescire quod beatus augu.xviii de ci.dei.c.liii.declarans dicit de an tichristi tempore quando erit impo tune omnino queritur: si etia; nobis hoc nosse prodesset: a quo meli⁹ qua; ab ipso deo magistro interroganti-bus discipulis diceretur: non enim siluerunt inde apud eum sed a p̄sen-te quesierunt dicentes: domine si in tempore hoc restitues regnu; israel At ille non est inquit vestrum nosse tempora vel momenta que pater po suit in sua potestate: non vtiq; illi de hora die vel anno sed de tempore in terrogauerunt qn̄ istud acceperūt re sponsum: frustra igitur annos qui re manent huic seculo computare vel diffinire conamur.cum hoc scire nō esse nostrum ab ore veritatis audia-mus: quos tamen alii quadringētos Alii etiam mille ab ascensione domi ni vsq; ad eius vltimum aduentum compleri posse dixerūt.quemadmo-dum autem quisq; eoru; astruat opi nionem suam longum est demonstra re: et non necessarium.coniecturis ꝙ pe vtuntur humanis non ab eis ali-quid certū de scripture canonice au ctoritate profertur. Omnium enim de hac re calculantiū digitos resol uit ꝛ quiescere iubet ille qui dicit nō est vestrum nosse tempora vel momē ta.hec ille. ¶ Huic sententie Augu. concordat falsitas eorum qui tēpus certum determinauerunt cum tam supradicti: ꝙ etiam alii de quorum numero fuit arnaldus deuilla noua qui in tractatu quem fecit de fine se culi determinat ꝙ antichristus erit venturus in quartodecimo centena rio a natiuitate christi.ꝛ patet ꝙ su mus iā vltra per.lxxxv.ānos. Quidā etiā alius magnus predicator per ot

dem discurrens circa annum domini M.ccccx. in sermone. Ecce hic positus est in ruinam: declarauit tempore suo iam natum esse antichristum per plures visiones et exempla cuius oppositum patet. Unus alius parisien. conclusionem posuit affirmatiuam quod anno domini Mille.cccvviij. et dimidio debebat apparere et publicari mundo et anno domini Mille.ccc lxxviij. et dimidio erat nasciturus. patet manifeste in assignatione temporis aduentus antichristi omnes istos defecisse et deficient quicunque alii presumpserint predictum tempus assignare. ¶ Sed dicet aliquis diligens scire licet tempus determinatum presumptuosum sit assignare. non tamen erit illicitum signa inquirere ut his cautiores reddantur fideles. Dico quod verum est non tamen inquiri debent talia signa curiositate sciendi: sed animo seipsum et alios edificandi in timore dei. ¶ Sed nunquid aliqua talia inueniuntur certa propinqui eius aduentus. Dico quod in sacra scriptura inueniuntur premunciata nouem signa precipua propinquitatis aduentus antichristi. Primum signum est totius mundi generalis perturbatio: de quo Daniel prophetauit in capi. xij. veniet tempus quale non fuit ab illo tempore quo gentes ceperunt esse usque ad tempus illud quod exponens christus. Mat. xxiiij. dicit quod erit tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi: et ibidem declarando que erunt iste tribulationes: dicit quod surget gens contra gentem et regnum aduersus regnum. pestilentie et fames et terremotus erunt per loca terroresque de celo. etc. Secundum signum est scisma ecclesie crudelissimum de quo dicit apostolus. ij. ad Thessalo. ij. Qui tenet nunc teneat donec de medio fiat: super quo beatus Augusti. xx. de ciuitate dei. capi. xix dicit quid dixerit scilicet apostolus me prorsus fateor ignorare: et ibi recitat Augusti. multorum suspitiones circa istud quidem enim dicunt ipsum paulum voluisse hoc dicere de romano imperio aduitandum calumniam. alii autem credunt neronem antichristum futurum et resurrecturum. Alii autem nondum mortuum sed occultatum donec suo tempore reueletur et restituatur in regnum. dicit tamen ibi Augustinus quod mira est sic opinantium temeritas. Sed istud dictum difficile ibidem pertractans dicit sic non absurde intelligitur qui tenet scilicet imperium teneat donec de medio fiat: id est tollatur de medio per antichristum ipsum imperium vel aliter inquit. donec de medio ecclesie exeat ministerium iniquitatis quod scilicet nunc est occultum.

¶ Ex prima autem expositione accipitur argumentum quod antichristus pugnabit contra romanum imperium et tunc oportet quod ille imperator sit fidelissimus qui resistit ei. Ex secunda sequitur quod malum illius persecutionis orietur ab ecclesia ut infra ipsam sit prius pugna intestina. Has duas illationes ponit franciscus maronis in suis floribus de ciuitate dei capitu. quo supra. Et predicta malicia nihil aliud videtur esse nisi scisma grauissimum in ecclesia dei siue discessio a fide. Istud est ergo signum precipuum quod debet preuenire antichristum iuxta illud. ij. ad Thessa. ij.

Extus passus est q lex machometi est lex contradictionis. Sunt enim in eo innumere contradictiōes de quibus propter breuitatē octo subiungūtur. Primo se dicit esse generalē prophetā: et tamen dicit q alchoranus datus est ei arabice: et q nescit aliaz linguā nisi arabicā. Itē secundo dicit in capitulo de delbachara q interpretatur vacca q iudei et christiani et sabbei saluabūtur et capitulo ad mirā. dicit postea q nullus saluabitur nisi in lege sarracenorum. Item tertio mandauit eis q non altricentur cum hominib⁹ alterius secte verbis asperis: sed verbis mansuetis nō enim ptinet ad hoies dirigere: s; ad deuz soluz et vnus quisq3 h3 de se solo reddere rōnē et nō de alior postea mandat in pluribus locis q occidanť et expolienť q nō credūt donec credāt vel soluāt tributū pterea ipse dicit i capi. albē q illi q recipiunt fine deo dn̄s aliū tu nō es patron⁹ et pcurator eor: sed deus reseruat sibi. Est igit notabilis cōtradictio q ex vna parte auctoritate dei totiēs mādat q occidanť increduli et ex alia pte de⁹ mandat q etiā p tanto scelere nullus est pcurator ad puniendū: sed soli deo reseruanť. Itē quarto machometus in capi. zalt tenenti in fine iactat se q ipse nō est de cōpellētibus: s; quomodo nō est de cōpellentibus: q mādat q nō credentes occidenť et expolienť. Itē in hoc capi. de vacca concedit sodomiā tā cū masculo q cū femina dicit enim sarracenis q non polluant se cū infidelibus nisi credant et de mulierib⁹ dicit mulieres vestras aratura vestra arate eas vt vultis: et tamen in eodē capitulo prius dicit q illi sodomite tempore loth operati sunt abhominabile vitiū: et prestis nationibus insuctū. Itē vi. ipse dicit q noe abrahā ysaac et iacob et filii eorū fuerunt sarraceni: et tamen ipse dicit q mandatum est ei q ipse esset primus sarracenus. Preterea cōstat q non fuerunt sarraceni quātum ad ritū: nisi postq fuit data lex sarracenorū. lex aūt sarracenor est alchoranū quod quidē fuit datū post legem moy et euāgeliū sicut habeť in alchorano: immo nō sunt adhuc septingēti. xcv. anni q fuit machometus cu3 ipse venerit anno dn̄i. sexcentos. lxvi sicut patuit supra cōsideratione pri⁹ma articulo. iii. Cōstat tñ q noe habrahā ysaac et iacob fuerūt ante legē moysi et euāgeliū. Itē. vii. ipse dicit q deus phibuit auguriū. et tñ ait augurieminí si aliter nō potestis in scissura datili et q hoc nō fecerit anathema sit. Itē viii. ipse dicit se missu3 arabibus q nūciū nō habuerant dicit enī

q alchoranū datū est eis solū in lingua arabica. dicit cū se nescire aliā linguā nisi arabicā. Unde cū adhesissent ei quidā bacheria iocobinus et salon persa z abda alba de perside filius felcā iudeus z quidā dicerent q ipsi instruebant eū: ecce cecidit in faciem suā z contracte sunt manus eius z pedes z socij cooperuerunt cū vestibus suis z ad se rediens dicit deus misit me corripere vos de sermone quē dixistis q tales me docerent legitq3 eis vnā lectionem alias sententiam que est in fine lectionis elnael qd interptatur palma que sic dicit. Scimus q ipsi dicent q instruxit eum homo lingua aūt qua loqueref ei perfecta hoc aūt arabica patens est: z et hoc dicit quomodo pōt esse q illi istruāt me quorum vnus persecutus est z alter ebreus qui dixerūt ei potest esse q lingua sua tibi loquat z exponāt tu lingua tua oia notifica hāc inuenit rñsionē: s3 q non poterat instrui ab hebreo z psa q sunt ppinq quō poterat alius valde remote lingue instruere. Ipe tñ post dicit se eē missū ad vniuersitatē gētiū. Sed quō ibit ad oēs gentes in septuaginta linguis q nescit recitare suū sermonē nisi in lingua arabica. Dicit tñ vnde habef in libro pphetaz q dicit ei deus nō misimus te nisi ad vniuersitatē gentiū est igif manifesta cōtrarietas z apertum mendaciū q sit missus solis arabibus z oibus gentibus. Non igitur alchoranū est lex dei in qua tot contradictiones inueniunf. Unde sentēcia est machometi in capi elnesa qd interpretatur mulieres q si iste alchoranus non esset a deo inuenirentur vtiq3 in eo zrarietates multe. Sua igitur sententia sit in destructione sue legis q3 ex quo vt visum est multe manifeste contrarietates sunt in eo non est lex dei.

¶ Quod lex machometi non est lex dei: q3 in multis est per hominē reuocata et q dyabolus fuit principalis actor alchorani.



Eptim9 passus est q lex machometi nō est lex dei: q3 est in plurib9 p hominem reuocata. Unde nō est tale examē legis sarracenoz inter eos quale iter xpianos sepe fit per consilia generalia vbi veritas fidei repetitis vicibus luce clarior innotescit. Cū sarraceni qui eius notitiā habent p autētico tenent actū factum p machometū abdulhaqui qui erat alpharā in ciuitate que dicitur malaga q refert in suo libro versus reuocatos. q cū ipe vidisset multos locutos fuisse in modo quo aliq versus alchorani reuocabanf z q null9 hoc fecerat finē q recedēdo a pdicta ciuitate cōgregauit doctores regule q ei auxiliū dederūt cū auctoritatibus z libris antiquoz magistrorū z q sic cōposuit breuiariū certissimū de eo q breuiariū reputatur inter doctos magnū onus legis machometi z non minus piudiciū: q3 ostendit allegando sup eo alios passus alchorani. q in ipomet alchorano quod tenef ab oib9 sarracenis p lege sua data a deo sunt reuocati. cc. z. xxvij. versus de qbus rōne genere sunt reuocati cētū xxiiij. versus ita q sarraceni faciendo guerraz cōtra nō sarracenos ipsi zdicūt legi sue in c ētū. xxiiij. passib9

verbum est magni ponderis dicere sunt renocati. Aliud est concordare vnum passum cum altero exponendo et declarãdo quomõ i suo casu intelligitur vnus passus et in alio ali? sicut etiã in multis passibus videtur esse cõtrarietas inter doctores xpianos sit studiose et autentice per generalia cõsilia et sctõs patres habita examinatione longo tempore cũ cardinalibus patriarchis archiepiscopis episcopis et doctoribus ac multis litteratis sue curie et extra. Sed quod aliquod consiliũ vel papa dicat q aliquis passus euangelij sit renocatus alienum est a suo proposito et omniũ xpianorum q in lege dei fiat sicut in legibus ciuilib? vel in aliquibus canonibus seu decretalibus specialiter in regulis cãcelarie per quas expediuntur bulle exeuntes a romana curia quarum sequens papa approbet quas vult renocat. vel sicut foris regni castelle et ordinationib? quia aliqui reges faciunt aliquas ordinationes ad quas magis attendunt q ad antiquos foros et hoc est quia renocare legẽ spectat ad suum factorem vel ad equalem seu maiorem potestatem habentem. Quomodo ergo potest renocari lex que putatur eẽ dei per aliquẽ alium quia si verũ est q esset dei nõ a deo per hominẽ sapientẽ sed nec p diabolum vel aliquem angelũ nec per oẽs diabolos hoies et angelos simul in vnum coniunctos. Sed ad renocãdũ tot versus libri alchoran non sit mẽtio q fuit facta cõgregatio vniuersalis et pte omniũ sarracenorũ et q maiores eorũ cõgregarẽtur requisiti. sz habẽt p autẽtico dictũ vnius alicuius q dicit et nõ pbat necforte suo tpe fuit manifestũ q petierit consiliũ super eo a doctoribus regule. Ex quibus satis clare pz legem machometi nõ esse legem dei: q: nec autentice examinat: immo per vnum sarracenũ in pluribus renocata: et si vnus dyabolus: lz sit hominibus contrarius: q: eos respicit vt inimicos cum hoc sit eius pprium officiũ nõ tñ est cõtrarius alteri dyabolo: q: si sic iam esset in se diuisus beelzebub non posset stare regnum eius cũ omne regnũ in seipm diuisum nõ sit stabile. Quõ ergo potest dici q fuit tot versus alchorani renocati cũ ab oibus sarracenis dicat liber a deo reuelatus cũ ergo vnus dyabolus non sit alteri cõtrarius et minus vnus angelus alteri multo minus de? sibi ipsi. Et cũ omnes sarraceni habeãt p autentico q quedam dicta alchorani sunt aliis cõtraria. et ideo multa illorum renocata nec debeat eis dare fides videant sapientes sarracenorũ pperẽ doctorũ lex eorũ debet dici composita et cũ nõ a deo pter ea q dicta sunt. ¶ Relinquitur ergo q a dyabolo magistro machometi cuius officiũ est falsa veris imiscere. et dulci melli venenũ. q: si sic ẽ q est in se cõtraria cõtẽto in ea in pte existẽte vero et in pte mẽdacio dici poterit auctor eius nõ verax sed mẽdax et q dz attendi mendacium est multum periculosum: q: et talibus tam magnis et tam pniudicialibus et damnosis mẽdaciis sicut sunt multa contenta in alchorano cõdemnãtia animas suorum credentiũ in speciali hoc q nõ obstante quacunq contraria ratione in alchorano lz dicta per michae

lem per gabrielem et per deum per suos angelos et nuncios precipiunt fieri guerram contra omnes qui non tenent partem suam et non specificatur hic quid contineant alii versus reuocati in multis grauissimis et periculosissimis. Sed cum hoc sit certissimum quod deus per suam naturam non potest esse mendax. angelus bonus similiter quia confirmatus in gratiam dei. sed potest esse et est mendax diabolus et homo. ¶ Si ergo lex machometi secundum dictum illius alfaqui et doctorum regule est contraria sibi ipsi et ideo non data a deo nec ab angelo bono. sequitur conclusio ex hac ratione quadrimembri sufficienti et hanc rationem facit dominus cesariensis magister iohannes de Segobia in tractatu contra sarracenos.

¶ Est ergo principalis actor alchorani non homo sed diabolus qui ex inuidia propria et ex permissione diuina propter peccata populi preualuit inchoare solempniter et efficaciter perfidiam antichristi quia videns diabolus fidem christi crescere in partibus orientis et quod idolatria iam deficiebat deuicto cosdroe rege persarum et medorum per eraclium regem christianissimum et quod ipse eraclius destruxerat excelsam turrim quam ipse cosdroe edificauerat ex auro et argento et lapidibus preciosis: et quod crux christi iam tantum erat per eraclium exaltata et amplius exaltanda et cum non posset ipse diabolus iam amplius defendere plures deos nec totaliter negare legem moysi et euangelium christi quod iam diuulgatum erat per totum mundum. cogitauit perfectionem legis quasi medie inter nouam et vetus decipere. undus et ad hoc exequendum assumpsit quendam hominem diabolicum nomine machometum ritu idolatram fortuna pauperem mente superbissimum et maleficiis famosum vt supra visum est. Et quidem libentius assumpsisset diabolus hominem bone fame. si fuisset permissus sicut et libentius primum attemptasset hominem per aliud animal in quo ipsius malitia celaretur quam per serpentem: si fuisset permissus: sed non permisit diuina sapientia nisi vt talem assumeret et per talem hominem mundum inuaderet vt mundus de facili aduertere posset qualis esset lex data per talem legislatorem.

¶ De fundamento legis machometi.

Quarta consideratio est scire in quo sarraceni firmant sue legis fundamentum. Et patebit quod nihil reale habent sed totum est fictitium et fabulosum et tam manifeste mendatium quod vnusquisque ratione capax aduertere poterit hanc legem nullius firmitatis existere. Unde dicitur in alchorano in capitulo filiorum israel laus eius sit qui transire fecit seruum sub vna nocte ab oratorio elharam que est domus mecque vsque ad oratorium remotissimum que est domus sancta in hierusalem quam benediximus. ¶ Expositio huius sententie est in libro qui dicitur arabice halmeherig quod latine interpretatur in altum ascendere et ideo vulgariter dicitur scala machometi in quo sunt octuaginta quinque capitula in quibus narrat fictionem quandam sui ascensus et descensus. Ex quibus omnibus breuem summulam compilauit iterum suum circa sue legis fundamentum. Dixit ergo narrans

fictionē suā sic. Cū ego machomet⁹
essem in equa in domo mea ⁊ iacerē
in lecto proprio iuxta uxorem meam
post multam vigiliā in lege dei cogi
tando aliquantum dormire cepi: et
statim venit ad me gabriel angelus
qui sub hac forma se mihi ostendit:
qz facies ei⁹ erat alba plusq̄ lac: aut
nix aliqua: ⁊ capilli erāt rubicūdio
res corallo multo etiam rubicundo
habebat supercilia valde ampla ⁊ os
pulcherrimum ⁊ bene formatum: dē
tes quidem albos ⁊ valde claros et
indutus vestibus omni re albior sb⁹
ac ditissime operatis cum perlis et
lapidibus preciosis: cinct⁹ erat dua
bus zonis auri purissimi ⁊ earum q̄
libet amplior grādi palmo: manus
ipsius rubicunde quēadmodū ignis
⁊ ale ac pedes viridiores omni sma
ragdo dixitq̧ mihi. Machomete sur
ge veni post me stringens te zona: ⁊
circūuoluens caput tuū atq̧ corp⁹
tuella tua alba: quia deus vult tibi
multa sue potentie ac secretorū suo
rum mirabilia ostendere in hac no-
cte. Cum ergo surgerem ac venirem
ad portam domus mee respiciens vi
di q̄ gabriel tenebat per habenas
quandā bestiā quā mihi adduxerat
cui nomen erat alborac q̄ talis erat
forme. Erat enim grādior azino ⁊ par
uior mulo: habebat faciem hominis
⁊ crines eius erāt de perlis: pectus
autem de smaragdo: cauda de rubi-
no: oculi clariores sole pedes ⁊ vn-
gulas habebat ad modum camele.
Hec bestia erat sellata quadam sel-
la: sic mirabiliter cum perlis ⁊ pre-
ciosis lapidibus operata q̄ null⁹ est
qui dicere possit. Multa alia dicit
de ornamento huius bestie. Sequi-

tur ⁊ hec bestia tota circundata erat
angelis qui custodiebant eam. Tunc
dixit mihi gabriel. machomete ascē
de super bestiam istam ⁊ equita: ⁊ cū
appropinquarem Bestie vt equita-
rem noluit sustinere. Et angelus di-
xit ei Alborac morare quiete ⁊ susti-
ne q̄ hic equitet super te: quia iuro
per nomen dei q̄ nunq̄ te homo ta-
lis equitauit adhuc nec etiam hoc
durante seculo equitabit. Tunc be-
stia illa dixit quis ē ergo iste. Et ga-
briel respondit ei dicens: hic est ma
chometus dei nuncius et propheta
magnus: et cum bestia hoc audiret
statim quieta mansit et equitaui: ga
briel vero mihi scandile tenuit sine
staffam et confestim alborac ire ce-
pit ita cito atq̧ suaviter q̄ nullum
os hominis hoc dicere valeret. ego
namq̧ respiciens passus eius vidi
q̄ ita magni erant q̄ inter vnū ⁊ pas
sum et alium erat tantū spacij quā
tum possit homo longius proprijs
oculis respicere a remotis. Et ibat
directe versus templum hierosoly-
mitanum ⁊ gabriel veniebat a dex-
tris mecum. Et audiui quandam vo
cem bis mihi dicentem. ha. ha. ma-
chomete expecta me: et ego nihil re
spondi. ¶ Deinde vidi quandam do
minam pulchriorem quam vnq̄ vi-
di que tribus vicibus dulciter cla-
mans dixit. ha. machomete aliquan
tulū me expecta: et ego cum appro-
pinquassem ei ⁊ vellet mihi loqui non
modicum dedignatus reliqui eam
Dixitq̧ mihi gabriel: modo cogno-
sco magnā in te scientiā fore: ⁊ dicā
tibi q̄re scias q̄ vox illa q̄ prio te vo
cauit erat lex iudeorum ⁊ si r̄ndisses
ei oēs tue gētes iudei facte fuissent

Uox vero scda. lex xpianorũ fuit cui si respondisses oẽs tue gentes fidei xpiane adhesissent sed domina illa cunctis induta coloribus q̃ postremo te vocauit est mũdus iste qui deliciis omnibus plenus erat ⁊ quia expectasti eam scias vero quia gentes tue plus solacioꝝ plusq̃ deliciarum habebunt q̃ omnes alie gẽtes que vnq̃ in pterito fuerint vel fint in futuro sed quia dedignatus reliquisti eam nec sibi respõdere curasti tu magis sine peccato eris q̃ fuerit omnes alij pphete hactenus vel qui in posterũ subsequuntur. quo dicto tacuit et duxit me in templũ. ⁊ postq̃ fuimus ante portam templi pcepit mihi vt descenderem ad quẽdaꝫ nigrum lapidẽ vbi soliti erant prophete descendere et descendi ⁊ cum descendissem gabriel angelus per habenas ligabat alborac ad lapideꝫ prenotatũ ⁊ accipiens me per manum duxit in templum in quo inueni oẽs pphetas stantes in circuitu templi defuncti quos deus illuc venire pro me honorando ⁊ exire de coꝝ fecerat sepulcris stabant quidẽ oẽs me expectando erecti super pedes suos ⁊ cum viderũt me cuncti orones facere ceperunt. Tũc gabriel mihi dixit. Ueni machomete et fac orõnem priusq̃ alij quia tu es rex pphetarũ omniũ ⁊ cunctarũ gentiũ dñs quod audiẽs misit me añ ⁊ feci duas orõnes satis leues. Deide erexi me super pedes ⁊ statiꝫ omnes pphete me salutauerunt gaudentes ⁊ mihi magnũ honorẽ cõtulerũt ⁊ ãplexantes me dixerunt mihi bona noua de maximo bono quod de⁹ mihi pparauerat et meo pplo vniuerso ⁊ pro me deide oẽs deũ rogauerũt. ¶ Ubi dicitur in. ij. li. doctrine sue q̃ inuenit ibi Abraham moyseꝫ ⁊ iesum filiũ marie et dicit q̃ moyses obtulit sibi vnum vas plenũ vino. ⁊ abraham aliud plenũ lacte. ⁊ iesus aliud plenũ aqua. Et tunc ego ait machometus audiui vocẽ quãdã corã oib⁹ astãtibus celit⁹ dicẽtẽ mihi. Si vas vini elegeris tu cũ populo tuo peribis. Si aũt vas lactis submergeris Si vero vas aque elegeris tu cũ oibus tuis ad deũ imppetuũ diriger̃. Et cũ machomet⁹ pdicaret hoc fundamẽtum in ierusalẽ cũctis astantibus in ↄfirmatiõe sue fictiõis addidit moyses erat ruphus ⁊ crisp⁹. iesus filius marie erat flau⁹ capillis ⁊ medie stature ⁊ videbañ ab ei⁹ capite aque psilere ⁊ tñ aqua nõ erat ibi. Abrahã erat p certo mihi filis. ¶ Sequit̃ in pdicto libro scale machometi peractis orõnib⁹ in tẽplo vt supra. ¶ Ecce gabriel p manum me accipiens duxit extra templũ et ostendit mihi quãdaꝫ scalaꝫ que durabat a primo celo vsq̃ ad terrã vbi stabãt. Erat enim scala illa pulcrior res q̃ vnq̃ visa fuerit et ipsius pedes iuncti sunt ad lapidem illuꝫ ad quem descenderam ego primo ⁊ primus gradus erat de rubino. ¶ Secundus de smaragdo. Terti⁹ de perla albissima: ⁊ quilibet alioꝝ de lapide precioso iuxta naturam suam cum perlis operato ex auro purissimo tã ditissime q̃ nullũ corpois cogitare hoc possit: ⁊ erat circundata angelis qui custodiebant eum. Gabriel quoq̃ me per manum accepit et eleuans a terra posuit me super primum gradum scale ⁊ dixit mihi.

¶ Ascende machomete et ascendi: et gabriel mecum similiter. angeli vero cuncti associabant me qui erant ad scale custodias deputati. et procedens per scalam vidi quendam angelum valde magnum qui super cathedram sedens tenebat in manu sua tabulam quandam que ab oriente durabat usque ad occidentem: qui una hora tabulam respiciebat et alia mundum et precepit michi gabriel quod salutarem eum quia magnum tenebat locum coram deo. salutaui et ipse reddidit michi salutationem capite suo et non cum ore. ¶ Et dixit illi gabriel quare non salutas hominem meliorem de mundo et ille quesiuit a gabriele dicens. quis ergo hic est gabriel respondit hic machometus nuncius dei nostri. Et ille Est ne ipse iam missus. ¶ Et gabriel dixit utique sine dubio et statim me salutauit angelus dicens valde bona noua de maximo bono quod deus michi preparauerat. Dixit etiam adhuc angelus ille quod ego eram altior et honorabilior nunciis omnibus et dicitur cum cteorum dominus populorum. ¶ Et addidit. Scias machomete quod populus tuus erit ille qui in hoc mundo manebit posterior et plus durabit quam omnes alii populi vniuersi quia deus multum diligit gentem populi tuo quod vitant malum et faciunt quidem bonum et sic ab illo expedimus. Gabriel michi dixit quod ille erat angelus mortis. ¶ Quo audito mox versus ipsum iui dicens. Es tu angelus mortis qui respondit vtique. Postea quesiui ab eo rogans quod diceret michi quomodo ipse de corporibus hominum animas extrahebat. Qui respondit. Scias machomete quod ab illa hora qua Adam qui fuit primus hominum creatus est a deo et positus super terram dedit michi deus hoc officium vt extraham animas de corporibus hominum vsque ad venturam iudicii diem magnam: ita quod nemo viuus remaneat excepto solum deo et me etiam cum eodem debet namque postea deus michi animam meam extrahere ac ipse postmodum sine fine solus in vita perdurabili remanere. Et quesiui ab eo quomodo cognosceret quam anime iture essent in paradisum et que in infernum. Et respondit machomete nonne vides tu quod nomina cunctorum hominum qui quondam fuerunt et qui modo sunt et erunt vsque in finem presentis seculi omnia in hac tabula scripta patent. Et etiam mors quam habiturus est ipsorum quilibet nec non et bonum et malum quod deus iam illis preparauit iuxta meritum singulorum. et ideo bene scio qui eorum in paradisum et qui in infernum sunt ituri. ¶ Narrat etiam ibi modum quomodo mittit angelos bonos pro bonis et malos pro malis et quomodo extrahit animas bonorum cum dextera et animas malorum cum sinistra. ¶ Sequitur et profectus inde vidi alium angelum ita magnum quod tenebat caput suum supra celum: et pedes eius in abissum qui factus erat ad modum galli cui deus ostenderet omnes horas quibus fieri orationes debebant. ¶ Nam cum tempus erat orandi veniebat quedam vox de celo dicens. tu creatura que deo es obediens precipio tibi quod laudes deum et mox ille angelus alta voce dicebat: benedicatur deus rex sanctissimus angelorum et animarum et crea-

turarum omnium quo dicto galli q̄
sunt in terra hoc audiētes confestiꝫ
cantabant omnes et deum cantan-
do laudabant dicentes in cantibus
suis vos om̄es qui obedientes estis
deo surgite et laudate ipsuꝫ quoniā
idem potens est super omnes res et
ipse fecit eas etiam et creauit. Et
profectus inde vidi quendam aliuꝫ
angeluꝫ cuius medietas erat ignis
et medietas niuis: nec tamē ignis
destruebat niueꝫ nec ecōtra qui etiā
laudabat deum orans ꝙ sicut in eo
coniunxerat ignem et niuem sic con
iungeret corda gētium que sibi obe
dientes essent. Et procedens inde
vidi alium angelum ita magnum ꝙ
eius magnitudinem dicere non au-
derem salutaui eum. sed ipse in ora
tionibus existens non mihi respon
dit dixitq̄ꝫ sibi gabriel. Quare nō sa
lutas meliorem hominem vniuersi
seculi. Et ille quis est ille de quo di
cis. Et gabriel angelo hic est macho
metus quem vides. Et ille. Est ne
ipse missus adhuc. Et gabriel respō
dit vtiq̄ꝫ vere. Et ecce statim ange-
lus ille ac alij quos primo videram
salutauerūt me et dixerunt mihi val
de bona noua de maximo bono qđ
preparauit mihi deus. Et profectus
inde vidi alium angelum mirabili
modo magnuꝫ qui sedebat super se-
dem et tenebat intra man⁹ suas pi-
lam ꝗ maximam cum quasi ipse so-
lum vnum ictum daret celuꝫ destrue
ret atq̄ꝫ terram: ꝛ cum gabriel pilaꝫ
respiceret eandeꝫ: statim plorare in
cepit. Et dixit ei. Cur ploras. Et il-
le machometc. Hic angelus thesau-
rari⁹ est inferni. Quo audito vniuer
sus cum et ipsum salutaui. Veruntā
men ipse mihi nō respōdit. Gabriel
autem dixit. quomodo non respon-
des meliori homini ꝗ vnꝗ fuerit ad
huc missus. Et respōdit sicut supra
dictum est de alijs. Et addit ꝙ illi q̄
de populo meo in inferno extiterint
minus penarum habebunt ꝗ alij
vniuersi ꝛ rogaui eum vt mihi dice
ret quomodo infernus factus est. et
statiꝫ sic mihi narrare icepit. Scias
machomete ꝙ quomodo infernus
primo factus est. deus fecit accēdi
ignem super eum septuaginta mili
bus annorum quousq̄ꝫ factus est to-
tus rubens igne illo. ¶ Postea vero
super illum ignem fecit superaccē-
di per tantūdem temporis aliuꝫ do-
nec totus factus est alb⁹. et post hūc
ignem fecit adhuc alium superaccē
di similiter per alia septuaginta mi
lia annorum ita ꝙ totus niger fact⁹
est et plusꝗ aliqua res obscur⁹ ignis
autē iste semper in seipso ardet mi-
rabili modo fortiter sed tamen flā-
mam non emittit. ¶ Quesiui iteruꝫ
ab eo similiter quomodo facti sunt
angeli inferni et qualꝫ vitam ducūt.
Et respondit scias ꝙ deus creauit
eos om̄es de igne et sunt in igne nu
triti ꝛ si hora sola de igne exirent su
bito morerent̄ nec possent sine igne
viuere: sicut nec piscis etiam sine
aqua. Et similiter creauit eos deus
mutos et surdos ꝛ misit in corde eo
rum tantum duriciei ꝛ crudelitatis
ꝙ hoc nemo recitare valeret nesciūt
enim quicquid aliud facere preterꝗ
torquere crudeliter et affligere pec
catores et ideo fecit eos de⁹ mutos
et surdos ne audirent voces seu la-
menta peccatorum cum ipsos affli-
gunt. ¶ Et similiter fecit eos ita

crudeles q si forte videant peccatores aliqua signa humilitatis pretendere ipsi neqz de peccatoribus neqz de illorum humilitate curam habeant aut vllaz etiam pietatez. Illaz preter penam ignis inferni quaz sustinent peccatores habent penam aliam valde crudelem quia angeli qui sunt ibi maximis malleis ferreis torquent et malleant duriter peccatores propter maximaz crudelitatem que in eis est prout in alchorano loquitur deus dicens. misimus quidez in infernum angelos nostros fortes et duros atqz crudeles vt nostra mandata faciant et obseruent: ipsi quoqz nobis obediunt in omnibus que mandamus. Et cum thesaurarius mihi hec omnia retulisset ego et gabriel ab eo recessimus timore panescentes non modico. Et vltra pfecti sumus quousqz venimus ad primum celum et hoc dicitur celum lune quod totum erat ferreum et habebat tantum spissitudinis in soliditate quantum possit homo ire in quinqz annis et tantundez spacij erat inter ipsum et alium secundum celum. Gabriel autez pulsauit ad portaz et statiz venit ad nos quidam angelus ita magnus q ipse in longitudine habebat spacium itineris hominis per mille annos. et tantundez in latitudine. vidimus etiam portas celi que mirabiliter pulchre erant et multos etiaz angelos custodientes eos qui erant valde bene ac ditissime pornati. Tunc gabriel venit ad vnam portarum vt intraret quod cum vellet facere quidam angelus dixit ei. gabriel quid vis: et quis est tecum. Qui respondit. mecum est machometus prophetarum sigillum omnium et cunctorum dominus nunciorum et volumus sibi intus intrare. Hoc autem dicto mox nobis porte aperte sunt et intrauimus et cum introissemus omnes angeli qui erant ibi salutauerunt me et dixerunt mihi valde bona noua de quibus non modicum sum gauisus. Et respiciens vidi q ipsi habebant facies hominum et corpora ad modum vaccarum habebant etiam ad modum aquilarum alas: et erant ibi angeli numero septuaginta milia: quorum quilibet: habebat septuaginta milia capita et quodlibet caput septuaginta milia cornua. et quodlibet cornu septuaginta milia nodorum: et inter vnum nodum et alium erat spacium itineris hominis p quadraginta annos. Uidi adhuc plus q in quodlibet predictorum capitum erant septuaginta milia facierum et quelibet facies habebat septuaginta milia orum et quodlibet os septem milia linguarum. et quelibet ex linguis illis sciebat septez milia loquelarum et etiam laudabant deum septuaginta milibus hominum in die. Uidi etiam inter angelos illos duos homines sedentes sup duas sedes claritatis qui nimis pulchri erant tam statura corporum q facierum forma: habebant enim capillos suos omnes albos ad modum niuis: et barbas etiam magnas in eundem modum albas: et vestimenta ipsorum erant ita albissima q vix poterat homo respicere ipsa. Nam circa ipsorum capita valde maximam claritatem habebant. Et quesiui a gabriele q illi essent. qui respondens ait. Scias o macho-

mere ꝙ ille qui sedet in inferiori se-
de vocatur iohanna ibni zacharia qđ
interpretaᷣ iohãnes filius zacharie
Est enim hic eẜ dei ꝓphetis vir⁹. Il
le tamen alius qui alti⁹ sedet vocaᷣ
ysa ibnmariam: quod interpretatur
iesus filius marie. Hic eñ iesus spi
ritus dei est ⁊ ipsius etiam genitus
v̄bo fuit. Quo audito universus eos
⁊ ipsos etiam salutavi. Ibidem tan-
dem quesierunt a gabriele quis ego
essem: gabriel autem nomen meũ di-
xit eisdem ac ipsi cõfestim salutave-
runt me ⁊ dixerũt etiã mihi valde bo
na nova de maximo bono quod deus
mihi ꝓparaverat. Quib⁹ visis pro-
cessimus inde quousqȝ ꝑvenim⁹ ad
scđm celũ quod totum erat ereum et
habebat in spisso tantũ spaciũ quãtũ
posset homo ire in quingẽtis annis
⁊ tantũdem inter ipsum ⁊ aliud celũ
erat. Gabriel vero pulsavit ad portã
⁊ cõfestim venit ad nos quidã ange
lus qui aperuit nobis eã ⁊ hic ange-
lus ita magn⁹ erat ꝙ tenebat caput
suum usqȝ ad celuȝ septimũ ⁊ pedes
suos etiã usqȝ ad fundũ terre. ¶ Hic
narrat ꝙ vidit angelos qui septua-
gesies millesies habebãt maiora cor
pora ꝙ habuerunt aliĩ ãgeli quos vi-
derat in alio primo celo ⁊ quõ saluta
uit eos ⁊ q̃liter ipsi ꝑcognito suo no
mine p gabrielẽ salutaverũt eũ sicut
supradictũ est. Narrat etiam ꝙ vidit
inter eos ioseph filiũ iacob etate se-
nẽ ⁊ sedentẽ in claritatis sede quez
cũ salutaret ⁊ a gabriele cognosceret
ꝙ eẽt machomet⁹ dixit ꝙ ipe etiã sa
lutavit eũ ⁊ dixit ei bõa nova ⁊c̃. Pro
fecti ergo inde pervenerunt ad ter-
tium celum quod totum dicit fore
argenteum: ꝙ habebat in spisso spa
cium itineris hominis per quingen
tos annos et tantũdem etiam inter
ipsum et quartum celum. ¶ Narrat
hic quomodo vocante ad portam ga
briele venit ad eos quidam angelus
ita magnus ⁊ fortis ꝙ si aliquis po-
neret super palmam eius totum mũ
dum cuȝ omnibus que in eis sunt ni
hil inde sentiret. Dicit etiam ꝙ vidit
ibi angelos valde magnos habẽtes
facies vaccarum ⁊ manus claritatis
ordinati per acies ⁊ ita stricti ⁊ con-
iuncti ꝙ homo non posset soluȝ pilã
mittere inter eos ⁊ quomodo eos sa
lutavit ut supra. Dicit etiam ꝙ vidit
inter eos enoch ⁊ helyam sedentes su
per sedes claritatis ⁊ quomodo ga-
briel: notificavit ei nomen macho-
meti ⁊ ipsi suo nomine audito quali
ter eum salutaverunt ut supra. Per-
venientes ad quartum celum dicit ꝙ
erat totum de auro purissimo ⁊ ꝙ ha
bebat tantum de spisso quantum ho
mo posset ire in quingentis annis ⁊
tñ inter ipsum ⁊ aliud quintum celũ
¶ Dicit etiam ꝙ pulsante gabriele
ad portam venit ad eos unus ange-
lus qui ita magnus erat ꝙ super pol
licem dextre sue manus tenebat oẽs
aquas dulces ⁊ super pollicem sini-
stre amaras. Dixit iteruȝ ꝙ vidit ibi
septuaginta milia angelorũ qui oẽs
habebãt facies aquilarum ⁊ corũ q̃li
bet septuagita milia alarũ ⁊ quelibet
ala septuagintamilia pennarum et
quelibet penna in longitudine habe
bat septuagintamilia cubitorum in-
ter quos dixit se vidisse aaron sedẽ-
teȝ in sede claritatis diademate splẽ
dido coronatum ⁊ quomodo saluta-
vit eum ut supra. ¶ In quinto celo
quod dicit totum esse de perla ⁊ ha-

bere tantum spacij in spisso sicut est itineris hominis per quingētos annos ⁊ tantūdem inter ipsum ⁊ celum sextum vocante gabriele asserit ꝙ venit ad eos quidam angelus qui totus erat de igne et habebat septem milia brachiorum ⁊ in quolibet brachio septem milia manuum ⁊ in qualibet manu septez milia digitoꝝ ⁊ ꝙ quilibet illorum digitoruz laudabat deum septem milibus horarū in die. Dicit etiam se ibi vidisse multitudinem angelorum quorum facies erāt ad modum vulturum ⁊ quomodo salutauit eos vt supra Et iter eos narrat se vidisse moysen pulcherrimuz super sedem claritatis sedentē ⁊ quomodo salutauit euz ⁊ qualiter cognito eius nomine a gabriele eis dicit Scias machomete ꝙ deus te vult et populum tuum magnis ieiunijs et non paucis orationibus onerare: tu autem roga ipsum vt alleuiet ea tibi qꝛ populus tuus aliter sustinere nō posset In sexto celo quod dixit totū eē de smaragdo ⁊ habere ī spisso iter quingētoꝝ annorum ⁊ tantūdem itineris inter ipm ⁊ septimum celum Narrat etiam ꝙ gabriele pulsante ad portam venit ad eos quidam angelus qui septuagesies milies erat maior ꝙ aliquis ex alijs quos primo viderat ⁊ ꝙ talis erat eius magnitudo ꝙ si ipse vellet facere celuz absorberet atq terrā ⁊ nullus ꝙppe presentiret. Dixit etiam se vidisse ibi alios angelos qui septuagies milies maiores erant omnibus prius visis et ꝙ omnes erāt de smaragdis ⁊ perlis et de rubinis auro et argento intermixtis ⁊ equus gabrielis erit similiter inter eos Dixit ꝙ salutauit eos ⁊ ipsi nomine suo a gabriele cognito etiam salutauerunt eum ⁊c. vt supra ⁊ inter eos se dixit vidisse Abraham in sede maiestatis fulgentem plusꝙ sol. ⁊ quomodo salutauit eum ⁊ ipse a gabriele cognito eius nomine dicit ꝙ salutauit eū ⁊ dixit ei inter cetera ¶ Scias machomete ꝙ deus multū te diligit ac te inter alios nuncios suos ꝑcolligens amore tui valde populum tuū amat dico nāq tibi ꝙ parapisus totus ē plen⁹ hijs verbis scz zoghay halla bille dille halla: qđ interpretatur sit honor ⁊ laus deo ⁊ sibi gratias reuelamus qꝛ nō est deus alius preter eū nec est virt⁹ aut potestas alia nisi ipsius dei altissimi atq magni ⁊ dicit ꝙ rogauit eū abraham ꝙ moneret ppl'm suum ⁊ diceret frequenter verba illa ⁊ ꝙ diceret etiam populo suo ꝙ muri paradisi sunt de auro purissimo: ⁊ menia de auro puro ⁊ calx de musto ⁊ ꝙ hic paradisus erat preparat⁹ sibi ⁊ omnib⁹ credentibus ⁊ tenentib⁹ legē eius. In septimo celo quod totum dicit esse de rubino clarissimo ⁊ rubicundissimo et habere in spisso iter quingentoꝝ annorum ⁊ tantundem inter ipm ⁊ octauum celū. Narrat ꝙ pulsante gabriele ad portam venit ad eos quidā angelus quem nemo qualis erat recitare valeret nisi solum de⁹ qui ipm fecit ⁊ creauit Dixit etiam ꝙ cum introisset vidit quosdam angelos quorum magnitudinem ⁊ formam recitare non audet: quia deus sibi inhibuit ne alicui viuenti reuelaret dicit tamen ꝙ habebant oēs oculos eleuatos ad deū ⁊ laudabāt deū ⁊ ꝙ surrexit inter eos vn⁹ q erat celi almocadē qđ interpꝛetat arabico eloqo velut

ille qui vocat sarracenos cū orationes
suas facere debēt ⁊ tā cito cū surre-
xit ad oratiões vocare incepit dicēs
halla huba kibar qđ interpretat̄ ma
gnus ē de⁹. Post hoc aūt dixit le hil-
le halla illala qđ interp̄tat̄ nō est de⁹
ali⁹ nisi de⁹ Dixit etiā adhuc harse-
du le hialla hillasla. qđ interpretatur
testificemini similiter machometum
nuncium dei esse: dixit etiā postea ha
ya lasala halya lalphala qđ interp̄-
tatur venite ad orōnes vestras ⁊ ad
ꝓfectum vestrū ⁊ dixit ꝙ ipse fecit si
mul cū illis āgelis duas orōnes par
uas ⁊ gabriel dixit sibi qđ de⁹ ꝓfece
rat eū super oēs alios nūcios ⁊ sup
oēs quos viderat in septem celis su
perius enarratis. ¶ Dixit etiā ꝙ in-
ter illos angelos vidit adā senem in
sede claritatis sedentē coronatū co-
rona claritatis purissime ⁊ quō cū sa
lutauit ⁊ adā eius cognito noīe a ga
briele q̄liter etiā ip̄m salutauit ⁊ in-
ter cetera dixit Scias machomete
tu q̄ pater es filioꝝ meoꝝ ꝙ paradisus
clausus est ⁊ ꝙ neq̧ ꝓpheta neq̧ hō
alius introibit quousq̧ tu ibi fcis et
ꝓplis tu⁹ statuit q̧z dn̄s ita eē. ¶ In
octauo celo qđ dicit totū esse de vno
topasio pulcherrimo ad vidēdū mor
talib⁹ incognito qđ habebat ī spisso
iter quingētoꝝ annoꝝ Narrat ꝙ pul
sante gabriele ad portā venit ad eos
quidā angelus de claritate tot⁹ cui⁹
claritas septuagesies milies maior
erat q̄ claritas solis ⁊ ꝙ habebat an
gelus ille septuaginta milia capitū
⁊ quodlibꝫ caput septuaginta milia
facierum ⁊ quelibet facies septuagi
ta milia oculorum ⁊ quilibet oculus
septuaginta milia pupillarum ⁊ que
libet pupilla tremebat septuaginta

horarum in die territa dei metu. di
xit etiam ꝙ vidit ibi alios angelos q̄
erant septuagies milies maiores oī
bus aliis supradictis ⁊ vidit ibi quas
dam kartinas que separabant inter
angelos ⁊ deū: numerum autem illo
rū angeloꝝ dicit ꝙ nemo nouit nisi
solus deus. Ulterius dicit ꝙ intraue
runt primā separationem kartinarū
que erant septuaginta ⁊ venerūt ad
aliā separationē aliarum septuagin
ta diuersorum coloꝝ ⁊ sic de septua
ginta in septuaginta quousq̧ ꝑuene
runt ad alias septuaginta separatiões
q̄ erant oēs de pluis. ¶ Et dixit ꝙ in
uenerunt alias septuaginta separa-
tiones aque ⁊ totidē niuis ⁊ totidē
grādinis ⁊ totidem nebularū ⁊ toti
dem tenebrarū ⁊ totidem ignis ⁊ to-
tidem claritatis ⁊ totidē glorie dei ⁊
totidē celoꝝ oīm quos hō nō cogita-
re valeat ⁊ iter oēs separatiões erāt
tot angeli ꝙ a nemine posset dici nu
merus eorūdē qui nunq̄ laudare deū
cessabunt circa eas eūdo ⁊ veniēdo
⁊ dicit ꝙ ibi reliq̄t cū gabriel solū ⁊
ꝙ assumpto vigore cordis transiuit
omnes illas separatiões quousq̧ ꝑ-
uenit ad illā que erat gloria dei. ⁊ ꝙ
cū ibi appropinquasset audiuit vo-
cem quādā dicentē sibi hagopocodē
ya. ab ibi ya muhagmeth. qđ interp̄-
tatur appropinquate mihi amice ma
chomete. Et dicit ꝙ hoc audito ap-
propinquauit sibi magis. ⁊ ꝙ audi-
uit vocem aliā illud idē sibi dicentē
⁊ ꝓpinquius accedens audiuit illud
idem hec superaddens. ¶ Scias ma-
chomete ꝙ tu es apud me magis ho
norat⁹ q̄ oēs alij nūcij ⁊ magis exal
tat⁹ etiā q̄ oēs alie creature q̄s fece
rim siue sint angeli hoīes aut diaboli

¶ Et dicit q mox appropinquans tantum profectus est q inter deum & ipsum non erat nisi spacium duarum balistarum et q tunc salutauit deum & deus eum. Et quod deus quesiuit ab eo quomodo ppls suus faciebat, & qd ipse rnderat qd erant multu sibi obedientes & quod de⁹ sibi dicit Machomete precipio tibi qd facias ppl'm tuu ieiunare sexaginta dieb⁹ anno quolibet & orationes quinquaginta facere omni die quo dicto dicit qd recessit a deo & rediens inuenit gabrielem & respiciendo mirabilem mansionem dei dicit qd vidit cathedram dei intra quam erant.iiij.elementa & vtruq seculu & paradisus & etiam infernus & celum & terra que omnia creauerat deus intra cathedram illam. Dicit etiam quod habebat.iiij.pedes quor quilibet habebat septuagies milies pl⁹ longitudinis q sit a celo vsq ad terram & quod illam cathedram portant in humeris suis.iiij.angeli quor quilibet habet.iiij.facies scz ante & retro & a dextris & a sinistris & vna facies erat hominis alia aqle alia leonis & alia thauri: & corpora eor plena oculis & quod in fine mundi angel⁹ existens in figura hominis rogabat deum pro hominibus vt misereatur eis & peccata dimittat. Alius existens in figura aquile rogabat deum p auib⁹: alius existens in figura leonis rogabat p bestijs siluestribus & existens in figura thauri pro bestijs domesticis. Innumera alia fatuissima narrat de septem paradisis quos narrat se vidisse inter que dicit q ille qui est in inferiori gradu superioris paradisi habet ad opus suu per omnes partes circa se tantum spaciu quantu homo posset ire in quinq centum annis & q donat ei deus quingentas feminas in vxores et.iiij.milia virginu et octo milia aliarum que non sunt virgines ad ei seruiendum in omnibus rebus suis et q qlibet die venit ad eos quida angelus qui dicet eis centum alphólia que sunt velut panni aurei ad vestiendum et post multa dicit q reliquerunt eum gabriel et aridubam thesaurarius paradisi & iterum rediuit per eandem viam ad deum et q tunc deus dederat ei librum alchorani quem accepit de manu dei et dicit q abstulit deus visu ab oculis eius et reddidit cordi et q sic vidit eum et q ipse deus posuit manum suam super caput suu.ita q ipsius manus frigiditatem in corde persensit & q mox ei omnem scientiam docuit & q sciuit omnes res que fuerunt hactenus et que inposterum sunt future et dicit vlterius q rogauit deum vt alleuiaret supradictas quinquaginta orationes populo suo non ausus erat aliquid dicere de ieiunio ne sibi reputaretur gulositas et q de amore sui alleuiauit eas deducendo ad quinq orationes quas diceret populus machometi omni die: sic q tres de die et due de nocte dicerent et q vnus almocaden vocaret ad dicendum eas et cum vocaret q mitteret digitos suos vbi decet: sequitur q petijt licentia a deo et recessit et cum veniret ad celum vbi erat moyses enarratis superioribus de alleuiatione orationum dicit q eius consilio iterum rediuit ad deum pro alleuiatione ieiunij sexaginta dierum et primo reditu obtinuit decem dies. Secundo alios

decē. Et tertio alios decem quousq̄ nō remanserunt nisi. xxx. dicēs ꝛ sic dicit ꝙ pre verecūdia nō fuit ausus amplius redire ad deum. Et finaliter post innumera alia mendacia que ꝑpter vitandā ꝑlixitatē omitto. dixit ꝙ gabriel reduxit ipm ad scalas per ꝗs ascenditꝛ ꝙ descenderūt simul vsq̄ ad lapidē ꝑnotatumꝛ ꝙ equitauit alborac expeditus a gabrieleꝛ venit ad domū suamꝛ inuenit vxorem suā in lecto q̄ adhuc dormiebat cui enarrauit oīa que ei acciderant. Et post modū predicauit eadem in mequa partibus suis caroisꝗ ꝛ aliis gentibus. ¶ Hec pauca sunt collecta et maximo pelago mendacioꝝ ꝑdicti libri. q̄ dicit scala machometi. ¶ Alibi legit ꝙ cum ꝑdictā visionem narrasset machometus gētibus vniuersis in illis partibus. Sexaginta milia hominū cognoscentes fictiones a lege eius recesserūt ꝛ cū dicerēt ei ascende in celum de die nobis cernētibus ꝛ videamus angelos occurrētes nō recognouit falsitatem suā: sꝫ ait laus deo meo nunquid aliud sum ego quā vnus homo ꝛ nuncius. Ecce visum est fundamētum legis machometi. Uere hec sola fictio visiōis debet sufficere ad confutandum quicquid machometus fecit. Nā non permisit eis spūssanctus mētiri: nisi ita manifeste vt homo clare aduerteret fictionem: nec inde reprobationē ꝑpter claritatem sue falsitatis non solum apud theologos: sed etiā apud naturales philosophos qui vero nō vt homines: sed vt bestie viuūt inuoluti cecitate delitias carnis sequentes velocissimo cursu in damnationis precipitium miserabiliter cadūt O infelix homo innumerabiliū animarum dānationis causa. O rabies ambitionis ꝛ luxurie maledicta machometū decepisti vt alios deciperet. O dei permissio ꝛ iudiciū absconditū ꝛ tā spurcissimo atq̄ bestiali homini ꝛ tā apertis mendaciis homines firmissime adhererant etiā vsq̄ ad mortē. Ipse eīn dixit aliquo modo plus quā angelū aliquando celi nunciū: aliquādo ꝙ pro angelis intercedit ꝛ quō potuit tot angeloꝝ splendores sustinere in celis qui dicebat ꝙ quādo apparebat ei angelus gabriel semꝑ cadebat in terrāꝛ expumans agitabatꝛ incuruabātur manusꝛ pedes eiꝰ. Nec eīn in ꝑdicta visione dicit se raptū sicut fuit paulꝰ. sed dicit ꝙ ascendit simul in corporeꝛ anima: cuius signū est vt supra patuit: q2 dicit ꝙ deus tetigit eū manu suaꝛ sensit frigiditatē eius vsq̄ ad medulā spine dorsi eius ꝛ vsq̄ ad cor: ergo deū ꝛ angelos ponit corporaliter dimēsuratos que est heresis dānata vt supra patuit libro. iii.

¶ De concordia ꝛ discordia legis machometi cū lege xpi in articulis fidei ꝛ in preceptis.



Quinta consideratio ē scire i quo cōcordāt ꝛ discordāt lex xpi ꝛ lex machometi q̄ ad articulos fidei et precepta: lex eīn xpi que excellentissima est vt fuit declaratū libro primo non inordinata est i suis credibilibus: nec in suo processu sicut est lex machometi ex q̄ satis conuincit non esse a deo: q2 q̄ a deo sunt ordinata sunt vt dixit apls

ad ro.xiiii. sicut in operibus nature et sacris scripturis patet cuilibet intuenti: quia cum lex moysi data a deo fuit ordinatissime incepit a creatione mundi. ¶ Deinde prosecutus est ordinem temporis et hystorie: vt patet cuilibet intuenti per totum penthateucum prophetie etiam in suis scripturis ordinate processerunt etiam ordine temporis ostendentes quo tempore vel sub quibus regibus semper etiam seruantes ordinem hystorie. vel ad minus ordinem materie euangelium etiam christi ordinatissime procedit ordine temporis et hystorie et materie deinde et in vita et doctrina et miracula christi. ¶ In alchorano autem nullus est ordo nec temporis quia non dicit sub quibus regibus vel quo tempore nec ibi seruatur ordo hystorie. ¶ Nam primum capitulum a quo incipit dicit rubrica vel apertio libri in quo sine dubio conuenienter incipit ab oratione et laude dei: sed immediate post breuem orationem prosequitur opus et est capitulum secundum de vacca rufa quam immolauit moyses cuius hystoria est in leuitico. Tertium capitulum est de familia nostra quod fuit pater moysi et aaron et statim sequitur. Quartum capitulum de mulieribus et sic de aliis ita inordinate quod non est homo in mundo qui possit de ordine hystorie et capitulorum reddere rationem. nec ibi seruatur ordo materie. nam nunquam vnam materiam prosequitur ordinate: sed statim de vna materia se transfert ad alteram omnino extraneam recte sicut arrepticius: nec etiam ibi seruatur ordo arguitionis vel alicuius probationis: sed tota doctrina est ex suppositione: et ponit vnam propositionem per se veram et ex illa concludit quandam aliam que nihil habet facere cum ea sicut frequentissime dicit quod deus est excelsus et bonus et alchoranum est lex saluationis et quod deus est deus: et quod nullus est alius nisi deus et machometus est propheta veridicus seruus dei et quod nullus est deus nisi deus. Ex quo fit ista conclusio quod machometus est veridicus seruus dei: et quod deus est deus et sic de pluribus aliis dictis inordinatissimis que causa breuitatis omitto. Est igitur lex machometi discordans in ordine a lege christi quod vt clarius videatur et ante sit aliqua concordantia iter eas ad ordinatissimam seriem articulorum fidei christiane descendo vbi tria preambula premittuntur. ¶ Primum est quod articulus in proposito nihil aliud est quam veritas de natura diuina cum gratia secundum hugonem de sancto victore: et hec notificacio datur de articulo stricte et proprie sumpto prout trahitur ad partes symboli apostolorum: cuilibet enim articulo conuenit: et est sensus. Articulus artat nos ad credendum de deo non solum que dicuntur de deo per naturam vt credo in deum patrem omnipotentem hoc enim ad naturam diuinam pertinet sed etiam que per gratiam dicuntur vt qui conceptus est de spiritu sancto: hoc enim pertinet ad gratiam: vnde sensus est articulus est veritas de deo continens naturam et gratiam. Secundum preambulum est quod symbolum secundum naturalem philosophiam dicitur conuenientia. Sic igitur propter conuenientiam intellectuum in veritate vna et propter conuenientiam apostolorum siue patrum in symbolo componendo ac etiam propter conuenientiam scripturarum ex quarum aggregatione factum est: non immerito symbolum fidei appellatur a sym quod est con vel simul et bole quod est sententia quasi sententia multorum simul. Sed quia tria sunt symbola oportet causas institutionis assignare. Unde causa institutionis

symboli apostolorum fuit fidei instructio respectu credendorum ad salutem necessariorum. Causa vero symboli athanasii fuit erroris exclusio propter multiplices errores pullulantes. Ratio autem siue causa symboli patrum fuit fidei explanatio circa dubitationes emergentes. Item symbolum apostolorum submisse dicitur ut status apostolorum et fidelium primitiue ecclesie representetur qui apostoli et fideles non audebant fidem christi usquequaque confiteri in manifesto. Symbolum vero athanasii in prima cantatur ut designetur quod fides est prima mentis illuminatio. Sed symbolum patrum in missa cantatur ut in confessione fidei et deuotione preparetur ad receptionem dominici corporis cuius participes per fidem efficimur. Tertium preambulum est quod si habeatur respectus ad ea que credenda sunt radicaliter articuli fidei sunt .xiiii. quorum septem spectant ad diuinitatem et septem ad humanitatem: et hec signata sunt Apoca. primo in septem stellis et septem candelabris aureis in quorum medio filius hominis ambulat. Sed si habeatur respectus ad eos qui symbolum primum ediderunt tunc fidei articuli sunt .xii. iuxta numerum .xii. apostolorum qui sancto spiritu edocti non est dubium aliquid potuisse latere de his que spectant ad fidei complementum et ut maiorem haberent firmitudinem singuli apposuerunt ibi suas particulas et omnes insimul singulas approbauerunt: et hoc fuit ut una ecclesia que super apostolos fundare debebat haberet unam fidei credulitatem que fides catholica diceretur hec est fides uniuersalis et ab uniuersis apostolis qui erant fundamentum ecclesie uniuersalis et hoc ante dispersionem. Et ideo quia paulus et barrabas electi fuerunt ad apostolatum post dispersionem apostolorum siue diuisionem ad predicandum sicut patet actuum .xiii. in symbolo nihil apposuerunt: et sicut .xii. apostoli sunt .xii. fundamenta ecclesie uniuersalis. sic .xii. articuli fidei sunt .xii. fundamenta muri ciuitatis hierusalem superne quasi .xii. lapides preciosi quos enumerat beatus iohannes in apoca .xxi. dicens et murus ciuitatis habens fundamenta .xii. et in ipsis .xii. nomina .xii. apostolorum. Sequitur fundamentum primum iaspis etc. et isto ordine prosequar in declaratione articulorum et in conferentia concordantie legis et discordantie legis christi et machometi.

¶ De primo articulo fidei et de concordantia et discordantia sarracenorum cum christianis in eodem.



Primus articulus fidei christiane. Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre. Hunc in symbolo apposuit petrus princeps apostolorum. Et hic est primum fundamentum muri ciuitatis hierusalem superne figuratum per primum lapidem preciosum qui dicitur iaspis Apoca. xxi. Hic enim lapis oculos purgat: visum acuit et confortat ut dicitur in lib. de proprietatibus rerum. Et sic iste articulus pertinens ad diuinitatem qui est de unitate dei est principium omnibus credentibus tollendi varios errores gentilium plures deos ponentium et acuendi ac confortandi visum mentis. Item per iaspidem figuratur prima virtus theologica que est fides que nunquam sanctis marcessit: sed semper manet in viro

rem & non plures. que etiam sacramento deseruit qz per hoc significatur q vna est sponsa xpi.s. eccl'a Unde et lamech mortaliter peccauit qui primus plures vxores habuit. In veteri aut testamento licitum erat alicui plures vxores habere ad multiplicandu genus humanum ad cultum diuinu tunc terram replebat fecunditas. nuc autē celu replet castitas. a tempore eniz iohannis baptiste: regnu celoz vim patitur et violenti rapiut illud. In veteri aut testamento a matrimonio non excipiebant nisi .xi. psone. In nouo excipiuntur infinite. & vbi apostolus ait. i. Corin. vij. q̄diu viuit mulier alligata est viro vt non possit alij nubere similiter vir mulieri vt nō possit aliam ducere. Unde vir si plures vxores hēat adulter est. et sicut vna mulier non pōt simul habere plures viros sic nec vnus vir plures mulieres simul. Item dicit apostolus q vir nō hz potestatem corporis sui sz mulier. sic et vir vxore sua viuente nō pōt accedere ad aliā. Cum ergo sarraceni dicant xpm magnu prophetā fuisse quomodo audēt eius verbis contradicere que dicit mulierez nō esse relinquendā nisi causa fornicationis. Ipsi autē multis de causis relinquunt vxores sunt etiaz inter eos qui dicunt mulierez relictam a marito non debere ad eū egredi donec alter cuz ea conueniat: sicut patuit supra cōsideratione quita pceptο. ix. Et sic puaricatores legis & euangelij facti sunt. In lege enim scriptū est vt si quis vxorē suā q̄libet ex causa dimiserit et voluerit. ad eum quoqz regredi ipsius est. sine dubio si tamen eam alter nō sol didauerit. si alter eam tetigerit ab ab illo imperpetuum phibita ē: in euangelio tamen nō est licitū homini vxorem suam sine causa fornicationis dimittere. Et qui dimissam alterius in vxorem receperit adulter et mechus iudicetur. Item si christum credūt tantū fuisse pphetam. et de virgine natum et de spiritu diuino conceptuz vt supradictū est cur non celebrant eius cōceptū vel eius ortum.

¶ Contra baptismuz quo ad ablutionem interiorem.



Octauum argumētū sarracenoz est ꝯ baptismū quo ad ablutionē interiorem. nos enī solam ablutionē corporis dicimus & fideliter cōfitemur nō sufficere ad remissionē peccatoz sz exterior & interior per aquā spūssancti. Sarraceni vero affirmant solā corporū ablutionē p aquā factam sufficere ad peccati remissionē qđ volunt multiplici auctoritate pbare. Ait enī Ezechi. xxxvi. Effundā super vos aquā mūdam et mundabimini ab oībus inquinamentis vestris. et iohānes baptista fuit baptizans in aqua tantū. Mathe. iij. Mar. i. Jo. i. Naaman etiā ablut9 septies in iordane liberatus fuit a morbo lepre. iiij. Reg. v. per qđ significat q aliquis p solā ablutionē liberatur a peccatis ade. His ergo auctoritatibus dicti sarraceni

asserunt quodlibet peccatum mortale homini remitti per solam aque ablutionem sine confessione et contritione. Dicendum ergo quod non sufficit ablutio discreto et adulto sine contritione et confessione nec puero sine trinitatis innocatione. Ezechiel vero aquam illam vocat mundam que sanctificatur per verbum. iuxta illud Augustini. Accedit verbum ad elementum et fit sacramentum. Johannes autem non baptizavit in peccati remissionem et sanctificationem sed in assuefactionem vel significationem nec peccata baptismo eius remittebantur. Ablutio autem aque qua naaman purgatus erat a lepra significabat baptismum christi quo quis liberatur a culpa. Ablutio autem aque qua fit peccati remissio in baptismo iterari non potest vel debet quia significat passionem christi et mortem que iteranda non est nec sacramento baptismi debet fieri iniuria. Semel ergo valet aque ablutio. i. baptismus puero vel adulto iterata non prodest. Errant ergo pagani qui singulis ablutionibus corporum suorum credunt sibi remitti mortale peccatum quia si tale esset videretur esse peccati incentivum. Isti etiam multa de lege veteri observant et ita quodammodo iudaizant quia vt supra patuit porcum non comedunt: plures vxores simul ducunt etc. Et iam in primo libro ostensum fuit legem moysi abolitam fuisse quia veniente veritate cessavit vmbra et figura. christus etiam eam ostendit consummatam et in se impletam cum pendens in cruce dixit consummatum est vt patuit ibi supra.

¶ Contra venerationem imaginum.



Nonum argumentum sarracenorum est contra ymagines que habentur in ecclesiis ipsi enim cum iudeis insultantes contra nos dicunt hec nobis non licere quia facimus contra divinum preceptum Exo. xx. Deu. xxvii. et Levitici. xxvi. scilicet non facies tibi sculptile nec omnem similitudinem etc. Derident etiam christianos quia effigiant deum sublimi sedentem solio et circa eum magno dignitatis fastigio aquilam hominem vitulum et leonem. Ad hoc dicendum est quod si lex mosayca prohibuit nullo modo sculptile fieri: peccavit moyses qui fecit imagines cherubim. Exo. xxv. et. xxxvii. et posuit in templo. quotienscumque etiam thurificabant ante archam et adorabant similiter faciebant ante cherubin. Salamon fecit etiam vt dicitur. iii. Regum. vi. duo alia cherubin maiora et omnes cortine que erant in tabernaculo erant intexte multitudine cherubin. Et si dicas illud precepit deus et erant imagines angelorum non hominum. dico quod verum est quia tunc non erant homines tales vt mererentur adorari et imagines eorum quia erant increduli et rebelles nec erat honestum quod sue anime essent in inferno et quod eorum imagines adorarentur in terra. sed postquam deus assumpsit carnem humanam factus figurabilis et anime sanctorum sunt in paradiso non est inconveniens quod eorum imagines sint in ecclesiis et venerentur ab hominibus. Quod autem dicit non facies sculptile etc. Legislator declarat dicens

nō adorabis ea neq̧ coles. nō enī; prohibetur in illo precepto facere quācunq̧ sculpturam vel similitudinem: sed facere ad adorandum. Ideo subditur: nō adorabis ea neq̧ coles eo scilicet modo quo gentiles faciebant in veneratione deoꝝ suoꝝ. i. demonū qui erāt dij alieni quos prohibet colendos eē dicēs Non habebis deos alienos coram me. quali aūt spē adorationis deus adoraī ꝛ quali xp̄i crux ꝛ imago virginis ac sanctoꝝ et de institutione imaginū oim errore exclusio latissime dictū est supra libro. iij. cōsideratiōe. iiij. argumento. xxiiij. vide ibi. ꝙ aūt deus pingitur a xp̄ianis in throno cū. iiij. animalibus nō est irrationabile qꝛ cū ezechiel ꝓpheta viderit illā similitudinē et scripsit p̄nt xp̄iani ad memoriā pigeī.

¶ Qd̄ lex mosayca et lex euangelica sunt corrupte per iudeos et christianos.

Decimum argumentum sarracenoꝝ est contra veritatem vtriusq̧ legis sc; xp̄i et moysi: quas dicunt esse corruptas per iudeos et xp̄ianos. Ad quod declarandū. Notandū est ꝙ inter cetera ex quibus pōt manifeste videri ꝙ alchoranū non est lex dei eo ꝙ ei non attestaī lex vetus nec euangeliū que ambo alchoranū testatur ꝙ sint vere lex dei. Sed ip̄e machometus seipsū; cōmendat ipse de se testimoniū ꝑhibet. nos aūt inuenimus legē dei esse quandā cautelā cōtinuā ab eodē artifice fabricata; vt vnus aut nullus alteri coherent et correspōdeat. Et vnus propheta de altero ꝓphetat et mentione; faciat ꝛ oēs alij ꝓphetauerunt de xp̄o sicut patuit in libro. i. Si igitur lex sarracenoꝝ esset lex dei et vocatio ad legē illā nō eēt ꝑuersio s; ꝯuersio: vt ipsi dicūt quomodo omnes alios ꝓphetas latuisset ꝙ nullus de eo dixisset aliquid. nos aūt non inuenimus ꝙ moyses vel aliquis prophetaꝝ vel ipse xp̄s aliquid dixerit de machometo vel de sua lege nisi qñ dixit de pseudo prophetis cauendis. dixit etia; xp̄s ꝙ lex ꝛ prophete vsq̧ ad iohanne; ꝓphetauerūt vt mūdus sciret ꝙ generalis ꝓpheta nō esset venturus vlterius. machomet⁹ aūt se dixit generalē ꝓphetā ꝙ aūt ipse non sit propheta vtiq̧ scimus. Ad hoc aūt respondēt sarraceni dicentes ꝙ Moyses et alij ꝓphete prophetauerunt de machometo ꝛ ꝙ etiam xp̄us prophetauit expressius omnibus qꝛ dixit etiam nomē eius. Unde dixit filijs israel euangelizo vobis de legato dei et nomen eius machometus. Sed cū talis scriptura non inueniatur in euangelio christi dicunt sarraceni ꝙ iudei corrupuerunt legē moysi ꝛ ꝓphetarū et christiani corrupuerūt euāgeliū et nō remāsit nisi quātū est in alchorano de veritate legis euāgelij. Sed ꝙ hoc nō possit stare Primo probo per alchoranu; eorum. Nam dicitur in capitulo de iona. si fueritis in dubio de hoc qd̄ reuelauim⁹ vobis petatis ab illis q̄ legerūt librū pri⁹ ꝙ nos. Illi aūt qui prius legerint librum ꝙ sarra

ceni sunt iudei et xpiani qui recepe
runt penthateucū et euangeliū sicut
exponit machometus. ergo macho
metus dicit sarracenis: vt petāt a
iudeis et xpianis de dubijs: sed vt
ipsi dicunt pphēta veridicus esset
machometus quomodo eos ad mē
dacia testimonij mitteret: non igit
erant viciati libri iudeorum et xpiano
rum tēpore machometi: nec possūt
dicere ꝙ postea fuerūt viciati. nam
dicitur in caplo helgagar: quod in
terpretatur recordatio. Nos inquit
in persona dei descendere fecimus
recordationē dei. et nos eādem cu
stodiemus. lex moysi et euangeliū
apud eos dicitur recordatio. igitur
deus semper apud suos fideles te
stimoniū sue creature seruauit an
te machometum: et cōseruabit etiā
Post primo in capi. helmaide: qđ
interpretatur mensa. Dicitur ꝙ iu
dex quidam dixit machometo quo
modo iudei querebant iusticiā et iu
diciū ab eo si venerint ad te iudica
inter eos iuste: qꝛ deus diligit iusti
ciam facientes. et quomodo ab ipso
peterēt iusticiā cum sit apud eos
vetus testamentū in quo est dei iu
sticia. Preterea talis corruptio scri
pturarū non potuit esse generalis
seu manifesta: quia sic alie natiōes
sciuissent: nec particularis et occul
ta: qꝛ sic aliqui codices integri et in
corrupti remāsissent: sed in omni
lingua et in oī pruincia inuenit lex
et euāgeliū eodēmodo scripta. Pre
terea quattuor euāgelia nō sūt scri
pta nec eodē tpe nec eodē loco nec
eodē idiomate nec ab eodē scripto
re. Sed mattheus in hebreo in iu
dea. Joannes in greco in asia. Lu
cas in greco i achaya. Marcus in la
tino in italia euangeliū scripsit. et
eorum translatio facta est in latino p
hieronymū et per alios ante tēpo
ra machometi et remāserunt exem
plaria in oībus linguis: ergo non
potuerunt p aliquos falsarios vi
ciari quin manifeste sciret. Preter
ea nihil est in fide xpiana ita maxi
me arduū sicut incarnatio dei. s. ꝙ
homo ille sit deus. Et istud fuit ma
xime difficile suadere mundo. Vñ
et romani et alij pagani pter hoc
persecuti sunt xpianos trecētis an
nis continuis generaliter et distule
runt recipere fidē et euangeliū: qꝛ
dicebant ꝙ hō ille erat deus: non qꝛ
nō recepissent homies et mulieres
plures deos et deas: sed qꝛ xps fu
it dictus deus absqꝫ licentia roma
norum qui ipsi phibuerant ꝙ nul
lus diceret deus sine auctoritate se
natus. et etiam qꝛ iste deus non pa
tiebatur cōsortem. Nā si istum deū
recipent cogebāt oēs alios relinq
re qđ etiā erat ꝯ pacta pruinciarum et
leges et ꝯsuetudies romanorum sicut
supra patuit lib. i. cōsideratiōe. iiij.
artic. i. in examine. iiij. Quō igitur
xpiani in dānationē suā et detrimē
tū fidei et puocationē romanorum pn
cipū mūdanorum hoc maxie arduū et
minus suasibile in suis scripturis et
euāgelijs addidissent: oēs eni con
sentiebāt hāc legem esse sanctissi
mā et rationabilissimā hoc solo ex
cepto ꝙ rationē hoim excedit. s. ꝙ
ille hō sit verus deus et verus hō. ma
gis igit xpiani si aliquid de euan
gelio mutassent qđ erat arduum et

minꝰ suasibile a principio subtraxissent vt plures ad fidē accederēt et addidissent aliquid suasibile ꝙ ecōtrario. Preterea quō xp̄iani cū iudeis potuerūt cōuenire a q̄bus odio tam antiquo discōueniūt nec eū iudei dicūt xp̄m esse deum nec bonū hoīem. Uñ q̄tum ad hoc magis conueniūt xp̄iani cū saracenis qui dicūt ad minus xp̄m fuisse sanctissimum hoiem. Preterea xp̄iani ante aduētum machometi fuerunt diuisi in diuersas sectas ꝛ p̄cipue orientalis in iacobinos et nestorinos: nestorini aūt maxime cōueniunt cum saracenis ꝛ machometus mādauit eos singulariter honorari. ꝛ quomodo cōuenissent nestorini cum iacobinis qui tāto odio diuidūtur ad viciādum euangelium ꝙ adinuicem occiduntꝛ ꝛ tñ inueniūtur apud vtrosq̄ euāgelium oino idē sicut et apud nos. Preterea nomen machometi quare xp̄iani subtraxissent de euangelio cū ipse tñ cōmandauerit xp̄m ꝛ matrē suam ꝛ euangeliū: vt dicit in alchorano ꝙ in euāgelio xp̄i est directior perfectio ꝛ nō subtraxerūt inde nomē pylati qui flagellauit euꝫ ꝛ nomen iude qui ꝑdidit eū ꝛ nomē diaboli ꝛ quare xp̄iani posuissent in euangelio ꝙ xp̄s sit vere mortuus ꝛ crucifixus q̄ nunc videnꝛ ei cōuenire cū sit vere deus vt in euangelio habetur ꝛ quō videtur consequens ꝙ duo tamdiuersa posuissent de xp̄o scꝫ ꝙ sit vere deus ꝛ vere mortuus Preterea dato ꝙ potuissent in omnibus libris ponere: sed q̄s potuit oibus suadere: et in cordibus gentium scribere ꝙ hunc occiderūt et tamē hoc suasum est toti mūdo: vt susciperēt illud principes ꝛ tyranni philosophi ꝛ sapiētissimi hoīes ꝛ etiā indocti ꝛ paupes ita vt etiā calipha de baldaco moriretꝛ xp̄ianus: ꝛ fuit inuenta crux ad collum eius vt testaretur facto ꝙ ipe dñs saracenoꝝ mortuus est vere xp̄ianus. Et ideo iudicauerunt eū saraceni ꝙ sequestratus sepeliretur ab aliīs caliphis qui vidit sepulchꝛū testimoniūꝫ perhibuit. Et scimus quia verū est testimoniū eius. Omnibus igitur modis constat ex auctoritate alchorani ꝛ rōnibus validis ꝛ apertis ꝙ euangeliū est inuariabile ꝛ non viciatū nec corruptū Cum igiꝛ machometus super oēs alios libros cōmendat euāgelium ꝛ post illud vetus testamētum. cogitur saraceni recipe auctoritateꝫ euāgeliū ꝛ veteris testamēti. Preterea i alchorano in ca. helmeīde qd̄ interpretatur mensa dicitur ꝙ familia liberi nihil oino sunt nisi compleant legem ꝛ euangeliū. Familia vō liberi sunt saraceni sicut ibidem ostenditur. Unde dicit nisi compleant legē ꝛ euangeliuꝫ ꝛ qd̄ reuelatum est sibi. Istud autēꝫ qd̄ reuelatū est accipiꝛ alchoranuꝫ qd̄ reuelatū est solis saracenis vt ipsi dicunt. hoc idem ostēditur in multis locis in alchorano scilicet ꝙ familia liberi sunt saraceni secundū intētionem machometi diciꝛ enim saracenus in ca. elneza qd̄ interpꝛetatur mulieres circa finē ꝙ nō vacillent in lege sua. Unde ibi scribitur. O familia liberi nolite vacil-

lare in lege vestra τ non dicatis de deo nisi veritatem τc. hoc idem: scꝫ ꝙ familia liberi sunt saraceni ostē dit expsse in capitulo loꝫ. in fine li bri. Si autē oīno voluerint dicere ꝙ est lex vetus et euāgelium corru ptum ostēdant integrū τ corruptū τ maxime si vniforme ostēderint τ in oībus linguis sicut τ nos ostēdi mus eis τ recipiem⁹. qđ tamē eis impossibile est ostēdere. Patet igi tur dictum saracenoꝝ insipiens et falsuꝫ esse: scꝫ ꝙ testamentū vetus et nouū sunt corrupta. Queramus iterum a saracenis quare nō legūt nec habēt libros istos per maxime cū machometus in alchorano fre quētissime cōmendet legē Moysi τ iob τ dauid. τ dicit psalteriuꝫ li brum luminosum et sup oēs alios libros cōmendat euangeliū in quo dicit ꝙ est salus τ directio: vt di ctum est: q: enim xp̄s cōmendauit moysen et alios pphetas et xp̄ia ni eos nō habebant acceperūt eos a iudeis τ fecerūt transferre de di uersis linguis τ habēt eos autenti cos τ legūt in suis scolis. Non ha bent aliud qđ respondeant sarace ni nisi sicut dictuꝫ est dicere ꝙ illa sunt corrupta. Sed quomodo tan tus ppheta qualē reputāt macho metum tantū cōmendassent exem plaria corrupta τ dixisset ꝙ in eis esset salus et directio vel quō non predixisset imposterū corrūpenda sed potius dixit cōtrarium ꝙ si sa raceni erāt in dubio de alchorano ꝙ peterēt ab illis qui ante recepe rant libros: scꝫ a xp̄ianis τ iudeis sicut supra dictū est in ca. de Jona potius aūt dixisset nō credatis eis q: habēt libros corruptos. Non est alia causa quare nō legunt sarace ni pdictos libros nisi q: sciunt sa piētes ꝙ de facili dephenderetur falsitas alchorani. Si libros san ctos τ veraces legerēt. Unde τ al choranus sibi maliciose puidit et posuit quattuor remedia ne desere retur a suis τ ne falsitas eius dep hēderetur. Primū est: q: mādauit eos occidi qui cōtrariū alchorano aliqui dicerēt. Scđm ꝙ cū alteri⁹ secte hoibus non disputarēt. Ter tium ꝙ phibuit ne eis crederēt di cit enī in ca. vestra nō credetis ni si illi qui sequit legē vestram cū tñ dicat ꝙ in euāgelio est salus τ dire ctio. Quartū est ꝙ ab eis totaliter separētur τ dicant mihi lex mea et vobis vestra τc. Et post vos ab eo liberi ꝙ operor. τ ego ab eo liber ꝙ opamini. τ hec dicit in ca. Jone Si igitur saraceni bene acciperēt cōsilium alchorani pculdubio diri gerētur haberēt enī euangelium τ legē moysi τ alias scripturas san ctas maxime cū ipsum alchoranū cōmēdādo moysen dauid salomo nem et alios pphetas frequētissi me dicat ꝙ non pfert vnum alteri.

¶ De bellis τ triūphis saracenoꝝ τ xp̄ianorum per arma corporalia a tpe machometi vsqꝫ ad presens.

Una cōsidera tio hui⁹ libri est de bel lis et triumphis sarace norum τ xp̄ianoruꝫ per arma corporalia a tempore macho meti discurrendo vsqꝫ ad presens

tempus. Sicut eni ante icarnatio nem populus electus τ peculiaris dei erat popul⁹ iudeoꝝ τ ꝓpterea eis prouidit tanq̄ filiis de flagello correctionis.s. populū gētilium a quo sepe captiuabanť τ occideban tur cū diuina ꝑcepta transgredie bantur sicut dicit Amos.iij. tantū modo vos elegi ex oibus cognatio nibus terre. Idcirco visitabo sup vos oēs iniq̄tates vestras. τ apoc. iij. Ego quos diligo arguo τ casti go. sic τ post xp̄i incarnationē po pulus electus τ peculiaris dei est popul⁹ xp̄ianoꝝ. Reprobato ergo populo iudeoꝝ ꝓpter xp̄i mortē τ in captiuitatē ꝑpetuo ducto proui dit deus electo suo populo xp̄iano rum de flagello correctiōis: scʒ po pulum saracenoꝝ per quē sepe ca ptiuātur τ occidūtur cum dei pre cepta transgrediūtur et veritatem sue legis relinquunt. pijssimus ta men pater etern⁹ sic a paganis p mittit flagellari filios suos ꝙ eos nō sinit omnino deleri vt in tā par uo populo respectu innumerabilis multitudinis saracenoꝝ q̄ sunt ve lut arena maris sicci τ infructuosi relucerer euidēter eius potentia τ clementia infinita τ sicut gentiles non semꝑ vincebant iudeos: sed se pe ab eis vincebantur mirabiliter cum ꝑcepta altissimi custodiebāt sic τ saraceni nō semper facti sunt victores sed sepe mirabiliter victi sunt a populo electo xp̄ianoꝝ cum secʒ diuinā volūtatem deuotissime conabātur iplorare. zelo sue sacra tissime fidei succensi. τ vt ex diuer sis scripturis τ cronicis colligere potui.clviij.bellis famosis: ꝑsens cōsideratio explicabit: vt habeant in quo cōtemplenť principes xp̄ia ni: q̄ videntes gloriosissima facta alioꝝ principum. rationabiliter de bent animari ꝓpter honorē sacra tissime fidei ad similia operanda. presertim his temporibus in qui bus experimentaliter videmus ꝙ plurimū feruet rabies infidelium vt deleāt de terra nomē xp̄ianum.

¶ Vincūt saraceni fugato theodo ro τ aufertur tributū romanoꝝ.



PRimū bellum inter saracenos τ xp̄ia nos factuʒ fuit in affri ca circa annū dn̄i sexin gētesimū.lix.tp̄e eraclij imꝑatoris τ bonifacij pape.iiij. Causa autē predicti belli fuit: q̄ cū machome tus astutijs suis puertisset gentes illius terre τ plurimū aliarū elat⁹ non modicū in supbiam suā cogi tauit quomodo posset contrariari romanoꝝ imperatori et gentes ex trahere ab ei⁹ dominio in seruitu te: et accidit ꝙ ꝑdictus imperator eraclius misit nūcios suos ad pre dictos affricanos pro colligendis tributis vt moris erat. ꝙ cum ma chomet⁹ sciuit: venit ad eos in ma nu forti τ negato tributo eos occi dit propter qd̄ eraclius imperator congregauit magnū exercitum et prefecit ei ducem fratrē suū theo dorum qui imperiū oriētis de ma nu ei⁹ tenebat. Veniēs ergo in af fricam pugnauit cum machometo et deo permittente victus est theo dorus τ fugit: regressusq̄ʒ ē ad im

peratorem eraclium sine honore.

¶ Vincunt saraceni et aufertur obedientia imperatorum romanorum in affrica.



Secundū bellū saracenorū contra xpianos factū fuit circa idē tempus in affrica cū enim predictus theodorus fugiens in primo bello ad imperatorē fratrem suum rediret et omnia ut acciderant narrasset. Imperator cogitans predictum machometū rebellantem subiugare maiorē exercitum cū predicto fratre suo destinauit. Sed licet romani multi essent cum venirent in terram et viderent potestatē machometi pauore cōcussi voluerunt se retrahere ad quoddam castrum qd dicebatur gabatin. quod cum machometus intellexit venit post eos plures eorum occidēdo et vulnerādo: et licet resumptis viribus christiani contra eos facies ostēderent finaliter tamen occisus est theodorus frater imperatoris et romani victi sunt omnesque ibi perierūt paucis exceptis qui in mōtibus se absconderūt. nam cētum quinquaginta milia de exercitu imperatoris domino sic pmittēte prostrati sunt et extunc sublatum fuit romanū dominium in affrica et iugum seruitutis affricanorum cessauit. De his duobus bellis latius dictum est supra cōsideratiōe. ij. in secūdo puncto cum de ambitione machometi ageretur. Et si queras cur deus permisit sic christianū populū dilectū suum per saracenos flagellari. Respōdetur quod sepe deus iuste flagellat populū suum propter peccatum principis: sicut patet. ij. Reg. de flagello quem misit deus in populum suū propter peccatum regis dauid sic in proposito. Nam ut alique hystorie tradunt pdictus imperator predictum conflictum enticis errore fuit maculatus et cum filia sororis sue martina nomie matrimonio coniūctus. alie aūt hystorie dicunt quod erat auersus a fide catholica: et corruptus ab anastasio patriarcha iacobitarum et ita est opinandum. Nam quādiu tenuit veram fidem omnia sibi prospere successerunt. sicut patet de victoria quam habuit contra cosdroe regem persarum et de portatione ligni sancte crucis in hierusalem: sicut plene habetur in hystoria exaltatiōis sancte crucis. Nihil enim est quod ita nequeat occasui subiacere quam vera religio: nihil quoque lumine clariore pfulget quam recta fides in principe.

¶ Vincunt christiani et rex saracenorum captiuatur.



Tertium bellum saracenorū et xpianorū tpe eiusdem eraclij imperatoris accidit. Causa aūt quare illud bellū accidit ut ferūt quedam hystorie saracenorum fuit hec: quia dū quidā miles eraclij imperatoris distribuerat togas siue quitationes militibus et inter alios etiam saraceni sub imperatore militātes venissent ad accipiēdum togas: pdictus miles sine spada illis saracenis indignāter dixit vir

sufficit imperator dare togas militib⁹ christianis ꝙ tomagis istis camibus. Illi dolore ꝛ pudore incitati recesserunt sine vale. ꝛ cum venerunt vltra mare narrauerūt omnia sarracenis. ꝛ sic eos immouerūt ꝙ omnes venerunt vno corde: vt pugnarent contra xp̄ianos. Postꝙ ergo maria trāsiuerunt cōmissum est terribile preliū. ꝛ multi ceciderunt ex vtraqꝫ parte. Uerūtamen victoria cōcessa est xp̄ianis: ꝛ rex sarracenorū captus est in prelio: ꝛ multi aliī sarraceni milites cū eo. Circa idem tēpus fuit terremotus magnus in terra: ꝛ apparuit in celo signum ad modū ensis triginta diebus: quod ostendebat dominiū qd sarraceni debebant habere.

¶ Uincunt sarraceni: ꝛ trāsfertur lignum sancte crucis a hierusalem in constantinopolim.



Quartū bellum sarracenorum ꝛ xp̄ianorum accidit post predictū bellum paucis elapsis diebus tempore predicti eraclii imperatoris. ꝛ sedente in cathedra petri honorio primo. In quo bello mortui sunt multi ex vtraqꝫ parte. ꝛ sarraceni acceperunt terrā syrie ꝛ damasci ꝛ egypti. Eo tēpore eraclius imperator cum esset astronimus vidit regnum vastādū a gente circumcisa quare mādauit dagaberto regi frācorū: vt omnes iudeos in regno suo preciperet baptizari. quod ꝛ factū est: sed in hoc deceptus fuit: quia gens circumcisa. fuit gens sarracena: non iudaica. vtraqꝫ enī circumcisione obseruat siquidem sarracenus: vt dictū est romano imperio rebellantibus et vastata syria damasco atqꝫ egypto compulsi sunt christiani crucē dn̄i a hierusalē Constantinopolim apportare: cuius maior pars post multa tempora ad instantiā Ludouici regis francorū xp̄ianissimi anno dn̄i millesimo ducētesimo sexagesimo septimo. parisius est trāslata. Predict⁹ ergo eraclius imperator ꝓpter infidelitatē destitut⁹ a deo xxx. imperiī sui anno diem clausit extremum.

¶ Uincunt sarraceni et capiuntur syracuse.



Quintum bellū sarracenorū ꝛ xp̄ianorū accidit circa annū dn̄i septingentesimum sexagesimū. Imperante constante eraclii nepote et sedente in cathedra Petri theodorico primo. Predicto enī tēpore audiētes sarraceni christianorum discordiā capta alexandria subito cū multis nauibus ceciliā inuaserant: ꝛ syracusas ciuitatem celebrem cecilie violenter ceperunt stragem magnā per totam ceciliam fecerūt populorū vix paucis euadentibus qui per iuga montium ꝛ munitissima castra fugerūt sarraceni quoqꝫ facta magna cede hominū recesserunt predā magnā secū apportātes vna cum ornamētis que constans de vrbe secum tulerat. Si autem queratur cur deus permisit populū suum tam aspere

flagellari. Rationabiliter respondere potest: quod propter peccatum principis. sicut dictum est de eraclio imperatore. Unde iste imperator constans fuit pessimus. in omnibus impius et crudelis cōtra catholicos. Cū enim acephalitarū heresi lapsus esset qui cum entice vnam solā naturam vnāq3 voluntatē in xp̄o dn̄o contra veritatem catholice fidei asseuerarant plures catholicos eo quod sue nolebāt acquiescere heresi: verberauit crudeliter exulauitq3 iniuste: et per diuersa loca carceribus mancipauit qui cū omnibus esset erosus; vtpote quia erat reprobatus a dn̄o cogitauit italiā de manibus et potestatibus longobardorū eripere. et ibidem dn̄m suum dilatare suāq3 sedem imperialem constituere in eadem. Et licet qd non conceperat executione demandauerit cū proficisceret contra longobardos recedentes de neapoli versus romā. et cū per. xij. dies in vrbe resedisset inuidens et dolens romā tam pulchris tamq3 mirabilibus edificijs adornari contra ciues et vrbem iniquitatis sue venena diffundens in maiorē partē eorū que adornamētū et decorē vrbis cōstructa fuerāt ab antiquo ornamenta. s. marmorea erea: et multa alia bona ipse deponi mandauit adeoq3 processit sacrilega eius et prophana impietas vt etiā ecclesiam beate dei genitricis marie et oim martyrū que pātheon vocabat antiquitus discooperiri ereis tegulis fecit. et dicta ornamēta inuexit in tyberim: fecitq3 cōstātinopolim apportari. iniquitas ergo huius imperatoris causa fuit flagelli populi xp̄iani: sed tantarū iniquitatū merito penam luit. Nā cū impius imperator secreto in balneo lauaretur suiq3 milites eius seuiciam ferre non volentes occiderunt eum. Diligēter est ergo hic attendendū qualia sunt premia impiorū quod dum enim bonus fuit et sancte ecclesie debitā reuerētiā exhibuit sibi prospera successerunt. Sed cum se auertit a fide catholica mox infeliciter vixit. et fine infelicissimo diem clausit extremum.

¶ Uincunt sarraceni et fugit imperator romanorum.



Sextum bellum inter arabes et xp̄ianos vt narrat generalis hystoria hyspanie accidit circa annū domini sexingentesimū sexagesimūoctauū. Imperante constantino predicti constantis filio. Hic cōgregauit plusquam mille naues et transiuit maria vt bellaret cū moabin rege arabū. Ille vero cognito eius aduentu misit cōtra ipsum quendā militem strenuū nomine andallā et cōmisso duro certamine victus est imperator. et relicto cāpo fugit ad naues et regressus est constantinopolim cum paucis: quia multi de suo exercitu perierāt et captiuati sunt. in hoc imperatore nō minus admirandum est iudicium dei quod in precedentibus. quia illi suo peccato puniti. hic vero non: quia malus victus est ab infidelibus: sed vt in dei timore conseruaretur et malis preberet exemplum ne desperent in tri

bulationibus qui bonos permittit tribulari: vt de iob et thobia sacra scriptura exemplariter ostēdit vel forte quia indiscrete se cōmisit predicto certamini non tantū de deo quantum de sua potētia confidēs. Unde predictus imperator bonus catholicus fuit et modestus. Primū quoque qd fecit iusta et debita vindicatio patris sui: quā omnes quos in mortem patris conspirasse comperit: crudeliter interfecit. et ecclesias que a tēpore eraclij proaui sui imperio ab hereticis destructe fuerant reparauit contra omnes clericos et laicos principes et prelatos achephalorū et monachilatarū heresi maculatos tanquam verus catholicus et zelator fidei catholice sine fine repromissione processit: et per istū secundum omēs hystorias reparata est fides in grecia: que tempore patris sui tota corrupta fuerat et integrata est etiā pax et fides inter latinos et grecos extirpatis hereticorū zizaniis per principem memoratum. In quo est mature ac prouide attendendū quantum facit bonitas principis ad soliditatem fidei: et bonum et quietem statū ecclesie et econtra malicia et infidelitas principis quantum nocet. quod ostendunt isti duo principes pater et filius. pater enī quia malus et infidelis fuit et vilis hereticus fidem in oriēte corrupit statū que ecclesie annihilauit. Filius vero quia bonus iustus verusque catholicus erexit ecclesiam et fidem catholicam reparauit.

¶ Uincunt sarraceni et perdit totaliter nomē christianorum in affrica.

Eptimū bellum inter arabes et christianos circa idē tempus accidit in affrica. in qua licet sarraceni nimium essent multiplicati christiani tamen nondum erant totaliter deleti. Unde supradictus abdalla. de quo in precedenti bello fecimus mentionē veniēs in affricam: vt eā subiugaret imperio moabie regis sui. exiuit in occursum eius comes Gregorius qui tunc ibidē morabatur. et bellauerūt simul ambo: sed finaliter victus fuit comes perdidit que ibi multos de suis ac relicto campo fugit. et extunc perdiderūt christiani honorem suum qui in affrica habitabāt et tota illa terra fuit posita sub infideli potestate.

¶ Uincunt christiani et sarraceni efficiuntur tributarij.

Ctauū prelium iter sarracenos et christianos accidit circa annū dñi septingētesimū septuagesimū septimū tempore predicti imperatoris. Tunc enī sarraceni et romani vt in generali hystoria hyspanie continetur: magnū prelium habuerūt et cesa sunt de sarracenis tria milia pugnatorum. quo anno mortuus est papa deodatus. Sarraceni autem eo tempore posuerunt treugas cum romanis p. xxx. annos sub hac tamen conditione quod sarraceni darent romanis tria milia libras auri. et quinquaginta equos bonos.

¶ Uincūt christiani et cremant naues sarracenorum sub rege bambla.


Nonuz preliū
inter sarracenos et
xpianos accidit cir
ca annū dñi sextingē
tesimū octuagesimū
quartū. Imperāte iustiniano pdi
cti imperatoris filio ⁊ regnante in
hyspania virtuosissimo rege hāba
tunc eñi applicuerūt ad littora hy
spanie.cclxx.naues sarracenorū et
percurrentes terrā illā maritimā
fecerunt magna dāna. ⁊ plurimos
xpianos occiderunt. Sed statimvt
cognouit predictus rex bamba mi
sit velocissime suos exercitus ⁊ ce
perūt naues.⁊ ignibus concrema
uerunt:ac maiorē partē arabū oc
ciderunt ense. Aliosq₃ captiuos du
xerunt.⁊ sic regressi sunt cū hono
re ad predictum regem bambam.

¶ Vincūt xpiani multis militibus
sarracenorum occisis in syria.


Decimum bellū
inter sarracenos ⁊ chri
stianos accidit circa an
num dñi octingētesimū
tricesimū. Imperante supradicto
iustiniano:⁊ sedēte in cathedra pe
tri sysinnio.tunc eñi romani syria₃
peruagantes bello terribili multa
milia sarracenorū occiderunt vt in
chronicis imperatorum continet.

¶ Vincunt sarraceni in hyspania
et occiditur consobrinus regis ro
derici.


Vndecimū bellū
inter sarracenos ⁊ chri
stianos accidit in hyspa
nia imperante leone.iij.
et sedente in cathedra petri Con
statino primo.⁊ regnante in regno
castelle rege Roderico.tunc muca
rex affrice precepit Cariph cuidā
capitaneo suo ꝙ auxiliū ⁊ fauorem
proditori comiti iuliano daret con
tra xpianos q̄.xij.milia electoꝝ ad
pugnā ei tradidit.⁊ ipse secrete in
nauibus mercatorū hyspanie trās
duxit.postq̄ ergo oēs fuerūt in hy
spania congregati sunt in quoda₃
monte qui ab illo sarraceno arabi
ce dicitur gibla cariph:⁊ ligua no
stra nominatur gybraltar.ꝙ cū rex
rodericus sciuit misit illuc quēda₃
consobrinū suū qui dicebat mingo
cū magno exercitu qui sepe bella
uit cu₃ supradictis sarracenis:sed
semper fuit victus ⁊ finaliter īter
fectus est a sarracenis qui discur
rētes p beticā puinciā ;q̄ est terra
hyspalesī.ciuitatis multa dāna fe
cerūt et nō potētib⁹ gotthis bella
sustinere terga sunt coacti ostende
re inimicis suis:nec et fuga libera
ti sunt:sed fere ibi oēs perierunt.

¶ Vincunt sarraceni et perdit hy
spania sub rege roderico vltimo
rege gotthorum.


Duodecimū bel
lu₃ inter sarracenos et
xpianos fuit in hyspa
nia circa pdictū tps. s. post supra
dictū bellū. Cū ei supradict⁹ muca
vider₃ strēnuitatē comit₃ iuliani i
victoria pcedēt₃ belli certificat⁹ d
ei⁹ fidelitate iterū cū maiori exerci
tu ipm comitē vna cū cariph misit
in hyspaniā qui cū applicuissent
inceperūt statim destruere puinciā

beticam q̄ est guadalquenir ⁊ prouinciam lucene. Cum ergo rex rodericus predicta cognouit omnem exercitum gotthoꝝ qui cū ipo erāt congregauit: quorum numerus vltra centum milia armatorū se extēdebat: ⁊ intrepide iuit contra eos. Inuenit prope flumē quod dicitur guadalete: quod est ꝓpe ciuitatem assidonie: que nunc dicitur xerim ⁊ xp̄iani erant ante. Sarraceni vero vltra flumen. Aliqui tamē dicūt ꝙ istud bellum fuit in campo: qui dicitur desangonera que est iter murciam ⁊ lorcam. Rex vero Rodericus insedebat in curru siue in lecto eburneo indutus pannis pōderis aurei et corona aurea coronatus. sicut mos tunc erat regū gotthorum cōmissum est ergo bellum: ⁊ durauit dieb⁹ octo: scȝ a die dn̄ica vsq; ad diē dn̄icam sine intermissione mortuiq; sunt de exercitu sarracenorum vbi precedebat cariph sexdecim milia hominū. Comes tamē iulianus ⁊ qui cum eo erant bellauerunt tam fortiter ꝙ confregerūt acies xp̄ianorum: cadentibus ergo plurimis ex vtraq; parte. ⁊ dispersis xp̄ianis ac rege roderico q̄ magni cordis erat: aliquando fugiēte aliquando furibundo impetu contra inimicos reuertente. finaliter xp̄iani non potentes sufferre prelium terga verterunt inimicis suis fugientes. de morte autem predicti regis in eodem bello dubitatur Veruntamen corona et indumenta ei⁹ ac calciamēta aurea equusq; eius qui dicebatur orella inuenta sunt in quoddā tremedali apud supradictum flumē guadalete absq; corpore nec postmodū de eo aliqd scitum est nisi ꝙ in regno portigalie in quadaȝ ciuitate q̄ dicit' viseo inuetus fuit lapis vnius sepulchri in quo talis erat scriptura. Hic iacet rex rodericus vltimus rex gotthorum defecitq; in eodē bello tota nobilitas gotthoꝝ. Post hec sarraceni nō obstantibus viribus gotthoruȝ totā hyspaniā ferro flāma fame attritam suo dn̄io mancipaunt ⁊ gētem quā per p̄terita secula valde timuerūt ꝓstrauerunt. Si quis diligēter voluerit inuestigare cur deus p̄miserit tā graue flagellum in hyspania breuiter dici pōt ꝙ ꝓpter peccata principū Roderici: scȝ ⁊ sui predecessoris vicise. Vicisa eīn fuit ꝓbrosus et flagitiosus multaq; flagitia p̄ hyspaniam seminauit ad voluptates carnis soluto pudicitie freno se fornicationibus multis cōtulit plebēq; suaȝ ad lasciniam ⁊ luxuriaȝ inclinauit sed ⁊ ep̄i et ecclesie ministri asp̄nabantur ecclesiastica officia ⁊ clausis foribus ecclesiarū despiciebāt ecclesiastica sacramēta ⁊ ne aduersus eū parens vniuersalis xp̄iane progeniei insurgeret. Ep̄is ceterisq; ecclesieq; ministris vxores lasciuus rex habere precepit. Et ne romano obediret pontifici sub interminatione mortis prohibuit. Hec qdeȝ causa pereūdi hyspanie fuit tota eīn gotthoꝝ nobilitas incōtinijs libidinibus ⁊ vitijs immersa altissimū ad iracūdiam ꝓuocauit. Itaq; vicisa datus est in reprobū sensum intātuȝ vt muros ciuitatū

vrbium sui regni subuerterit nec possũt ei resistere ciues paucis exẽptis quas nõ ausus fuit destruere precepit etiam q̃ destructis armis vomeres et falces facerent ad colendum terrã quod ipse dolose faciebat sub colore pacis ne contra ipsum possent insurgere: lȝ dicat Rodericus tudẽsis in cronica sua q̃ rex rodericus fuerat ille qui precepit arma destruere. Rodericus vero successor viciſe fuit vir belliger et dirus: et ad omne negocium expeditus: vita tamẽ et moribꝰ viciſe non dissimilis quia cum vxore vel filia comitis Juliani peccauit cũ ipse suã i affrica faceret legationem. q: ergo xp̃m reliquerant p̃dicti principes cum populo suo ⁊ cõcubinali luxurie ferore: se subdiderãt. Ideo merito deus p̃misit eos dari in reprobum sensum et q̃ p̃dictus cõmes iulianus p̃ditorie se iũgeret sarracenis ⁊ totam hispaniã vt predictũ est delerent. hystoria aũt predicte destructiõis latiꝰ habet in generali hystoria hyspanie.

¶ Uincunt xp̃iani in aquitania et perimitur aldramãnus cũ.lxxv.milibꝰ sarracenoꝝ.

Terciumdecimuȝ bellum inter sarracenos ⁊ xp̃ianos accidit in aquitania galliarum p̃uincia. Cum eñ sarraceni hyspaniaȝ subiugassent accidit circa idem tẽpus regnante in francorum regno theoderico rege quo virtuosus princeps karolus marcellus militabat q̃ ipse karolus ligerim fluuium transiẽs endo neq̃ ducem aquitanie bellando victum fugaret. Endo ergo dux per oĩa se videns karolo inferiorem sarracenos ab hyspania cõtra karoluȝ inuitauit. Sarraceni aũt de tali inuitatione non modicũ gaudẽtes cũ omnibus coꝝ familijs galeas habitaturi. fluuiũ garenã transierũt oiaq̃ i ore gladij deuastãtes ecclesias dei cremauerunt ⁊ omnia sine delectu etatis vel sexꝰ sanguine implent quibus karolus p̃nceps strẽnuus dei fretus auxilio qui sperãtes in ipsum nõ deserit animose ac potenter occurrit et ex ipis sarracenis.ccclxxv.milia vna cũ ipsoꝝ regio aldramanao victoriose perimit de suis vero nõ nisi mille quingentos amisit. Tũc endo dux ad coꝝ rediens karolo reconciliatus castra sarracenoꝝ dirupit eoꝝq̃ reliq̃as toto posse destruxit.

¶ Uincũt christiani et capitur ciuitas auinionẽsis de potestate sarracenorum.



Quartũdecimũ bellũ iter sarracenos ⁊ xp̃ianos accidit post p̃dictũ bellũ Auiniõe: intm̃ ei sarraceni p̃ualuerũt in occidẽtali plaga capta hyspania q̃ ciuitatem ceperant Auinionem. contra quos p̃dictus princeps karolus marcellus veniens bellum maximum cuȝ eis habuit et ciuitateȝ Auinionẽ. aggredit animose. Unde sicut de hiericho legitur cum strepitu et sonitu tubarum vrbem munitissimam cepit et hostes fidei nostre vsq̃ ad interfectionem contriuit: vt latius

continetur in hystoria regū fräcie.
¶ Vincūt xp̄iani peremptis duobus regib⁹ sarracenorū et capitur narbona et plures alie ciuitates ⁊ loca a karolo marcello.

Quintūdecimū bellū inter sarracenos ⁊ xp̄ianos accidit post p̄dictum bellum in vrbe narbona in qua presidebat achinunam rex sarracenoꝝ cōtra quem veniēs p̄dictus princeps karolus marcell⁹ predictum regem obsidet. In cui⁹ obsessi regis subsidiū amorrea rex ex hyspania cū sarracenorum graui multitudine venit: cum quibus karolus strenuissimus animoso bello congreditur et ambob⁹ regibus bello p̄emptis captoq; virib⁹ ciuitate reliquias sarracenorū vltimo contriuit exterminio. Hi enim qui euaserant karolo insequēte fugientes in profundū maris dimersi sunt. Demum karolus victoriosus princeps. Nemeansū agothēn. Aliasq; gothie regionis vrbes a sarracenis inuasas triūphando cepit et in totū destruxit. Igitur arelatenß. vrbe que a sarracenis capta erat et omnibus aliis in circuitu captis sarracenos exterminauit in totum et sic sarracenis qui pene totam asyam totam libiam maioremq; partem europe inuaserāt karolus strenuissimus princeps dei fretus auxilio ⁊ romana ecc̄la sibi fauente oēm spem sibi abstulit galeas inuadēdi predictus etiā karolus marentinū prouincie ducem qui sarracenos inuitauerant ad galeam inuadendum bellando deuicit totamq; prouinciā sue subdit ditioni.
¶ Vincūt xp̄iani et incipitur recuperatio hyspanie cū mirabilibus dei occisis plusq̄. lxx. milibus sarracenoꝝ prope ouetum.

Sextūdecimum bellū inter sarracenos et xp̄ianos accidit ī hyspania prope ciuitatem ouetenß. Licet enī deus p̄miserit tam aspere hyspaniā flagellari q' tamē diuina pietas quos p̄cutit tādē sanat surrexit quidam nobilis ex cātabira nomine pelagius filius ducis famille quem rex egitha baculo percussum in capite occiderat in ciuitate que dicitur Tup: predictū pelagium deus sibi reseruauerat pro eleuatione populi sui qui eleuatus in astuciis cum illis paucis xp̄ianis qui ibidem remanserāt factus est eorū rex et in secundo anno regni sui qui fuit anno ab incarnatione domini septingentitrigintasex imperante leone. iii. ⁊ sedente in cathedra Petri cōstantino. viii. multitudo quasi innumerabilis sarracenoꝝ venit cōtra eum quod cū rex pelagius sciuit in quandā speluncam circa predictam ciuitatem ouetenß. que dicitur lingua nostra cueua douga cū mille viris se reclusit cum plures capere non posset. Est autem predicta spelunca vndiq; ex rupa scisa naturaliter constructa taliter quod nullo ingenio hominū potest debellari. Est enim locus ita securus: sicut si de⁹

fecerit ipsum scienter pro illo casu. Predictus ergo rex cum omni animositate de salvatione patrie et sponse christi agere festinavit credens facile esse deo multos concludi in manu paucorum. cum ergo circundaretur undique a sarracenis in predicta spelunca et vellent ipsi sarraceni violenter speluncam intrare christianos que primere omnes lapides omnes sagitte et quecunque alia iaculabantur valde flamine venti retorta: mox reversa iacientes sarracenos alios que existentes vulnerabant sic quod brevi spacio ultra .xx. milia sarracenorum unacum eorum duce opa propriis armis pro magna parte perierunt. Alii vero fuerunt ita excecati ut nescirent quid facere deberent. Videns autem predictus rex pelagius miraculum tam manifestum exivit confidenter a predicta spelunca cum suis et interfecit aldaman capitaneum sarracenorum et plures alios milites eiusdem. sed nec sexaginta milia que remanserant fugientes a bello vindictam divinam euaserunt. Nam cum secus unum flumen quod ibi prope est graderentur quoddam supercilium montis a fundamento corruens totam illam multitudinem sub aquarum undis et sub rupibus oppressit. Post hec predictus rex pelagius fecit prelia multa et cepit civitatem legionensem. que a asturiis nimium est propinqua predictus rex pelagius regnavit .xix. annis et mortuus est in loco qui dicitur cangas: et successit ei in regno fauilla filius eius qui solum regnavit duobus annis interfectus a .quadam ursa cum qua voluit solus pugnare: et successit ei in regno alfonsus primus gener regis pelagii qui fuit dictus catholicus ut infra dicetur loco suo.

¶ Vincunt christiani in aquitania et periment .ccclxxv. milia sarracenorum.



Decimumseptimum bellum inter sarracenos et christianos accidit sub predicto leone imperatore sedente in cathedra petri Gregorio .iii. Tunc innumerabilis multitudo sarracenorum cum uxoribus et filiis aquitaniam intraverunt ut ibidem habitarent quibus occurrit karolus marcellus et ex eis .ccclxxv. milia interfecit nec fuerunt isti illi sarraceni quos alias in aquitania debellaverat de quo dictum est supra bello .xiii.

¶ Vincunt christiani perempta innumerabili multitudine sarracenorum et destructis tribus milibus navibus quinque solum exceptis. liberatur constantinopolitana civitas.



Decimumoctavum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa idem tempus supra civitatem Constantinopolitanam tunc enim sarraceni ex egypto venientes cum magno exercitu videlicet cum tribus milibus navium predictam civitatem obsederunt et triennio obsessam tenuere: constantinopolitani quoque ad auxilium a scitis vulgaribus contra sarracenos congrediuntur orationibus pro sanctis viris in re

gia ciuitate. xxxij. milia ex sarrace-nis sine suorum lesione prosternūt sarraceni quoq3 residui quorū erat innumerabilis multitudo p oratio nem sanctorū viroꝝ fame frigore bello ⁊ pestilentia perierunt. Unde iiij. anno cōfusi ab obsidione recesserunt nauibus ptim igne cōsumptis partim dimersis itaq3 et tanta nauium multitudine vix quinq3 naues ad propria redirent infra ciuitatem tñ. xxx. milia hominū pestilētia pierunt quod deus fecit vt suam ptātem et clementiam hominibus ostenderet.

¶ Uincunt christiani in aquitania et perimitur: rex sama cordubeñ. cum suis.



Decimūnonum bellū inter sarracenos ⁊ xpianos accidit tēpore supradicti imperatoris leonis circa circa ciuitatem tholosanam. Tunc enim sama rex cordubensis cum magno exercitu aquitaniā intrans terras destruebat et obsedit ciuitatē tholosanā qd cū francigene cognouerūt venerūt in succursū ciuitatis cū endone duce coꝝ. Rex vero sama cōtro eos exiuit et bello letali cōmisso cecidit sama sarracenorum rex mortuiq3 sunt ibi plurimi sarraceni: alij vero fugientes euaserunt.

¶ Uincunt xpiani ⁊ perimitur abdarramen dux sarracenoꝝ in aquitania a karolo marcello.



Uicesimum bellū inter sarracenos ⁊ xpianos accidit duob⁹ annis post predictū bellū. Tunc abdarramen dux sarracenorum inuitat⁹ ab endone duce contra regē karolū marcellum cum multitudine graui trāsierunt flumen garronam qd transit iuxta tholosam ⁊ ignibus cōbusserūt et destruxerunt magnā terraꝫ karoli regis francoꝝ. Cū autē pdict⁹ rex karol⁹ sciuit de misericordia altissimi cōfisus venit super eos et bello asperrimo cōmissovicti sunt sarraceni et rex karolus interfecit predictū abdarramē ducē sarracenorū pluresq3 sarraceni ibi ceciderūt Alij aūt dare sūt terga coacti. Fuerat aūt numer⁹ sarracenoꝝ qui ibi venerant tricētasexagintaocto milliū captiuauit aūt mille quingētos quos dimisit inter milites suos sicut narrat Sigebertus qd cum vidit pdictus endo dux posuit se in potestate predicti regis petendo veniaꝫ humiliter de errore queꝫ fecerat. Rex vero karolus qui erat piissim⁹ clementer pepercit ei quo facto predict⁹ dux insecut⁹ est sarracenos fugientes qui euaserāt in prelio et multos ex illis quasi sine numero interfecit.

¶ Uincunt sarraceni fugato endone duce frācoꝝ ⁊ perēpta multitudine xpianoꝝ in francia.



Uicesimūprimū bellū inter sarracenos et xpianos accidit circa annū dni septingentesimūtricesimū sextū. Tunc eñ abdarramē rex sarracenoꝝ collecto magno exercitu pposuit debellare terraꝫ regis

karoli francorum et fecit fieri pōtes in fluminibus in quibus non erāt et applanare vias que erant in aliquibus passibus difficiles et magnam partem fluminis rodaȝ per alueos extraxit vt posset leuius ipsum pertransire et veniens sup ciuitatem orlienensem eā obsedit cōtra quem veniēdo dux: de quo supra dictum est cum magna potestate francorum bellauitqȝ cū eo et ceciderunt multi ex vtraqȝ parte sȝ finaliter victi fuerunt christiani ⁊ fugierunt. Sarraceni vero insequentes eos vsqȝ ad rodanū peruenerūt ibi franci timore mortis cogitātes liberari flumen predictū intrauerūt ⁊ mortui sunt ibidem fere oēs excepto duce et paucis cum eo vbi vsqȝ in hodiernū dieȝ apparent sepulchra mortuorum.

¶ Vincunt xpiani et fugatur secūdo endo dux in francia.



Vicesimūsecūdū bellum inter sarracenos ⁊ xpianos post pdictum subsequenter accidit. Unde pdictus abdarramen cū esset nimium letus ppter victoriam supradictā cogitauit vlterius pcedere et destruere terram francie: et pertransiuit flumina gorgodomā. quod cum sciuit endo comes pduxit iterum contra cū exercitum magnū et pugnauit cum eo scdo. Sed iterum deo pmittēte vict⁹ fuit ⁊ fugit et mortui ibi fuerunt multi francū fideles.

¶ Vincūt xpiani ⁊ pimitur pdict⁹ abdarramē in frācia cū multitudine sarracenorum p karolū marcellū.



Vicesimū tertiū bellū inter sarracenos ⁊ xpianos post pdictum bellum subsequenter accidit. Cuȝ em̄ predictus abdarramē elat⁹ in corde suo propter victorias habitas. quas sue attribuebat idustrie ⁊ potestati voluit vlterius pcedere per terram francorum insequendo predictum endonem ducē vt eū interficeret. ⁊ pertransiuit petragoricam destruendo ⁊ cōburendo qcquid inueniebat. destruxit etiam et cōbussit ciuitatem que dicitur turres et ecclesiā sancte Marie ac regis palacia. Sed qr deo nunq̄ placuit superbia ⁊ ipe ponit termios vite humane voluit q ibi veniret ille maledict⁹ abdarramen. Unde cum supradictus dux endo fugiēs a prelio veniret ad regem karolus qui erat vir belliger ⁊ sapiens ī armis congregauit magnū exercitū germanorum et hepidarū et francorum venitqȝ animose cōtra abdarramē ⁊ pugnauit cū eo septem diebus in quibus neuter alterū vincere potuit sed bellū vltimū durauit p totam diem vsqȝ ad noctem et finaliter mortuus est ibidem abdarramē et multi sarraceni. Aliū vero nocte fugientes in galeam gotthicam se receperunt: mane aūt facto viderunt christiani tētoria sarracenorum homines vero nō videbant. Euntes ergo quasi ad pugnam dispositi et neminem inuenientes expoliauerunt cāpuȝ vbi maximas diuitias inuenerunt.

¶ Vincūt xpiani ⁊ fugatur rex abde

malech cordubens. p fracos pem/ pta multitudine sarracenoꝝ.



Icesimūquar/tum bellum inter sarracenos ꝛ christianos accidit circa annū domini septingētesimūquadragesimūprimū. Tunc eni abdemalech rex cordubeñ. collecto magno exercitu proposuit debellare francoꝝ regnū: et veniens non transiuit montes pyreneos. Franci vero cū audierunt ꝙ abdemalech veniebat contra eos circa montes pyreneos prepauerūt se ad pugnandū. Uenientes ergo pugnauerunt cū eo et interfecti sunt multi sarraceni ꝛ rex abdemalech fugit ꝛ recollegit se in celsiberiā q est in littore yberū fluminis.

¶ Uincūt xpiani in regno castelle ꝛ occiditur thebā rex cordubeñ. et omnes sarraceni qui cum eo venerant.



Icesimūquitū bellum iter sarracenos ꝛ christianos accidit circa annū domini septingētesimūquinquagesimum. Tunc eni theban rex cordubeñ. habuit bellum cum christianis regni castelle et finaliter victus fuit et mortuus ibidem et omnes sarraceni qui cū eo venerant ibi perierunt.

¶ Uincunt christiani et claret rex alfonsus catholicus



Icesimūsex/tum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa annum domini septingentesimum quinquagesimum tertium. Imperante supradicto leone ꝛ regnante in regno legiōis rege alfonso catholico supra dicto qui ideo dictus fuit catholicus ꝙ optime custodiuit precepta dei et ecclesie catholice: fuit etiam serenissimus zelator fidei et refector christianorum sancto exemplo: et iste fuit primus rex qui vocatus fuit alfonsus et fuit filius ducis petri de cantabria et gener regis pelagii. Eo ergo tempore predictus rex congregato magno exercitu intrauit per terram campoꝝ que clauditur quattuor fluminibꝰ scilicet de slacarrione. pisorica et doreo: et bellans cum sarracenis conquisiuit illam deuictis sarracenis ingressus est regnum portugalie. et obtinuit viriliter a sarracenis portum et beiambragam viseum et flamam. habuitqꝫ post hec plurima bella cum sarracenis semper victoriosus existens. lucratusqꝫ est vltra predicta a sarracenis ledi smam salmanticam numanciā que nunc dicitur samora et omnez maritimam terram galechie rediens in castellum bellauit cum sarracenis et diuicit eos obtinuitqꝫ senem septem mancas dominas saldanamqꝫ amaiam mirandam segobiam abulam ozonam: sepulnedam argautam vianam occam et rinercndicam carboneram aluegiam cisimeram alexancum transmiream subuertam tenicam barduliam: que nunc dicitur castella antiqua. alana ordimam vicaiam

ascompompbanā, beforiam q̄ nūc dicitur victoria. nauarrā rucomā pācornā ⁊ tarraciū quousqꝫ peruenit ad montes pyreneos. Multa alia loca obtinuit et renouauit: necessariisqꝫ muniuit. ⁊ reduxit ad terram ꝓpriam multos christianorū populos: qui timore sarracenorum fugerāt per montes et deserta vagantes: extraxitqꝫ plurimos xp̄ianos captiuos de potestate sarracenorum: cum quibus terrā populauit. ecclesias auro ⁊ agento ac lapidibus preciosis decorauit. In cui9 obitu audite sunt voces in aere dicentes . ecce quomodo iustus moritur: ⁊ nemo considerat. sublatus est iustus a facie iniquitatis: ⁊ anima sua ⁊ memoria est i pace. regnauit. xix. annis. ⁊ sepultus est in loco qui dicitur cangas. ⁊ successit ei in regno fruela filius eius.

¶ Vincunt xp̄iani fugato nicaph rege cordubesi. ⁊ perimūtur. liiij. milia sarracenorum sub rege fruela.

Vicesimumseptimum bellum inter sarracenos ⁊ xp̄ianos. accidit circa annum domini septingentesimumquinquagesimumquartum. regnante in regno castelle fruela filio regis alfonsi catholici. Tunc enim nicaph rex cordubesi. cū magno exercitu iuit: vt percurreret regnum galechie. ⁊ cum ipse totam illam terram vastaret sciuit illud predictus rex fruela. et cōgregato exercitu suo venit contra eum et commisso duro certamine victus fuit rex nicaph ⁊ fugit a campo cū paucis de suis: ⁊ perierunt in illo bello. liiij. milia saracenoꝝ ⁊ extunc rex fruela habuit regnuꝫ galechie qđ ante sibi rebelle fuerat. Predictus rex fruela regnauit. xiiij. ānis ⁊ mortu9 est: ⁊ successit ei in regno aureli9 frater ei9 qui regnauit sex annis: ⁊ nihil famosum fecit cōtra saracenos. successit ei in regno domus sylo ⁊ nihil singulare fecit cōtra saracenos: regnauit. viij. annis ⁊ mortuus est. successit ei in regno alfonsus secūdus q̄ fuit fili9 regis fruela: de quo supra patet in hoc bello de cuius factis infra dicetur

¶ Vincūt christiani et capitur galiana ac efficitur christiana p̄ karolum magnum.



Vicesimum octauū bellū inter saracenos et xp̄ianos: accidit circa annum dñi septingentesimū sexagesimū primū. Imperante constantino sexto. Tunc infans karolus: quia in aliquibus contradicebat patri suo frācorum regi pipino venit in hyspaniam: et declinauit ad regem galafrum qui tūc erat rex toleti. Quare autē ad ip̄m declinauerat hystoria narrat q̄propter eius filiā gallianam que mire pulchritudinis erat. Recepto ergo honorifice p̄dicto karolo a rege paucis elapsis diebus quidā potētissimus saracenus cuius nomē erat braimante cum multitudine graui venit sup̄ dictam ciuitatem toleti ⁊ fixis tētoriis i valle somoriam obsedit eā. aggredienti

bus ergo saracenis a pdicta ciuitate cū francigenis illis qui venerāt cū infante pugnauerūt cū brāmante ⁊ intātum fuit vigor frācorum accēsus ꝙ vicerūt saracenos brāmantis. Illi vero iterū redeūtes cōtra Frācos vicerūt eos qd videntes frācī timuerūt valde. Sed comes eorū dux qui dicebatur don ibi morāte animauit eos dicēs. Scriptum est ꝙ cū deus vult pauci vincunt multos qd verbū audientes animati sunt: ⁊ iterū redeūtes contra saracenos bellauerūt ita fortiter ꝙ vicerūt eos. Sed resumptis viribus saraceni pugnauerūt cōtra francos: et durauit pugna magna parte diei sic ꝙ aliquādo vincebātur frācī aliquā saraceni nec alteri parti finalis victoria cedebat. Inter hec oia pdictus infans karolus in palatio suo dormiebat: ⁊ cū euigilasset a somno et neminē in palatio videret miratus est valde ⁊ cogitauit ꝙ sui tradidissent eum. Incepitq; pre ira ambulās p palacium secū loqui noiabatq; nomē suū patris ⁊ matris ac totū genus suum vnde ipse veniebat. q̄ oia audiens galiana de loco alto ⁊ secreto. Unde cū cōtemplabatur ornauit se festinanter et sola ingressa est ad infantē certificata et auditis ꝙ hic erat karolus dñs francorum: et lz infans karolus vidit eam solā intrantem nō ei assurrexit: qr non habebat in cōsuetudine alicui mulieri inclinare nisi solū imagini virginis gloriose ⁊ suo nomine. Dixitq; galiana karole. Si ego scirem vbi merces datur p dormitione lz sim mulier ego irem illuc: ⁊ si vultis scire quare hec dico: qr videtur mihi ꝙ nō est vobis cura succurrēdi genti vestre q̄ est in magna pssura in prelio sub valle somerie bellās cōtra saracenū brāmantē ⁊ si rex pater meus sciuerit ꝙ vos non estis ibi non habebitis bonū premiū. Tūc dixit ei karolus Galiana si ego possum habere vnū equum ⁊ arma cū quibus possum ire illuc cito succurrerem eis. Et ait Galiana. karole. si dederitis mihi fidē ꝙ me duceretis in franciā vobiscū ⁊ me facietis xpianam ⁊ ꝙ me in vxorē recipietis dabo vobis q̄cunq; petitis. Promisitq; karolus oia predicta qd audiēs galiana sciēs ꝙ nō frāgeret sibi fidē nimis gaudens et pmisso duxit arma ⁊ ipsa manu ppria armauit infantē tradiditq; sibi equū qui dicebatur bankere ⁊ ensem qui dicebatur guiosa q̄ in donis miserat sibi supradictus saracenus brāmante ⁊ celeri cursu venit in locū pugne ⁊ ingressus est bellū animose et primo impetu perimit manu ppria .xii. de melioribus militibus brāmantis ⁊ multos aliorum. Uenit aūt verbū ad brāmantē vbi residebat in tētorio suo de nouo milite ingresso pugnā qui tāta dāna fecerat: ⁊ irato animo exiuit in pugnam querēs militē illum cūq; cū inuenisset ⁊ cognouisset ꝙ ille erat equus quem miserat galiane amplius est iratus et irruens in eum ⁊ nō minori animo karolus in brāmantem lancee eorum confracte sunt p pugnos euaginatis ensibus mirabiles ictus multiplicabant ⁊ mi

ratus saracenus de fortitudine mi litis xpiani quesiuit ab eo qs esset et de quo genere q omnia karolus fideliter sibi aperuit: et tunc cepit ipsum timere saracenus s3 resumptis viribus dixit sibi ego faciam q nunq redeas ad terram tuam. et karolus respondit sibi qd dicis in manibus dei est. et dixit bramante ego te occidam. et eleuato gladio qui dicitur durandarte: percussit karolum grādi ictu. Et precidit galeaz cum magna parte capillorum et cum magna etiā parte armorum corporis sed tamē nō tetigit carnem eius. De quo ictu karolus miratus eleuato suo ense percussit predictū saracenū bramantem et amputauit eius brachium dextrū q in terram cecidit simul cū gladio durādarte. Uidēs autē se letaliter esse percussum fugit a facie karoli: sed et karolus subito descēdit de equo et cepit gladium predictum: et ascendēs equum cum vtroq gladio: insequēs predictum bramantē plurimos saracenos ante se reperiēs perimit. Cūq attingisset predictū saracenū bramantē fugiētem eleuato ense qui gaudiosa dicebat percussit ipsum quodā ictu terribili sic q ipsum duas diuisit in partes: et cecidit mortuus in terram: quo facto descendit de equo et precidit caput eius et accepit vaginam gladii durādarte et omnia arma eius que omnia deduxit galiane. Uidentes autem saraceni dominum suū mortuum terga sunt dare coacti christiani vo expoliauerunt campum vbi multū aurum et argētum inuenerunt tentoria multa et plurimas alias diuitias. Post hāc victoriam audiuit karolus mortem patris sui et secrete recessit. Deductaq est galiana etiam furtim in franciā factaq est christiana et accepit eam in vxorem: vt plenius cōtinetur in hystoria hyspanie.

Uincunt christiani peremptis pluribus regibus saracenorum ac pluribus ciuibus captis per karolum francorum regem.


Vicesimūnonum bellum inter saracenos et christianos accidit circa annū domini septingentesimum septuagesimum septimum. Tūc enim predictus rex karolus rex frācorum pro felicitatis magnitudine dictus magnus congregato exercitu venit super ciuitates pāpilonam et cesar augustam quas tunc saraceni possidebāt pugnauit contra reges eorum et occidit eos prostrauitq muros ciuitatum et cepit plures alias ciuitates saracenorum ac sub ditione sua constituit: quas paucis elapsis diebus saraceni recuperauerunt. Iste karolus simul cum regno francie tenuit romanum imperium et fuit strenuissimus fidei zelator.

¶ Uincunt christiani et perimūtur lx. milia saracenorum per regē alfonsum castum.


Tricesimū bellū inter saracenos et christianos accidit circa annū dñi septin-

gentesimū octuagesimū septimum regnante in regno castelle alfonso secūdo filio regis fruela qui dict⁹ fuit castus eo ꝙ semꝑ castitatē ser uauerit licꝫ habuit vxorē que scđꝫ aliquos fuit soror karoli magni su pradicti. Tunc quidā potens sara cenus cui⁹ nomē mechaīj cū multi tudine graui intrauit asturias ꝛ in cepit destruere totam terrā contra quē ꝑdict⁹ rex alfonsus castus col lecto exercitu xp̄ianorumꝫ sceleriter iuit bellauitqꝫ cū eo in quodā loco qui ḋr ledos ꝛ deuicit eum ac occi dit ꝛ perierūt in bello.lx. milia sa racenoꝝ multa alia bella vicit ꝛ lo ca plurima obtinuit sicut infra di cetur ꝛ abstulit timorē a cordibus christianorum contra saracenos ꝛ regnauit.xli. annis dilectus a deo ꝛ hominibus sepult⁹ est apud oue tum in ecclesia sancte marie.

¶ Uincunt saraceni et portant sa racenorum terrāꝫ narbona vsqꝫ ad ciuitatem cordubē secꝫ pro mesqui ta saracenorum construenda.



Ricesi mūprimū bel lum iter sara cenos ꝛ chri stianos acci dit circa an nuꝫ dn̄i septi gētesimū nonagesimū p̄mū. Tūc item amiramamolim misit vnū po tētem saracenū cuius nomen erat abdemalech cū exercitu magno vt destrueret terrā xp̄ianorū. Ille er go direxit iter suū cōtra ciuitates gerundā ꝛ narbonā quas cū obse disset post multa certamina obti nuit eas et multa alia loca circum quaqꝫ posuitqꝫ eas sub ditione sui dn̄i item et tot fuerūt spolia q̄ ha buit ꝙ quinta pars deputata item amiramamolim fuit.xlv.mille du planoꝝ auri: ꝛ cū his diuitijs per fecit ꝑdictus item mesquitaꝫ cor dubeñ. quem suus pater inchoaue rat q̄ nunc est ecclesia maior ibidē ꝛ intātuꝫ ꝑdictus abdemalech op pressit xp̄ianos illi⁹ patrie ꝙ fecit memoriā illius facti ꝛ dn̄ij ꝙ dedu cerēt in curribus in ꝑdicta ciuita te narbone vsqꝫ ad ciuitatē cordu benseꝫ tātam multitudinē terre ꝙ ex ea ꝑdictus item fecit fieri vnaꝫ mesquitā intra fortalicium ꝑdicte ciuitatis cordubeñ. pluresqꝫ alias mesq̄tas renouauit ꝛ de nouo fecit

¶ Uincunt christiani ꝛ capitur nar chinona a karolo magno.



Ricesimū secunduꝫ bellū iter saracenos ꝛ xp̄ianos acci dit circa annuꝫ dn̄i septingēte simū nonagesi mūquartū. Tunc karolus magnus rex francorū de quo supradictū est in bellis.xxviij. ꝛ.xxix. cōgregauit magnū exercitū ꝛ venit contra ci uitatem barchinoneñ. quā saraceni eam violenter ceperant cum esset sub eius dominio bellauitqꝫ cū eis et obtinuit ciuitatem: sed paucis elapsis diebus perdidit eam.

¶ Uincunt christiani ꝛ perimun tur duo duces exercitus saraceno

rum sub rege alfonso casto.


Ricesimum tertium bellum inter saracenos et christianos accidit circa annum domini octingentesimum decimum tempore supradicti regis alfonsi casti. Tunc duo exercitus saracenorum intrauerunt galetiam dux unius exercitus dicebatur abobales: dux vero alterius melchi. Sed sicut ipsi intrauerunt animose sic fuerunt expulsi viriliter: quia potestas predicti regis alfonsi casti pugnauit cum eis victique sunt saraceni et multi eorum mortui. Alii vero fugierunt: sed christiani insequentes eos occiderunt vnum ducem eorum in loco qui dicitur naron. Alterum vero ducem perimerunt in flumine qui dicitur cepha.

¶ Vincunt christiani et perimitur ores rex meride per regem alfonsum.


Ricesimum quartum bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini octingentesimo vndecimo Tunc enim rex ores meride congregauit magnum exercitum et venit vt percurreret terram regis alfonsi fixitque sua tentoria super benauentum quod cum sciuit predictus rex alfonsus castus venit sceleriter contra eum bellauitque cum eo et occidit eum pluriminque de exercitu saracenorum ibi perierunt. In quo bello ostensa est fortitudo bernardi filii comitis sancii didaci qui multos ex saracenis perimit.

¶ Vincunt christiani et occiditur rex badaiyos per regem alfonsum castum.


Ricesimumquintum bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini octingentesimo duodecimo. Tunc altaman rex pascensis que vulgariter dicitur badaiyos congregato magno exercitu venit super samoram et obsedit eam. Rex autem alfonsus castus predictus preparauit se potentissime et venit contra eum bellauitque cum eo: et occidit eum ac plurimos saracenos cum eo et qui potuerunt euadere fugierunt: sed rex alfonsus insecutus est fugientes viriliter et multos eorum interfecit sic: quod paucissimi fuerunt qui euadere per fugam potuerunt.

¶ Vincunt christiani et perimuntur vltra duodecim milia saracenorum per regem alfonsum castum.


Ricesimum sextum bellum inter saracenos et christianos accidit anno sequenti scilicet octingentesimo tredecimo. Tunc intrauit vnus magnus exercitus saracenorum in terram supradicti regis alfonsi casti. Et cum saraceni gloriarentur in multitudine sua diuisi fuerunt in duas partes quarum vna iuit contra locum illum vbi erat predictus rex alfonsus. Cum ergo sciuit rex alfonsus castus audacter iuit contra poluezeran. Altera vero contra eos cum exercitu

suo: et fecit similiter duas ptes sui exercitus et cum vna misit bernardum. de quo supradiximus contra illos sarracenos qui ibant versus poluezerã. et ipse iuit cũ altera parte cõtra alios venientes ad se. Bernardus vero inuenit se cũ pte sua et habuit prelĩũ magnum cum illis sarracenis in loco qui dicitur valde moro. qui est in fontaria portu galie. et deuicit eos: et plurimos ex illis interfecit. Sed rex alfonsus inuenit se cũ altera parte que ibat contra eũ et pugnauit cum illis pro pe flumẽ de ornelo. et interfecit ibi xij. milia sarracenorũ: et deinde insequẽs eos tot fuerũt occisi q pau cissimi euaserunt. et tunc rex alfonsus rediit de illo bello ditissimus et spoliis sarracenorum.

¶ Uincunt christiani et perimitur proditor machometus et castrum sancte christine capitur per regem alfonsum castum.



Tricesimũ septimum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno dñi octingentesimo decimooctauo. Tũc sarracenus quidam nomine machometus qui cũ multitudine magna sarracenorũ venerat de merida ad regem alfonsum: vt viueret cũ eo pdictus rex benigne eum recepit in vasallum: et iurauit illi sarracenus q p semp esset fidelis regi alfonso ppter qđ pdictus rex pcepit q habitaret cũ multitudine sua in galetia. Sed qr pdict⁹ sarracenus erat proditor sicut bellauit cõtra abderamẽ filiũ albarrẽaramolim regis cordubẽsi. et vidẽs q nõ poterat eũ occidere ex timore concepto venit ad pdictũ regẽ alfonsum sic transactis duob⁹ annis postq fuit in galetia assumpsit eũ dyabolus: et eleuatus in superbiã voluit similiter facere pditionẽ contra regẽ alfonsum: quobrem ꝯgregauit magnum exercitũ sarracenorũ: et incepit percurrere et destruere totã terrã. q cũ rex alfonsus castus cognouit: congregato exercitu suo venit sup illũ sarracenũ: et lꝫ ipse nimiũ ꝯfideret in multitudĩe militie sue qñ sciuit q rex alfonsus veniebat sup eũ pdidit cor: et cõcepto grandi timore eleuauit se cũ suis in quodã castro qđ dicit sancta xpiana. et rex alfonsus obsedit eũ ibidem: et fecit fieri multas foueas circũquaqꝫ: et pforauerũt castrũ in multis locis. Cũ ergo ille sarracen⁹ vidit q tãtũ ãgustiabãtur: et q nihil aliud restabat sibi nisi mors cũ multitudinẽ sarracenorũ haberet resumpto corde exiuit extra castrum: et pugnauit cum rege alfonso. sed in fine fuit victus sarracenus ille cũ oibus suis et ipse fuit captus: et caput eius abscissum est. Sed et rex statim castrum illud cepit. et mortui sunt in bello illo vltra. l. milia sarracenorum: et plures eorum deducit captiuos. Et sic reuersus est rex alfonsus ouetum magnis cum diuitiis et honore. Predictus rex alfonsus castus regnauit lii. annis et mortuus est. Successit ei in regno Ramirus primus fili⁹ regis bermudi.

¶ Vincunt christiani: et capitur iterum ciuitas barchinone.



Tricesimumoctauum bellū inter sarracenos et xp̄ianos accidit anno dn̄i octingētesimo decimonono. Tunc multitudo xp̄ianorum venit super ciuitatē barchinone quā ceperant sarraceni. Postq̄ karolus magnus ipsam cōquestauit. Cū ergo predicta multitudo xp̄ianorum venit: obsedit ciuitatem: et post multa certamina capta est ciuitas a xp̄ianis: et tota terra circūquaq̄. mortuiq̄ sūt ibi plurimi sarraceni. Albaca vero a nr̄a mamolim cū exiuit ꝯgregauit exercitū suū vt veniret ad recuperandum terrā perditā. et cū se prepararet ad viam percussus est quadam infirmitate. de qua mortuus est. et sic cessauit tempestas illa.

¶ Vincunt xp̄iani occisis. lxx. milibus sarracenorum.



Tricesimūnonum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno dn̄i octingētesimovicesimo secūdo imperante Ludouico karoli magni filio: et sedēte in cathedra petri Eugenio papa. Ac regnante in regno legiōis ramiro rege filio regis Barremudi. Hic autē rex ramirus successit in regno regi alfonso casto ex eius precepto in morte. Cum ergo audierunt sarraceni q̄ iste regnabat: miserunt sibi nūcios q̄ si volet habere pacem et amorem cum eis. q̄ daret eis quolibet anno centum domicellas christianas quibus matrimonio copularētur. sicut fecerat olim rex mauregacius: et q̄ quinquaginta illarū essent filie nobilium. Alie vero quinquaginta filie ciuium et burgensium: quā ambasiatā cū rex ramirus audiuit nō modicum displicuit sibi: quia rem tam inhonestam et excomitam sibi nunciabant: et ꝓpterea congregauit statim magnū exercitum et fuit ad percurrendum subito terrā sarracenorū: peruenitq̄ vsq̄ ad naiaram destruendo et cōburēdo villas et castra. et quicquid inueniebat: q̄ cum peruenit ad noticiam sarracenorum congregati sunt omnes simul in vnum contra eū quasi innumerabiles et habuerūt prelium cū eo in quodā loco qui dicitur albella et xp̄iani fuerūt in bello illo quasi victi et retro cesserunt paulatim retrahēdo se a sarracenis quousq̄ peruenerunt ad collem vnum qui dicitur clauio: et nox tenebrosa cepit eos ibi propter quod diuisi fuerunt exercitus abinuicem. Cum ergo xp̄iani essent congregati in colle illo multis lachrymis orationes fundebant ad deū ne eos relinqueret: sed succurreret et iuuaret cōtra illos inimicos suos: permanentib9 ergo illis in orationibus assiduis vt dictum est. Rex ramirus somno grauatus obdormiuit: et in somno illo apparuit ei apostolus iacobus dixitq̄ sibi. Scias rex ramire q̄ cū dominus noster iesus christus diuisit omnibus fratribus meis aposto

lis omnes terre prouincias mihi soli dedit in custodiam totã hyspaniam: vt eam custodirem a manib⁹ inimicorum fidei: ⁊ postq̃ hec dixit sibi appropinquauit eidem et accepit eum per manũ dixitq; ei sis fortis animo et bene firmus: quia ego sum apostolus xp̄i iacobus ⁊ scias q̃ venio ad te iuuandũ contra inimicos tuos et in veritate certitudinaliter scias. q̃ deuinces eos cum adiutorio dei. Dico etiã tibi q̃ multi de tuis: quib⁹ preparata est eterna quies recipient ibi mortem ⁊ vt in nullo istorum que tibi dico dubites. videbis me tu in bello ambulãtem in equo albo magnum vexillũ gestantem. tu ergo statim cum omnibus tuis valde mane confitebimini de omnibus peccatis vestris et recipiatis corpus et sanguinem domini nostri iesu christi: que postq̃ feceritis: in nullo dubiteꝫ intrare prelium barbarorum vulnerando illos: ⁊ inuocando nomen dei ⁊ meum: quia certitudinaliter scies q̃ omnes deuincies: quibus dictis apostolus dei disparuit ante eum. Rex autẽ ramirus excitatus a somno surrexit: precepit q̃ vocarentur episcopi ⁊ abbates: ⁊ omẽs alij nobiles sui palacij. qui cum ipso erãt et narrauit eis omnia que viderat et audiuerat que ei dixerat apostolus iacobus. perceptis ergo diuinis sacramentis ingressi sunt prelium in dei nomine: ⁊ apostoli iacobi ante se. ⁊ statim cum ingrederẽtur preliũ apparuit eis apostolus iacobus sicut promiserat cõfortãs eos ad bellum. sed ⁊ ipse terribiliter percutiebat sarracenos. xp̄iani autem cum viderunt apostolum iacobum eos confortantem ⁊ magnã cedem in sarracenos facientem irruerunt viribus viriliter in hostes confidẽtes in adiutorio dei: ⁊ apostoli iacobi magnis vocibus acclamantes ⁊ dicentes. deus adiuua et sancte iacobe. ⁊ statiꝫ sarraceni fuerunt victi: ⁊ mortui sunt ex eis septem milia: et qui euadere potuerunt per fugam liberati sunt. Tũc cepit rex ramirus calagurrã ⁊ plura alia castra: ⁊ deinde rediit legionem diues ⁊ honorat⁹. ⁊ ex illo die habuerunt christiani in consuetudine cum ingrediuntur bella cum sarracenis inuocare dicendo deus adiuua et sancte iacobe. et tempore istius regis incepit ordo sancti iacobi. Unde sarracenis insecuta est infelicitas. ex illo etiaꝫ tunc nũq̃ fuerunt ausi petere a christianis redditus neq; parias domicellarũ cuꝫ nimium opprimeret eos predictus rex ramirus ĩ fortitudine dei et apostoli iacobi. Predict⁹ rex ramirus fuit mitis ⁊ pius bonis. sed terribilis ⁊ forteꝫ malis: quia latronibus extrahebat oculos: diuinatores et incantatores ignibus comburebat.

¶ Uincũt christiani solutis septuaginta nauibus igne.



Quadragesimum bellum inter sarracenos ⁊ christianos accidit anno domini octingẽtesimo uicesimoquarto. Imperãte

predicto ludouico: et sedente in cathedra petri valentino papa. Tūc applicuerūt ad portum galetie normani qui erant gentes crudelissime et pagane: neq3 vnq̄ fuerunt ipse in terra illa. Et venerunt ibi in multitudine magna non solum hominum sed etiam nauium. q̄ cū predictus rex ramirus audiuit. statim congregato suo exercitu iuit illuc contra eos et pugnauit cum eis in loco qui dicitur delpharo. Sed lz normani essent gentes aspere et fortes. victi tamen fuerūt et multi ibi perierunt: et qui euadere potuerunt per mare fugierūt et perdiderunt ibi. lxx. naues: quas ignibus concremauit rex ramirus. Lucratiq3 sunt ibi christiani magnas diuitias. et reuersus est predictus rex in ciuitatem legionensem cum magnis diuitijs et honore. Regnauit autem sex annis et mortuus est feliciter: ac sepultus est in ciuitate ouetensi. et successit ei in regno ordoneus eius primus filius.

¶ Vincunt christiani occisa plurima sarracenorum multitudine.

Quadragesimū primum bellum inter sarracenos et christianos. accidit anno dn̄i octingentesimo nonagesimo sexto. imperāte supradicto Ludouico et sedente in cathedra petri gregorio. iiij. ac regnāte in regno legionis ordoneo supradicti regis ramiri filio. Cū predict⁹ rex rediret de vasconia q̄ ei rebellauerat in pn̄cipio regni sui. et post occisionē pluriū illoꝝ illā subiugasset. nunciatū est ei quō magn⁹ exercitus sarracenorū veniebat cōtra eū quo audito animose venit cōtra eos pugnauitq3 cum eis: et deuicit eos plurimis eorum trucidatis. reliqui vero fugierunt: et reuersus est cū victoria et honore: ac cum plurimis diuitijs: et multitudine captiuorū. Iste rex fuit mitis et pius et zelator iustitie: et populauit multas ciuitates: ex quibus rex alfonsus castus expulerat sarracenos. et extunc manserunt deserte.

¶ Vincunt christiani captis duobus ducibus sarracenorum.

Quadragesimūsecūdū bellū iter sarracenos et xp̄ianos. accidit anno sequēti scʒ octingentesimo nonagesimo septimo. Tūc em̄ dux quidam sarracenus noīe muca ab encatim cum multitudine magna venit in cathaloniam vbi fecit plurima damna: deinde transiuit in prouinciam et franciam percurrēs et destruens quicquid inuenire poterat vbi plurimos xp̄ianos in bello occidit: et cepit duos xp̄ianorum duces: quorum vnus dicebatur sanctus. Alius vero petrem: et oneratos ferro carceribus mancipauit.

¶ Vincūt christiani peremptis innumerabilibus sarracenis.

Quadragesimū tertium bellū inter sarracenos et christianos accidit anno dn̄i octingentesimo nonagesimo nono. Tunc predictus muca sarracenus eleuatus

in superbiam cum exercitu magno venit vt percurreret terram regis ordonei predicti et cepit vnū locū qui dicebatur albaida ꝛ circūdedit eam muro forti et turribus plurimis quod cum sciuit predictus rex ordoneus congregato exercitu suo venit velociter et obsedit predictū castrum tunc predictus muca non erat ibi sed statim cū audiuit ꝙ venerat rex ordoneus et obsederat castrum albaide venit citius quo potuit vt succurreret castro et cum puenit ad montem qui dicitur gardufio fixit ibi tentoria sua. Rex autē ordoneus cū cognouit hec diuisit exercitum suum in duas partes quarum vnam diuisit in obsidione castri et cum altera occurrit predicto muce sarraceno. bellauitq; cū eo ꝛ peremptī sunt ibi gladio xp̄ianorum vltra duodecim milia de militibus sarracenoꝝ exceptis peditibus quorum cedes fuit quasi innumerabilis: mortuus est etiam ibi quidam gener muce qui dicebatur dan. Sed ꝛ ipse muca tribus vulneribus lancearum percussus cum paucis que remāserunt fugit a bello dimisit ī bello quecūq; habebat colligerunt ergo xp̄iani spolia campi et inuenerunt diuitias vltra modum ꝛ regressi sunt cum rege ordoneo in castrum. Et post septē dies cepit ipsū et interfecit omnes sarracenos quos int⁹ inuenit ꝛ captiuabat mulieres cū paruulis eaꝝ. Destruxitq; castrū vsq; ad fundamentū et reuersus est in terrā suā cū diuitijs et honore. Cū predicta que acciderāt muce cognouit quidā eius filius cui⁹ nomen erat lupus qui p̄sidebat toleti timore magno percussus cepit quecūq; habebat ꝛ venit ad regē ordoneum factusq; est eius vasallus qui postea pro regis ordonei seruitio multa bella cōtra saracenos superauit semper victor existens.

¶ Vincunt christiani occiso rege Corie saraceno.



Quadragesimūquartum bellū inter saracenos et xp̄ianos accidit anno sequēti: scʒ octingentesimo tricesimo. Tūc enim predictus rex ordoneus produxit exercitum suū magnū ꝛ iuit ad percurrēdum terram saracenoꝝ que dicitur geste ꝛ corea. Rex autem saracenus predicte ville que dicebatur sexth exiuit contra eū ꝛ cōmissum est durum bellum nimis: sed finaliter victus fuit rex saracen⁹ ꝛ mortuus ibidē cum multitudine saracenorum: ꝛ rex ordoneus cepit tūc villam ꝛ inuenit intus multitudinem saracenorū cum mulieribus ꝛ filijs quos omnes duxit captiuos et muniuit villam illam ac dimisit in fideli custodia.

¶ Vincunt xp̄iani et capitur ciuitas salamantina a rege ordoneo.



Quadragesimūquintum bellū inter saracenos ꝛ christianos accidit eodē supradicto anno: quia cum supradictus rex ordoneus re-

dixet de predicto bello victoria ha
bita venit cum exercitu suo super
vnū sarracenū qui dicebatur moy
sesios ꝛ dicebat se regem salaman-
tinum habuitq; bellum cū eo et vi
ctus est rex sarracenus cum omni-
bus suis ꝛ cum cede plurima sarra
cenoꝝ et tunc rex ordoneus ingres
sus est ciuitatē ꝛ captiuabat sarra
cenos plurimos: cum mulieribus
et paruulis quos intus inuenit et
reuersus est ad legionem cum ma-
gnis diuitijs ꝛ honore.

¶ Vincunt sarraceni ꝛ occiduntur
prope toletū octo milia xp̄ianoꝝ.



Quadragesimū
sextum bellum inter sar
racenos ꝛ xp̄ianos ac
cidit anno domini octingentesimo
tricesimoquinto. Tunc sarraceni ci
uitatis toleti audientes q abdarra
men amiramamoliz hyspanie erat
mortuus qui reliquerat. xv. filios
ꝛ.xij. filias ꝛ q machometus eius
fili⁹ regnabat pro eo rebellati sūt
ꝛ miserūt veloces nuncios predi-
cto regi ordonco q daret eis adiu-
torium cōtra eum rex autē ordone⁹
noluit ire illuc in persona sz misit
eis vnū filium suum cū magno ex-
ercitu asturianoꝝ et nauarrorum.
Cum aūt predictus machometus
hoc sciuit pparauit se cū multitu-
dine graui et venit super toletum
posuitq; insidias in quodam torrē
te qui dicitur tolete ꝛ ipse cū pau-
cis venit contra ciuitatem. Spe-
culatores autem qui erant extra ci
uitatem cum viderent eū venien
tem cum paucis gentibus cogita-
uerūt q nō erāt plures et notifica
uerūt existentibus in ciuitate. xp̄ia
ni ergo ꝛ sarraceni toletani vene-
runt contra eum ꝛ commisso prelio
exierunt illi qui erant in insidijs et
mortui sunt de christianis octo mi-
lia de toletanis vero. xiij. milia. Sz
et pro memoria illius victorie ca-
nis ille machometus fecit amputa
ri plurima capita illorum ꝛ trāsmi
sit illa cordubam et in maritimas
partes et in affricam. Predict⁹ au
tem rex ordoneus regnauit. x. ānis
ꝛ mortuus est ex quadam infirmi-
tate que dicitur podagra in oueto
et ibi sepultus est. successit ei in re
gno filius alfonsus tertius.

¶ Vincunt sarraceni ꝛ capit Ro-
ma ac magna pars thuscie a solda
no babilonie deuastatur.



Quadragesimū-
septimum bellum inter
sarracenos et xp̄ianos
accidit circa mortē pdicti Grego
rij pape. iiij. qui fuit secundū quos
dam hystoriographos anno domi-
ni octingentesimotricesimooctauo
His temporibus portentum singu
lare apparuit primo in signo vir-
ginis et ab illo signo in signum leo
nis cancri geminorum thauri cu-
currit ibiq; se figens globū igneū
emisit iubarumq; pluritatē depo-
suit. imperat. ꝛ quoq; ista diligen-
ter examināns cū egmardo philoso
pho contulit sed eiusdem portenti
effectum exprimere noluit. Tūc im
perator subtimuit q regni mutatio
nem principisq; mortē ptendebat.
Tunc egmardus ad confortationē

principis prophete testimoniū introduxit dicens. a signis celi ne timueritis que gentes pauent. ⁊ ait imperator nō aliū timere debem⁹ nisi illum qui nostri et huius creator est syderis sed eius clemētiam laudare tenemur qui nostram inertiam talibus amonere dignat̃ indiciis. qui ergo talia portenta cum apparent omnibus cōmuniter tangunt. Ideo omnes ꝑ posse ad meliora festinare debemus vt miam in illo dominante consequi valeamus. Et licet tūc impressio illa imperatorem non tetigerit: tetigit tñ totum statū ecclesie et aduentu sarracenorum ad partes romanas. q2 tunc quidam scelerati xp̄iani miserunt ad soldanum babylonie vt veniret romam asserentes ꝙ leuiter possit totam ytaliam possidere. Tāta igitur sarracenorum multitudo superueniens intrauit ytaliā vt totam superficiem terre quasi locuste viderent̃ implere ac per portam centellensem intrans vi armorum romam cepit ciuitasq3 leonina expoliatur omnino ⁊ ecclesia sancti petri stabulum equoꝝ efficitur: et non solum per sarracenos roma tunc capta fuit: sed ⁊ magna pars thuscie deuastatur.

¶ Vincūt christiani et expellūtur a Roma et thuscia sarraceni.



Quadragesimū octauū bellū inter sarracenos ⁊ xp̄ianos accidit statim post predicta. Nam ad petitionem pape Gregorij quarti supradicti Gurgo marchio lōbardie cum lombardis et ludouicus rex francoꝝ cū gallicis veniētes post plurima bella sarracenos cum multa effusione sanguinis a roma et tota illa terra fugauerūt q2 dict⁹ gregorius papa et ludouicus imperator quasi eodē tēpore decesserunt. Ideo sunt notanda que circa finē vtriusq3 contigerunt. Unde appropinquantibus ad mortem fuit maxima solis eclipsis tantū ꝙ fuit obscuratus aer ⁊ tenebratus sicut de nocte ita ꝙ sydera apparebāt. Itē luna sic recessit a sole ꝙ lumen recipere videbatur sicut in nouilunio. Post hec egritudo imperatorē grauiter inuasit qui statim prouide de imperio et regni et anime sue salutem dispossuit ⁊ ecclesiastica sacramēta suscepit multaq3 cum deuotione migrauit ad xp̄m. et Gregorius papa quasi in eodem tēpore diē clausit extremū hec ex hystoria collecta fratris iohānis de padua.

¶ Uincūt xp̄iani occisa sarracenorū magna multitudine. Et ecclia sancti Jacobi edificatur per regē alfonsum magnum ex lapidibus muro forti.



Quadragesimū nonum bellum inter sarracenos ⁊ xp̄ianos accidit āno domini octingentesimotricesimonono imperante lotario filio supradicti imperatoris ludouici ⁊ sedente in cathedra petri Sergio papa. ij. Ac regnante in regno legionis rege alfonso. iij. qui fuit dictus magnus. Iste fuit filius supradicti regis ordonij ꝺ quo supra

gloriosa bella narrata sunt. Et fuit rex piissimus elemosinis clarus ip se fecit ecclesiam sancti Jacobi ex lapidib⁹ muro ꝛ forti opere fabri cata. quia prio erat de terra. eo er go tempore predictus rex alfõsus magnus congregauit exercitũ suũ ex prouincialibus et gasconibus ꝛ nauarrijs venit contra terrã sarra cenoꝝ confregit et destruxit que cũqꝫ inuenit ꝛ cepit per vim villaꝫ quandam que dicebatur tunc leti cia quam ignibus concremauit et occidit omnes sarracẽos quos ibi inuenit. et reuersus est ouetum ma gnis cũ diuitijs et honore.

¶ Uincunt xp̃iani pereptis pluri bus sarracenis per regẽ alfonsuꝫ.



Uinquagesimũ bellum inter sarracenos ꝛ xp̃ia nos accidit sequẽ ti anno scilicet oc tingentesimo qua dragesimo. Tunc magnus exercit⁹ sarracenorum regis toleti venit ad percurrendũ ꝫ et destruendum ter ram regis alfonsi magni. Cum er go predictus rex sciuit venit cum exercitu suo contra eos et bellauit cum eis in littore fluminis dolei vi ctiqꝫ fuerunt sarraceni et perdide runt ibi omnia que portauerant ac mortui sunt ex sarracenis quingen ti. xl. Alij vero terga sunt dare co acti. Sed et rex alfonsus secut⁹ est eos viriliter et occidit multos ex eis ac captiuauit reuersusqꝫ ẽ oue tum cum magnis diuitijs et hono re. In predicto bello fuit strenuiss sim⁹ miles Bernardus delcarpio de quo supra mensio facta est cõso brinus regis alfonsi casti: multas enim cedes in sarracenos fecit nõ solum zelo fidei sed desiderio libe randi patrem suum comitem dita tum sancti de quo supradictum est quem rex alfonsus castus in carce ribus posuerat. quia sine scitu sui acceperat in vxorem sororem suaꝫ de qua predictum est bernardũ ha buit sed licet propter hoc rebella uerit regi predicto et vt debellaret regem fecisset castrum illud quod dicitur delcarpio prope salamãti cam et aluam de tormes: tamen nũ ꝙ potuit ipsum videre nisi mortuũ dato castro regi cogitans ipsuꝫ re cipere viuum vt plene continet in generali hystoria hyspanie.

¶ Hoc bello vicit xp̃iani sub Ber nardo delcarpio. Et capit balba strum cum alijs locis.



Uiquagesimũ primum bellũ inter sar racenos ꝛ xp̃ianos acci dit circa idem tempus. Nam cum supradictus bernardus delcarpio tradidit supradictum ca strum regi et vidit patreꝫ suũ mor tuum: fuit a rege alfonso magno ex pulsus a regno suo et venit in re gnum francie: sed cum in curia re gis francie non fuisset receptus si cut ipse optauerat reuersus est ver sus hyspaniam. et tunc habuit cuꝫ sarracenis tria magna p̃lia et sem per fuit victoriosus: occidit enim plurimos eoꝝ ꝛ habuit ex spolijs in numeras diuitias cũ quib⁹ postea

conquisiuit ex illo loco vbi predi- cta prelia habuit vsqȝ barbegal et lucratus est barbastrum ꝛ segorbe ꝛ montem album.

¶ Uincunt xpiani sub rege alfon- so. et liberatur coymbra ab obsidio ne sarracenorum.



Uinquagesi- mūsecūdū bellū iter sarracenos ꝛ christia nos accidit anno dn̄i octingētesimoquinquagesimoquar to. Tunc p̄dictus rex alfonsus ma- gnus congregato exercitu suo iuit ad succurrenduȝ coymbrā quaȝ te nebant sarraceni obsessaȝ ꝛ pugna uit cum eis ꝛ deuicit eos cepitqȝ eā et posuit sub dominio suo ꝛ p̄se cut⁹ est sarracenos percurrēs plu- res alias ciuitates.

¶ Uincunt xpiani sub rege alfon- so magno et p̄ tuitiōe patrie edifi- catur castrum magnum.



Uinquagesi- mūtertium bellū in- ter sarracenos ꝛ xpia nos accidit anno dn̄i octingētesimosexage simo. imperante ludouico fratre su pradicti lotarij imperatoris. ꝛ sedē te in cathedra petri Nicolao papa primo Tunc supradictus rex alfon sus magnus congregato exercitu magno xpianoꝝ iuit ad percurren- dam terrā toleti et cremauit ac de- struxit quecūqȝ inuenire potuit. p̄ strauitqȝ multa castra ꝛ fortalitia que sarraceni possidebant et capti uauit plurimos sarracenos qd vi- dētes sarraceni timore magno p̄- cussi miserūt et nuncios suos nun- ciātes eidē q̄ sibi darent tributū si cōcederet eis pacē. Rex aūt alfon sus concessit eis treugas per tres annos ꝛ reuersus est in terrā suam cum magnis diuitijs ꝛ honore. Sȝ cū reuerteretur cepit vnū castrum qd tenebant sarraceni qd dicebaꝛ quinqualubel Istud castrū nō itra uerat in treuga et occidit ibi mul- tos sarracenos ꝛ post hoc fecit vnū castruȝ magnuȝ in maritimis astu riarum pro defensione illius terre ne nauigātes inimici illaȝ destrue rent et nomen illius castri dicitur gordon. Et intra castrum fecit vnā ecclesiam sub nomine sancti salua- toris quam fecit consecrari a duo- bus archiepiscopis ꝛ vno ep̄o quā multis donis decorauit specialiter dedit illi ecclesie quādam crucē de puro auro ornatam pluribus lapi- dibus quam ipse mandauerat fie- ri. Fecit etiaȝ in ecclesia sancti ia- cobi quandam capellam mire pul- critudinis et dotauit predictā ec- clesiam plurimis hereditatibus ac ornauit illā auro ꝛ argēto necnon ornamētis ꝛ lapidibus p̄ciosis. Fe cit etiam iste gloriosus rex alfōsus super corpora sanctoꝝ facūdi ꝛ pri mitiui. ecclesiam mire magnitudi- nis et pulchritudinis. circa littus ceꝝ quam etiam dotauit et honora uit multis necessarijs.

¶ Uincūt xpiani per regē alfonsū magnū i senectute sua.



Uiquagesimū quartū belluȝ iter sar-

racēos et xp̄ianos accidit circa annum domini octuagesimum secūdū. Cum enim predictus rex alfonsus magnus xlvi. annis regnasset reliquit regnū et dedit illud filio suo garchie et peregrinatus est in sanctum iacobū et cū reuerteretur rogauit filium suum regem garchiā ꝙ traderet sibi gentes cum quibus adhuc semel vel bis posset ire contra sarracenos in senectute sua qḋ rex garchias concessit eidē. Iuit ergo cū exercitu magno et cremauit et depredat⁹ est et destruxit magnam terram sarracenorum et reuersus est in nauarram cum grandi multitudine captiuorum ⁊ multis diuitijs et honore. Post hoc venit samorā vbi de infirmitate sua gloriose finiuit et sepultus est in ecclesia sancte Marie ciuitatis oueti cum vxore sua regina domina xymena.

Christiani p regē Garchiā vincūt capto ayolas rege sarracenoꝝ.



Quinquagesimū quintū bellū inter sarracēos ⁊ xp̄ianos accidit circa annū dn̄i octingentesimūoctuagesimūtertium. Cū enī predictus rex garchias post mortem patris regnaret in p̄rio anno regni sui congregauit magnū exercitum suum ⁊ iuit ad percurrendā terram sarracenoꝝ cōfregitq̄ multas villas et cremauit eas prostrauitq̄ multa castra et pugnauit cū quodam sarracenoꝝ rege qui dicebat ayolas ⁊ deuicto bello cepit illū regē et reuersus est in terrā suā cum multitudine captiuorū ac cū magnis diuitijs ⁊ honore sed cum reuerteretur ex culpa illorū qui reges sarracenū obseruabāt solutus a vinculis fugit. Rex predict⁹ garchias āno tertio regni sui mortuus est feliciter i ciuitate zamore et deductū est corpus eius ad ciuitatē oueti vbi honorifice sepultus est.

Xvi. bello vincūt xp̄iani sub rege ordoneo secundo. Et capitur ciuitas rogel.



Quinquagesimūsextū bellū inter sarracenos et xp̄ianos accidit circa idē tp̄s. Mortuo enī p̄dicto rege garchia regnauit p̄ eo frater ei⁹ ordoneus scd̄us filius supradicti regis alfonsi magni. Iste ordoneus tpe patris sui cōgregauit magnū exercitum ⁊ intrauit terram sarracenoꝝ ⁊ percurrit illam. percurrit etiam p̄uinciā beticam que est terra de gnalderquenir et cōfregit multas ciuitates cremauitq̄ eas ⁊ destruxit ac plurimos sarracenoꝝ captiuauit. cepit etiā in illo p̄rio ingressu vnā de nobilioribus ⁊ fortioribus ciuitatib⁹ sarracenoꝝ que tūc dicebat roges et reuersus est in terrā suā diues et cū honore.

Isto bello vincūt xp̄iani sub rege ordoneo scd̄o et capta talauera ignibus crematur.



Quinquagesimū septimū bellū īter sarracenos ⁊ xp̄ianos accidit

anno domini octingentesimooctua gesimo sexto. Tunc pdictus rex ordoneus scds congregato exercitu suo iuit et obsedit talaueram. Sarraceni vero cordubenses et alij circumuicini cū hec audiuerūt venerūt ad succurrendum ad predictā villā. Sed cū adiutorio altissimi rex ordoneus pugnauit cū eis et deuicit eos. pempti sunt etiam ibi multi sarraceni. Alij vero per fugā euaserunt et tunc rex ordoneus cepit illam villam et depredatus est quicquid ibi inuenit, ꝓstrauitq; muros ville ac illam ignibus cremauit et sic reuersus est in terram suam diues: et cum honore deduxitq; captiuum ducem exercitus cordubens. Alij tamen dicunt ꝙ predictam cōquistam fecit iste ordoneus tempore regis garchie fratris sui.

Per regē ordoneū scdm capit castrum albame: et xpiani vincunt.



Quinquagesimū octauū bellum inter sarracenos et xpianos accidit anno dñi octingētesimo nonagesimo. Tunc eñi predictus rex ordoneus timēs ꝙ perderet tēpus suū si desisteret ab oppugnatione inimicoꝝ fidei xpiane, ꝓduxit exercitum suū magnū: et iuit vt ꝑcurreret terrā meride et cōstregit ac destruxit igne et ferro quicquid inuenit. Cepitq; vnū castrū qd dicebat calabri: et nunc dicitur albame. sic ergo post plurima certamina et victorias reuersus est in terram suā cū multitudine captiuorū vtriusq; sexus. et anteq egrederet de terra sarracenoꝝ venerūt ad eū potentiores meride ac terre lucene: ac etiā rex passensis q dicitur bedadios petentes ab eo treugas ꝓpter quas concedēdas multitudinē innumerā pecunie obtulerunt eidē et reuersus est legionē cū magnis diuitijs et honore. Et tunc fecit mirificū illud tēplum ecclesie maioris in eadē ciuitate vbi prius erat suū regale palatiū. Jacet sepultus rex in ecclesia pdicta retro altare maius in pariete: vbi transitus gentiū efficitur circularis. Successit ei in regno filius eius alfonsus quartus qui regnauit quinq; annis sed nihil magnifici fecit cōtra sarracenos. Hic motus quadā leuitate voluit ordinē intrare et de facto sic fecit renuncians regnum suū fratri suo ramiro et cū pauco tempore remaneret in religione in monasterio sancti facundi prope ceyam exiuit ab ordine et venit legionem et rebellauit cū eadē ciuitate fratri suo volens iterum regnare. quod cū frater eius rex ramirus cognouit venit super eum cū magno exercitu quē ꝯ sarracenos parauerat et obsedit eū in eadē ciuitate duobus ānis. finaliter dedit se rex alfōsus fratri suo regi ramiro q eū cepit et posuit in carceribus et alios duos filios regis fruele q rebellauerant ei extraxitq; oculos eoꝝ. et post duos ānos rex alfōsus pdictus cecus mortuus est et sepultus ibi legionis in monasterio sancti pauli.

Vincūt xpiani p regē ramirum secūdū: occisis. lxxx. millibus sarracenoꝝ et captiuato rege Cesar au-

gustano proditore.



Uinquagesimūnonum belluʒ inter sarracenos ⁊ christianos. accidit circa idē tps. Tunc abdarramē rex cordubēsi. ⁊ albenyhaya rex cesar augustanus qui se fecerat vasallum regis ramiri cū terra sua cum multitudine graui venerūt vt percurrerent terrā regis predicti ramiri: ⁊ accesserunt vsq; ad locū qui dicit̄ smianchas. qd cū rex ramirꝰ sciuit. exiuit contra eos cū exercitu suo: ⁊ cōmissuʒ est durū bellū. Sed cū adiutorio altissimi victi sunt sarraceni ⁊ albenyhayo pditor: fuit captus: mortuiq; sunt de sarracenis lxxx. milia. Hec victoria fuit habita in die iusti ⁊ pastoris. ceteri vero sarraceni fugerunt ⁊ recolligerunt se in quodam castro cū abdarramē Sed rex ramirus insequēs eos obsedit eos: et captiuauit plurimos eorum abdarramē furtim euadente. ⁊ reuersus est predictus rex collectis spoliis campi innumerabilibus. et cum rege pditore vinculato ac cum multitudine captiuoruʒ in honore in ciuitatem legionensem.

¶ Bello. lx. Uincūt christiani sub rege Ramiro secundo.



Sexagesimū bellum inter sarracenos et christianos. accidit anno domini octingentesimononagesimosexto. Imperante herico primo ⁊ sedēte in cathedra petri Ioh. xix. Tūc pdictus rex ramirus secūdus cōgregauit exercitum suū ⁊ obsedit quoddā castrum qd antiquitus dicebat̄ agraui: nūc vo dicitur calatrana. Saraceni autem alioꝝ castrorum circūuicinorū cum exiuerūt: venerunt vt succurrerent predicto castro de caldrana ⁊ cōmissum est duruʒ bellum inter eos et regem ramirum. sed finaliter victi fuerunt saraceni pempta multitudine saracenorum: ⁊ reuersus est in terram suam cū magnis diuitijs et honore. Iste rex ramirꝰ cum infirmaretur grauiter oueti precepit se deferri ad ciuitatē legionensem vbi expoliauit se a regno qd receperat a fratre suo alfonso dicens hec verba. Nudus egressus sum ex vtero matris mee: ⁊ nudus reuertar illuc dñs mihi adiutor non timebo: qd faciet mihi homo. Quibus dictis animā dedit in manibꝰ creatoris ⁊ sepultus est in monasterio sancti saluatoris eiusdem ciuitatis qd ipse fecerat p filia sua dña eluira: et regnauit pro eo filius eius ordoneus tertius.

¶ Uincūt christiani hoc bello. lxi. et capitur castrum de characo per comitem fernandum gundisalui.



Sexagesimūprimum bellum inter sarracenos ⁊ christianos accidit circa annū dñi nongētesimuʒ. Tūc regnante in regno legiōi supradicto ordoneo tertio. Excitauit deus quēdam viruʒ in armis strenuū sibiq; dilectū comitem: scʒ fernandum gundisalui cuius filia scʒ domina viraca vxor

supradicti regis erat comes castelli qui ex desiderio seruiendi deo incepit bella durissima cōtra saracenos. Et primo congressu deuictis saracenis obtinuit castrū qđ dr̄ de tharaco qđ est situatus i altitudine cuiusdam rupis precisse. Unū saracenis euenit tribulatio magna.

¶ Uincunt christiani et almansor cum. xij. legionibus bellatorum fugatur per comitem fernandū gundisalui cum. ccc. equitibus ex reuelatione quadam sibi facta.



Sexagesimum⁹ secūdum bellū inter saracenos et xp̄ianos accidit anno dn̄i nongentesimo primo. Tūc almansor qui erat potentior saracenus existētium citra mare sub abdarramē amiramamolim hyspanie et regis cordubensis cum audiuit q̄ comes fernandus gundisalui ceperat p̄dictum castrū de caraco iratus ac turbatus fuit valde quare congregauit magnā potestatē regum saracenorum et militum aliarūq̄ gentium quorum numerus. xij. legionū militū. Una legio est sex milia sex cētum sexaginta sex. Cum vero predictus comes fernandus gundisalui cognouit q̄ almansor veniebat contra eum in multitudine tamgraui et q̄ mirabatur dicens: q̄ non esset locus in quo nō quereret eum misit statim nuncios suos per totū castellū vasallis suis dicēs q̄ venirent ad eū quia nimiū eis indigebat qui visis litteris parato animo vnanimiter venerunt ad eum cum quibus habuit consilium suū quid esset melius ire obuiam almansor vel expectare eum: et inter alios miles quidam dictus gundisalus didaci sic locutus est. O domine nō mihi videtur tempus bellandi cū istis saracenis. Sed si aliquā viam possemus inuenire per quā istud bellum impediretur haberē ego pro bono consilio si vobis placeret nec propter hoc debemus habere pro inconuenienti contribuere eis aliquid aliud quicquid illud esset per quod possemus mitigare iras saracenorum et lucrari treugas eorum: q2 in multis aliis rebus expēduntur diuitie: in hoc ergo nō debem⁹ excusari: quia in bello ponit homo aliquotiēs animam et corpus et nihil ei prodest aurum et argentum: et quicquid aliud. Item saraceni sunt multi et bene armat. nos vero sumus pauci et armis vacui. et si propter peccata nostra vincimur omnes erimus confracti et tota castella perdetur: et ponetur sub potestate saracenorum. Sed si istud bellum non daretur haberem pro bono consilio: et pro meliori q̄ nos possemus facere vt non pderemur sic ex nostro defectu nec aliquid nobis pdesset sine adiutorio domini nostri iesu xp̄i. Domine si locutus sum sine modo peto veniam, et dicet vnusquisq̄ illud qđ sibi melius videtur. Istud cōsilium non placuit predicto comiti fernando gundisalui; et quasi iratus dixit. Amici volo respondere dono grandi saluo didaci. et enarrando quecūq̄ dixit ostēdam q̄ non solum non sunt

dicenda sed nec audiēda. Ipse di-
cit primo q̄ excusemus belli: sed
cum homo non possit excusare nec
fugere mortē: debet mori honorifi-
centius quo poterit et sic treugas
lucramur contribuēdo eis aliquid
eis sumus dñi efficeremur serui ⁊
vnde deberemus castellū extrahe-
re a pena et oppressione in qua est
amplius ei duplicaretur. Cū ergo
omnes vnde nos descendimus fer
uenti fidelitate decorati: ⁊ in eius
obseruatiōe gloriabātur. Ideo nō
curauerunt de morte sua ⁊ isto mo
do impleuerūt quicquid voluerūt
et pugnauerūt viriliter ne aliquid
indecens facerēt ꝓpter qđ reputa
ri possunt nec voluerūt habere he-
reditatē vnde ipsi minus valerēt
q̄ omnes alij viuētes in toto mun
do: ⁊ propter eoꝝ magnā fidelita-
tem vicerunt semꝑ inimicos suos
quia propter mortis timorē nunq̄
errorem aliquē facere voluerunt
nec aliquid qđ eis inhonestū esset
⁊ isto modo ipsi vicerunt inimicos
suos. Qđ ergo illi fecerūt debet in
memoriā nostram venire et concor
dādo nos cum eis ac eoꝝ facta ob-
seruando nunq̄ errabimus. Dimit
tamus ergo iam enarrare parētū
magnalia ⁊ redeamus ad factū no
strum. preparemus nos vt eamus
ad bellū ⁊ propter mortis timorē
nullatenus dimittamus: quia cum
dei adiutorio et nostre fidelitatis
vincemus inimicos nostros ⁊ ex-
trahemus castellum a pena et con
fractiōe in qua est nec eorum mul-
titudinem pauere debemus: quia
plus potest vnus leo q̄ decē oues.
et occident triginta lupi triginta
milia agnos. Sitis certi amici q̄
nos vincemus almansor hac vice
⁊ erit magnus honor meus. vester
autem maior ac de me facietis me
liorem hominem totius hyspanie.
Cum ergo predictus comes fini-
uit orationem suam mouit se cum
exercitu suo de loco qui dicitur mu
neon vbi tunc erat et venit in locū
qui dicitur lara: et inde ascendens
equum suū intrauit montem vt ve
nationi vacaret. Inuenitq̄ aprum
quēdā: ⁊ secutus est eū solus aper
vero fugiens cum recollegit se in
quadā spelūca in qua solebat ma
nere. sed non secutus ibi intrauit
quādam ecclesiā paruam ibi pro-
pinquam et posuit se retro altare.
Ecclesia autem illa tota erat exte-
rius cooperta quadam herba que
dicitur edera: sic q̄ nihil eius vide
batur ī qua tres monachi pauper-
rime viuebant: et vocabatur eccle-
sia illa sanctus petrus Comes au-
tem p̄dictus insequēs aprum non
potuit in equo pre arborum spissi-
tudine intrare post aprum descen-
dit ergo de equo ⁊ ligauit eū ad ar
borem secure: ipse vero secutus est
vestigia apri pedes ⁊ ingressus est
ecclesiā p̄dictam ⁊ accessit vsq̄ ad
altare vbi porcus iacebat. cum aūt
respexit locū ⁊ vidit q̄ erat eccle-
sia: timuit ⁊ noluit accedere ad al-
tare nec occidere aprum. licet ipse
ex parte orientis et ordinauerunt quod missis anchoris statim extraherentur batelles quos in nauibus deducebant et quod in eis primo in quolibet eorum irent certi homines armorum et quod galee cum eis ostenderent quod volebant ire ad capiendum terram ex parte castri quod est ad partem cera sanarum vt omnes sarraceni irent in illam partem. et quod postquam sarraceni essent nimium multiplicati ad illam partem alinue quod est factum et ceperunt terram inimicis sarracenis saltantes a batellis et galeis sicut melius poterant sic quod aliqui erant in mari vsque ad pectora et alii plus vel minus taliter quod bellantes cum sarracenis et sarraceni defendendo terram sic bellum est inceptum cum his sarracenis qui ibi erant in parte illa et cum aliis qui continuo succurrebant de ciuitate et sic bellando cum eis retraxerunt eos quousque fecerunt eos intrare per portam ciuitatis et intantum angustiauerunt eos sine intermissione quod non habuerunt sarraceni potestatem claudendi portas ciuitatis et sic intrauerunt christiani mixtim cum eis in ciuitatem ad bellandum in vicis et careriis et durauit die illa bellum intra ciuitatem vsque ad horam vespertinam quousque se retraxerunt sarraceni ad fortaliciam ciuitatis et alii ad villam que est ex altera parte ciuitatis que dicitur sct. Sed intantum christiani angustiauerunt castrum et predictam villam quod eadem die captum est castrum et villa illa taliter quod eadem die tota ciuitas cum castris suis fuit posita in potestate christianorum et dimissa a sarracenis. Mortui autem sunt ibi plurimi sarraceni et alii facti sunt captiui alii vero per rupes fugerunt. Perquirentes autem christiani domos ciuitatis inuenerunt multitudinem diuitiarum et multas sarracenas coquentes panes et preparantes ollas pro sarracenis cibandis. De christianis autem solus vnus mortuus inuentus est qui dicebatur bascus fernandi de eyde ex ictu cuiusdam sagitte missi de castro cum iret ad succurrendum infantem henricum qui cum sarracenis ante oculos bellabat in porta cuiusdam domus. Eadem die qua predicta ciuitas capta fuit rex predictus cum filiis suis in pane et aqua ieiunabant nec aliquid manducauerunt quousque tota ciuitas fuit capta.

¶ Vincunt christiani et capitur antequera per infantem fernandum.



Centesimumquinquagesimumquartum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa annum domini Millesimum. cccc. Regnante in predicto regno castelle regi iohanne secundo qui incepit regnare anno domini Millesimo. cccc v. et fuit positus sub tutoribus scilicet matre sua illustre regina domina katherina: et infante fernando. Suscepta ergo gubernatione regni per infantem fernandum congregato magno exercitu venit in terram sarracenorum et obsedit antequeram quam mirabili machina murum excedente viriliter cepit occisa sarracenorum multitudine. Predictus infans fernandus post hoc cepit regnum Aragonie et factus est rex aragonum.

¶ Vincunt christiani et fugantur sarraceni per regem Johannem secundum occisis pluribus sarracenis.



Entesimum quinquagesimusquintus bellū inter sarracenos et christianos accidit āno domini Millesimo.ccccxxx. Tūc predictus rex iohānes secundus congregato magno exercitu intrauit terrā sarracenorum et posuit regale suum prope ciuitatem granate vbi.xix.diebus stetit. Egrediētibus ergo sarracenis die quadam a predicta ciuitate multitudine magna constipati ex insperato coniūcte sunt acies vtrorumque et factum est prelium magnū pluribusque sarracenis trucidatis aliisque in fugam versis victi sunt sarraceni. Quidam autem sarraceni specialiter sagittarii multitudine nō pauci aliis fugiētibus sub quibusdam ficulneis remāserunt cogitātes se ibidem posse defendi et non parua dāna posse inferre christianis quasi ex latibulo pugnantes. Ad quos milites christiani equis dimissis pedes intrauerunt quorum gladiis perierunt. Illa die vt fertur capta fuisset granata si debit⁹ ordo pugne obseruatus fuisset. Tempore predicti regis iohānis secundi plurima castra sarracenorum per christianos capta fuerunt cum multa effusione sanguinis sarracenorum. Regnauit autem xlviii.ānis et mortu⁹ est in villa valisoletana āno domini Millesimo ccccliiii.ac sepultus in monasterium cartusiensium de miraflores ciuitatis burgen. Hic tenuit quēdam preuatum a pueritia sua qui dicebatur aluarus de luna quem intantum honorauit quod ipsum fecit magistrū sancti iacobi cum quo multas tribulationes passus est et multo tempore a militibus regni et finaliter propter nōnulla quē sue maiestati circa eū iducētia videbātur fecit eū publice pro iusticiā i supradicta villa decapitari. Cuius caput nouem diebus stetit affixum clauo in palo alto: corpus vero i medio platee tribus diebus inhumanatum remāsit. Et cum esset vir tāte potentie ab omnibus tamen suis in fine relictus fuit quia tamē in tāta pressura ad dominum accessit corde contrito et humiliato et pedibus meis licet indignis se per generalem cōfessionem totius vite sue inclinauit. Credo ipsum secundum signa que vidi misericordiam dei consecutum fuisse. quia scriptum est in quacunque hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum eius nō recordabor. Et successit predicto regi iohāni in regno filius eius henricus quartus qui nūc regnat.xviii.rex castelle et vtinam feliciter ad dei gloriam regnet et vtilitatem rei publice. Hic primo regni sui anno cum exercitu suo magno intrauit terram sarracenorum et obtinuit viriliter villā que dicitur ximena et destruxit stipendias habuit etiam bullam cruciate cōtra sarracenos et continuauit guerram iiii.ānis. In quibus nō modicū sarraceni sunt fame afflicti in signum et voluntatem expugnatiōis regni granate cepit diuisam malogranatorū pro ornamento armorum regalium. Quid erit. deus nouit. cuius est causam et finem bellorum agnoscere. multa enim impedimenta efferūtur specialiter diuisio militum in regno contra ipsum. propter que iam hoc

anno. lx. plus timetur guerra in regno. quam contra infideles quod deus sua pietate auertere dignetur.

Uincunt sarraceni et perduntur ciuitates pera et constantinopolis. et de trib9 mirabilibus que precesserunt.



Centesimum quinquagesimu[m] et tantum bellu[m] inter sarracenos et xpianos accidit ano domini Millesimo. cccclii. tepore Nicolai pape quinti. Tunc enim imperator turchorum co[n]gregato magno exercitu per terram et magna classe. pposuit nomen delere christianum viribus suis. In primo ergo ipse obsedit ciuitatem que pera dicitur quam post plurima certamina cepit. xxviii. die may et intras eade ciuitatem crudelissime occidit omnes xpianos a sex annis et supra et sequenti die. s. xxix. intrauit portum constantinopolitane vrbis vigore belli et pluribus artibus guerre. Obsedit ergo ciuitatem constantinopolitanam per mare et per terram potentissime et eam angustians sine intermissione finaliter ea deuicit et cepit et ingressus ciuitate indicibilem cedem fecit in xpianos. Alios vero pedibus et manibus ligatos in captiuitate duxit monachos etiam et monachas co[n]secratas vituperose extractas monasteriis extractas ac si meretrices et prostibulo institute essent trahebat contra eas pegens tanta et talia alia de pecudibus que sine rubore vix dicere auderet. Adolescentulos vero a decennio et infra cogebat sue spurcissime fidei adoratores existere. Et vltra hoc intrauerunt thurci in illo eximio et claro teplo sancte sophie et sacratissimas imagines sanctorum atque sanctarum pedibus conculcauerunt et omne genus vituperii super eas fecerunt et in sacra altaria ascendentes saliebant vociferado iubilantes et machometum hymnis et laudibus extollentes. Ascenderunt etia illi nepharii thurci ad sublime tegume eiusde alte et famose ecclesie sancte Sophie et cruce eius cacumine infixam deiecerunt et dirupe runt. Sacra vero corpora sanctorum laniabant et deuastabant. plurima etiam vituperia fecerunt in sacris crucib9 et calicibus et in tantum eorum vesana rabies exarsit quod a prima hora diei vsque ad meridiem tota vrbem nudata et deserta reliquerunt sicut non latinum non grecum non armenium non iudeum nec aliu quemis homine de habitatoribus ciuitatis intra ea dimiserunt. Hec ex epistolis ysidori cardinalis rutenensis qui presens fuit in excidio ciuitatis et francisci roscarum ducis venetorum trasmissis ad Nicolaum papa quintu. vt de remedio in futurum prouideret contra hunc thurcorum imperatore qui se vocat inimicu crucis xpi et in tantum odio habuit xpianos quod cum aliquem videret existimans se in visu deturpatu et foedidatu proprios oculos abluit et abstergit vt dicit predictus cardinalis. Et est diligenter aduertendum ad tria singularia que desolationem predicte ciuitatis precesserunt quorum duo predixit quidam antiquus philosophus grecus qui leo dicebatur. Unde in ecclesia sancti demetrii predicte ciuitatis vt mihi quidam grecus qui

propriis oculis sepe vidit: narrauit
Erat quedam columna marmorea
tota operata ad modum scacorum
sic ordinata quod incipiendo a princi-
pio in vno scaco ponebatur nomē
imperatoris et in sequenti nomē pa
triarche qui presidebant et predixit
philosophus predictus quod cum facta
fuisset impletio omnium scacorum
illius columne tunc perderetur ci-
uitas constantinopolitana et sic de
facto accidit. quia presidētibus Cō
stantino imperatore et gregorio pa-
triarcha in quorum tempore capta
fuit ciuitas predicta facta fuit im-
pletio vltimorum scacorum colum-
ne secundum quod predixit predi-
ctus philosophus leo fuit quod tempo
re Constantini debebat perdi ciui-
tas cuius verba in predicta colum-
na erant hec. Constātinus me fecit
et Constantinus me dissoluet. et sic
impletum est. Istud enim fuit mira
bile preuideri a tali excidītione a phi
losopho quod esse non potuit nisi a
spū dei. Primus enim qui imperauit
et nobilitauit predictā ciuitatē fuit
vocatus Cōstantinus. qui dedit pa-
trimonium ecclesie. mater sua fuit
vocata helena. et primus patriarcha
fuit vocatus gregorius. Ultim9 autē
qui ibi imperauit et perdidit ciuita
tem mortu9 in bello dicebatur etiam
constantinus et mater sua helena et
patriarcha etiam gregorius vocaba-
tur. Tertium vero mirabile quod p̄-
cessit captionem ciuitatis fuit visum
per turchos. christianis nihil viden
tibus. Unde cum quadam nocte vi-
gilantes turchi in obsidionem re-
spicerent versus ciuitatem viderūt
subito multitudinem luminum ad
modum candelarum vndique super
turres et muros ciuitatis quod re-
spicientes et admirantes timuerūt
valde. Arguentes ex hoc miraculo
ciuitatem esse sub diuina protectio-
ne et cum retulissent qui viderāt im
peratori turchorum ipse simulauit
pro tunc. Altera vero nocte apparē-
tes predicte candele super turres et
muros vise sunt eleuari in celum.
Et tunc turcus ille magnus interp̄-
tans visionem illam: dixisse fertur.
Candele que apparuerunt descenden
tes significauerunt quod deus in tem-
poribus preteritis protegebat hāc
ciuitatem. sed cādele eleuate in celū
designant quod deus recessit ab ei9 cu-
stodia. Nunc ergo ait: est tempus de
bellandi eam et sic ardenti rabie irr-
ruerunt in ciuitatem nobilissimam
et ceperunt eam vt dictum est. Et vo
co illam ciuitatem nobilissimam:
quia secundum ysidorum in libro
ethimologiarum. xv. Constantino-
polis est in tracia quā edificauit ex
nomine suo constantinus solam ro-
me meritis et potentia adequatam.
Hanc conditam primo apausania re-
ge spartanorum et vocatam bisan-
cium vel quod tātum patet inter adria
ticum mare et propontidem vel quod
sit receptaculum terre et maris. Un-
de et eam constantinus aptissimam
condere iudicās vt receptaculū sibi
mare terraque fieret. Unde et nūc ro
mani imperii sedes et totius caput
est orientis sicut roma occidentis.
hec ille. Sic ergo hec nobilissima
ciuitas immo quasi totum grecie im-
perium occulto dei iudicio tradi-
tum est in manus impiorū sicut etiā
methodius martyr prophetauit in-

ter cetera dicens: grecia in captiuitate et occisione erit sicut plenius dicetur infra consideratione .xij. in primo passu.

¶ Vincunt christiani cruce signati fugato thurco et cesis .lxxx. milibus thurcorum Johanne de capistrano nomen iesu deuotissime inuocante.



Entesimumquinquagesimumum septimum bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini Millesimo .cccclvij. sedente in cathedra petri Calixto papa tertio qui in memoriam huius belli instituit festum duplex transfigurationis domini nostri iesu christi cum gratiis et indulgentiis solennitatis corporis christi: et cuius bulla plumbea quam oculis propriis vidi ordinem istius belli et victorie diuine ad propositum annotaui vbi sic predictus papa inter cetera ait. Quoniam pater ille misericordiarum ac piissimus christianorum protector et vite nostre defensor: omnipotens deus: postquam in die celebri beatorum apostolorum petri et pauli dum sacra missarum solennia in eorum basilica ageremus litteras nostras super generali oratione per vniuersos christicolos facienda lectas et fauente domino vbique obseruatas fecimus publicari piis orationibus et operibus sui afflicti populi aliquantulum mitigatus feritatem ipsius imperium et immanissimi turchi cultoris execrabilis machometi proxima estate decursa cum suo pene innumerabili in quo plurimum confidebat exercitu infidelium et turcho rum contriuit castri balgradi in regno vngarie ad ripam danubii situati quod vndique obsessum et coangustatum diruere satagebat obsidione soluta per cruce signatos et vngaros ad modum populares quamuis pautiores numero et inermes et nostra ordinatione et institutione dilecto filio legato nostro de latere illuc destinato iniuncta ac nunciis et litteris sepius repetita et sincera fide quam gestamus in ipso saluatore nostro cuius est res adunare dispersas et desperatas protegere ac superborum precipue infidelium et christiane fidei inimicorum potentiam conterere et etiam debellare sub strenuo viro ynoda iohanne celebris memorie fidei nostre catholice acerrimo defensore et pro ea atque fidelibus propugnatore christianeque cohortis duce dignissimo cui neque fides neque spes victorie defuere militantibus presente pariter iohanne quodam de capistrano ordinis fratrum minorum professore viro quidam optimo et meritorum apud deum et homines eximio et nomen iesu christi in quo salus nostra consistit fiducialiter et assidue cum omni populo circumcepto voce vnanimi inuocante vexillo quoque sacratissime crucis cum magnis clamoribus et vocibus eleuato ad celum. Vnde ineffabile vtique a cunctis dicitur: aduenit auxilium Mira res die memorabili beate marie magdalene celesti presidio communitus populus fidelium impetu in hostes viriliter facto eundem ferum turchum cum suis sacrilegis complicibus in turpem et damnosam fugam conuertit: dedit que ipse miserator dominus et fidelis in manu paucorum tam ferocis inimici et innumerabilis exercitus cum maxima strage victoriam vltra quam mens estimare posset humana: dominus enim potens super exercitus et tyrannos qui ma-

dian et orientales populos ad numerum locustarum in manu tradidit gedeonis. Omnie etiam sacerdoti contra eliodorum ciuitatem sanctam hierusalem prophanare molientem presidium prebuit et iuuamen pro nobis contra insolentissimos hostes miraculose pugnauit. O bone iesu dux et saluator noster fortitudo vera et tutissimum certumque presidium ad te confugientium christianorum ipsos proprio sanguine redemisti: gladium tuum super inimicorum capita fugientium intromittens non pauciores sese mutua cede necarunt quam a nostris in prelio interempti fuissent. Nam vt a fidedignis accepimus in ea pugna: xl. milia occisi totidemque superstites in turpem fugam versi sese mutuo trucidantes defecerunt. Castra incensa machine et instrumenta bellica omnia direpta sunt: vt confusus abiens ipse tyrannus et pre timore fere multis mensibus non apparens inter latebras seu munita oppida se recepisse dicatur et diuinam presentiens vltionem in suam perditionem futuram intra Constantinopolitanam persique ciuitates se reclusit. Illasque muris et antemuralibus munire frustra decertat minus attendens quod nisi dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat qui custodit eam: hec est predicta bulla.

¶ Vincunt christiani in affrica per regem alfonsum portugalie.


Entesimumquinquagesimumoctauum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini millesimo.cccclviii. Tunc rex alfonsus portugalie armata magna classe transiuit in affricam et obsessa quadam villa forti maritima que dicitur alcacer tagner ac fortissimo bello angustiata cepit eam et christianis populauit ac muniuit armis et victualibus necessariis. Dolentes autem saraceni affricam bis iam duorum annorum interuallis cum innumerabili multitudine bellatorum venerunt vt eam obtinerent sed plurimis eorum peremptis vacui semper redierunt. Et quia inter predictam villam et mare erat aliquale spacium vbi venientes saraceni se ponebant ne per mare posset succursus dari eidem. Rex predictus in regno portugalie fecit quadrari lapides in tanta multitudine quanta necessaria erat pro duplici muro construendo a predicta villa vsque ad mare: lapidibus ergo predictis ac sufficienti calce per nauigia in predictum locum deductis tanta fuit multitudo lapicidarum quod paucis diebus facti sunt muri cum turribus necessariis sic quod cum saraceni cognouerunt opus quasi finitum erat et factus est locus quasi inexpugnabilis a saracenis in magnum subsidium et vtilitatem christianorum transeuntium per illud secretum mare mediterraneum. Distat autem predicta villa a cepta sex leucis et a portugallia vt fertur fere centum leucis et a tarifa que est etiam locus christianorum istius regni castelle est altera parte maris stricti tribus leucis et sic ista duo loca sunt quasi claues maris stricti.

¶ Decima consideratio est de possessione terre sancte per saracenos que duobus explicatur punctis.

Ecima conside ratio hui⁹ libri q̃rti ē de possessiōe terre sancte p saracenos vbi duo puncta occurrūt declaranda. Primus ē scire causam quare saraceni tenent terram sanctā. Secūdus vero pūct⁹ erit. Si xp̄iani vellent facere guerrā saracenis ad terrā sanctā capiendaꝫ q̄s locus eēt eis ꝯuenientioꝛ in orbe ad incipiendū talē guerram. Extollunt enī se saraceni dicētes se tenere ꝟitatē legis q2 possident terrā sanctam. Insultant etiā iudei ꝯtra xp̄ianos dicētes ꝙ lex xp̄ianoꝝ nulla est nec iesus nazaren⁹ est messias in lege ꝓmissus q2 non possident terram sanctam hierusalem. Ideo ad hec declarandū tres rationes assignanẜ p fratrem vincentiū scm̄ in sermone. Ecce ascendim⁹ hierosolimā. Prima est ad excusatiōnē xp̄ianoꝝ. Secūda ꝓpter cōfusionem saracenoꝝum. Tertia est propter conuersionem iudeoꝝ. ¶ Circa primum notandū est ꝙ nullus christianus est ita sanctus quin peccet excepto christo et virgine maria. Unde ecclesiastes septimo non est homo iust⁹ in terra qui faciat bonum et non peccet: ꝛ deus non vult ꝙ christiani peccent in illa terra in qua filius dei passus est pro peccatis hominum quia hoc reputaret ad maximam iniuriam: de agarenis vero nō ita iniuriatur quia canes sunt. multum enim displiceret regi et indignareẜ si filij sui vel milites mingerent in camera sua: si auteꝫ canis minget non curat. Idem in proposito de terra sancta: multum displiceret xp̄o si nos filij per baptismuꝫ fa cteremus in ea corruptiones et peccā sed de agarenis tanq̄ de canibus nō curat: et concordat auctoritas xp̄i dicentis hierusalē calcabitur a gentibus donec impleātur tempora nationum Luce. xxi. tunc enī cum oīs plenitudo gentium intrauerit omnis israel salu⁹ erit: vt habeẜ ad romanos xi. Et sic patet prima ratio scꝫ ꝙ propter excusationem xp̄ianoꝝ ne peccemus in camera sanctificata regis regum iesu xp̄i non possidemus terram sanctam. Unde sic patuit supra bello centesimo. Hierusalem capta fuit p cruces signatos christianos ꝛ quādiu vixerunt in sanctitate ꝛ sine offensa christi possederunt terrā sanctam. Sed cū multiplicata fuerūt in eis mala ꝛ offense xp̄i continuo expulsi fuerunt a terra illa ꝛ introducti fuerunt canes saraceni ad seruādum illam sicut patuit supra consideratione nona huius libri bello. cxviij. Secunda ratio est propter confusionem saracenoꝝum: ipsi enim sunt filij xp̄ianoꝝum q2 vix sunt octingenti anni ꝙ sunt turchi. Unde beatus augustinus fuit episcopus yponeñ. Sꝫ machomet⁹ a sergio deceptus decepit eos ꝛ ideo agareni sunt xp̄iani renegati ꝛ ꝓpterea retinent adhuc aliquid de fide christiana et credunt et aliquid non. Credunt nāq3 vt xp̄iani ꝙ vnus est deus creatoꝛ omnium sed non credunt ꝙ ille deus sit tres persone in confusione ipsoꝝum ipsimet ostendunt locum in quo xp̄s fuit baptizatus vbi tota trinitas apparuit. Secundo credunt ꝙ fuit homo purus ꝛ verus ꝛ sanctus de spiritu sancto in maria virgine cōcept⁹ sed non credunt ꝙ sit deus ꝛ in confusio

nem sic credētis ostendunt locū vbi suscitauit lazarum proprio imperio quod nō potuisset nō fuisset de⁹. Tertio credunt q̄ est in celo sed non credunt q̄ est in sacramēto altaris: ꝛ in confusionem eorum ostendunt xp̄ianis locū cenaculi in quo xp̄s illud sacramentum instituit. Item non credunt xp̄i passionem: tamen in eorum confusionem ostendunt vbi xp̄s fuit crucifixus ꝛ sepulchrum vbi corpus fuit sepultum. Item agareni baptizantur sed non cū forma verborum ꝛ ipsi ostendunt locum vbi xp̄s constituit sacramentum baptismi cū forma illa. In nomine patris et filij et spūssancti in eoꝝ confusionē. Ideo dicit dauid. fac mecum signum in bonum vt videant qui oderunt ꝛ ꝯfundantur. Unde sicut custodes portarū in domibus regum xp̄ianorū cū haberi possunt sunt hōies difformes vt ethiopes sic q̄ nullus intrare potest nec filius neq̄ milites nisi per man⁹ illorum sic xp̄us in palatio suo terre sancte pmittit q̄ custodes portarum filij⁹ patrie sunt homines difformes scilicet bestiales machometici. ne scz filij sui milites xp̄iani ad interiora secretorum terre sancte admittant nisi per manus illorum: nec ex hoc sequitur honorabiliores esse genitores difformes filijs ꝛ militibus caris immo hoc cedit in confusionem genitorum ꝛ honorem filiorum ꝛ militum. Nunquid etiam in domibus magnorum in castris in nauibus maris immo etiam in domibus rusticorum custodes et vigiles sunt canes ne quis ingrediatur nisi homo pacis et ad honorem talis loci: ꝛ patet q̄ sic etiā custodes ꝛ vigiles terre sancte sunt canes saraceni sic ne si quis ingrediatur ad interiora secreta, vbi christus in humana natura ābulauit nisi fuerit homo pacis. et ad honorem illius loci quales sunt peregrini christiani visitantes terram sanctam et patet q̄ illud cedit in confusionem saracenorum q̄ assimilantur canibus custodientes domos. Item in confusionem cuiuscunq̄ virtuosi est sustinere aliquod falsum propter auariciam. Cum ergo saraceni se reputēt virtuosos ꝛ credant falsum esse q̄ iesus nazarenus fuit mortuus ꝛ sepultus ꝛc. et tamen hoc sustinent ostendentes predicta loca vt dictū est, cū magna diligentia propter auariciā q̄ propter interesse quod recipiunt a peregrinis christianis: ergo possessio terre sancte per saracenos est in eorum confusionem non enim permitterent principes christiani pro toto auro mundi si inter eos esset sepulchrum machometi lꝫ visitaretur et honoraretur a saracenis sicut faciunt christiani in terrā sanctā cum hoc non solū cederet in confusionē xp̄ianorum sed etiam in contumeliā creatoris scientes falsum esse q̄ honor debeat exhiberi bestiali et spurcissimo machometo: quia honor secundum philosophum est premium virtutis: que in machometo locum non habuit propter abyssum criminum in eo contentorum sicut patuit supra consideratione prima huius quarti libri et quasi per totum est ergo in confessionem saracenorum possessio terre sancte: et honorem christianorum. Tertia ratio est propter conuersionem iudeorum. Iudei namq̄ secundum q̄ ex lege moy-

si sunt assuetis nutriri terrenis sunt et sperant quod messias ducet illos ad illam terram: et dicunt intra se ecce habebimus hierosolymam: propter hoc iesus christus verus messias voluit quod nec christiani nec iudei habeant illam terram: quia non venit vt daret illam terram: sed celestem de qua dauid. Credo videre bona domini in terra viuentium: sed illa est terra morientium. Ideo apostolus ad hebreos vltimo. non habemus hic ciuitatem manentem: sed futuram inquirimus. Cessent ergo sarraceni ab excellentia sua: sileant iudei et conuertantur a miseria sua. Consolentur christiani in filiatione et militia sua: quia christus dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Johan. primo. Sed que harum gentium habet vel tenet veram legem.

¶ Licet supra libro primo sit latissime declaratum: potest tamen hic exemplariter declarari per parabolam illius diuitis qui habet vnum lapidem preciosum magni valoris et tres filios etc. dominus iste diues est christus deus et homo: et tres filii tres sunt populi iudeorum agarenorum et christianorum: dicit primogenitus scilicet populus iudeorum. Ego habeo lapidem id est legem veram: quia eam dedit miraculis confirmatam. Dicit populus christianus non: immo ego habeo legem veram: quia mea lex confirmata est miraculis que non possunt nisi per deum fieri. Demones poterant facere miracula moysi. Populus agarenus dicit: immo ego habeo legem veram. Nunc ponderemus lapidem primo ponderetur in sanctitate lex moysi et eam ponderat salomon qui dicit de terrenis que promittuntur in lege moysi: vidi cuncta que fiunt sub sole. Et ecce vniuersa vanitas. Ecclesiastes primo. modicum ponderat ideo nihil valet. Videamus sectam machometi quantum ponderat. quid promittit: riuus lactis mellis olei vini mulieris etc. Hec est vita porcorum nihil ponderat. Vere magnus dolor esse debet prelatis ecclesie et doctoribus fidei christiane si attente considerent sectam maledictam sarracenorum videre tantam multitudinem animarum rationabilium sicut sunt sarracenorum que redempti sunt sanguine iesu christi esse inuolutas in errore damnationis: quia non intelligunt scripturam diuinam: et quod peius est nec volunt intelligere neque audire: sed inclinent ad ea et sequentur que debentur porcis et azinis. lex christianorum que promittit gloriam celestem que est infiniti ponderis et valoris: quia plus ponderat vna dies glorie quam omnia bona huius mundi. Ecce promissio quicunque fecerit voluntatem patris mei qui in celis est intrabit in regnum celorum. Mat. vii. Ponamus ergo in celum cor nostrum et spem omnia terrena despiciendo: quia secundum apostolum. ii. Corin. iiii. quod in presenti est momentaneum est: et leue tribulationis nostre supra modum in sublimitate eternum glorie pondus operatur in nobis non contemplantibus nobis ea que videntur: sed que non videntur: que enim videntur temporalia sunt que autem non videntur eterna sunt.

¶ Que sit terra aptior pugnandi contra terram sanctam.



Ecundo puncto huius considerationis scz quis loc⁹ esset conuenientior in orbe ad capiendū terram sanctam. Respondet ꝙ si xp̄iani vellent incipere guerraȝ ad terrā sanctam capiendam: ⁊ alia loca que amiserunt nullus locus nulla terra conuenientior est ꝙ hispania ꝙ sic declarat. Tertiū est ꝙ in vniuerso quatuor loca possunt considerari sicut notat magister Raymundus lullij in quodam tractatu suo per que posset incipi talis guerra sicut sepe attentatuȝ fuit. Primus locus est in terra imperatoris constantinopolitani ⁊ in terra turchoꝝ. Deinde per terraȝ armenie quousqȝ perueniret in siriā ⁊ hec via non est multuȝ laudabilis: q: est valde grauis ⁊ difficilior ⁊ nimis longa ⁊ sic requirit magnum exercitum ⁊ multas expensas. Secundus loc⁹ est insula quedam que rapeet appellat situata ꝓpe alexandriam. Posset enī illa insula cum galeis ⁊ militib⁹ capi et detinert: sed hic locus etiam non est laudabilis quo ad presens: tum q: via est nimis longa: nimis etiā requirit expensas ⁊ bellatores contra illam. Tertius locus est regnum cipri ⁊ terra hermenie: sȝ ista via etiā non est laudabilis. tum q: ille terre non sunt omnibus sane sicut experti sunt qui transierunt. tum etiam q: illa via est nimis lōga ⁊ cōiter req̄rit nimis de nauigantib⁹ ⁊ pugnātib⁹ ⁊ expensis. tum tertio q: p cyprum ⁊ hermeniam non possent sufficere victualia necȝ equi. Quartus locus est tunitiū: sed nec iste locus laudabilis est eo ꝙ multe gentes in eo cōmorātur ⁊ cōsequenter nimis req̄rit de exercitu ⁊ de equis ⁊ de hoc satis ꝓbabile experimētū datū fuit. qn̄ sanct⁹ ludouicus rex francoꝝ transfretauit sicut supra patuit consideratione. ix. huius. iiij. libri bello. cxxij. Quintus locus est hyspania i parte eius que dicit andalusia vbi est almaria malica granata algesira tarifa ⁊ hic est locus amenissimus ⁊ congruentior omnibus predictis eo: q: facilior ad acquirendum propter quatuor rationes. Prima ratio est q: predictus locus est circūdat⁹ per mare mediterraneū ex vna parte: ⁊ ex alia parte p regnum aragonie ⁊ castelle: ⁊ istud impediret ꝙ nō possent iuuare eos alij sarraceni. Secunda ratio est q: multum iuuat ad guerram faciendaȝ fertilitas terre ⁊ multitudo equoꝝ de ꝓpinquo in quibus habundat inter ceteras mundi partes hispania. Tertia ratio est q: est terra sana: et ideo timore infirmitatum nō solueret exercitus sicut alibi factum esse dicit. Et patet etiaȝ ꝙ est propinquissima respectu alioꝝ locoꝝ. Quarta ratio est rex bellator cum paruo exercitu posset guerram incipere presuppositis supradictis: ⁊ q: habet terga secura ⁊ sic accipiēdo modo vnuȝ castrum: ⁊ deinde vnam villam ⁊ sic successiue deducendo sarracenos semper ante scz multiplicādo continue exercitū ⁊ habito regno granate rex bellator cum suo exercitu ampliato ad maiorem barbam scz in affricam poterit leuiter transire scȝ in regnū cepte quod non distat nisi septeȝ miliaria ⁊ in aliquo loco nisi p tres leucas solū p̄ sertim in isto tpe talis locus

esset conuenientissimus cũ cepta ꝛ villa alia que dicitur alcater tagner sint in potestate regis portugalie. Et sic ex illa parte inciperent debellare sarracenos tergis securis deducẽdo eos ante se modo lucrãdo vnã villã modo aliam ꝛc. quousqꝫ peruenirent ioniticum semper multiplicando exercitũ ꝙ optime ꝛ securissime fieri potest vt dictum est propter ꝓpinquitatem hyspanie ꝛ eius fertilitatem: ꝛ qꝛ retro se nihil timerent et sic paulatiue bellator rex posset facere guerram sanam sarracenis ꝛ acquirere terram sanctam hierusalem: et totũ regnum egypti: patet ergo clarissime ꝙ nulla terra in mũdo est cõuenientior christianis ad incipiendum guerrã pro terra sancta capiẽda ꝙ̃ hyspania. beatus ergo rex bellator qui propter zelum fidei catholice hec cogitauerit ꝛ in opere posuerit sperans omnia predicta acquirere per iesum christũ in cuius manu sunt omnium potestates et iura regnorum.

¶ Quomodo christiani habere se debeant de iure ꝛ ordinatione regni erga sarracenos viuentes inter nos.



Ua decima consideratio huius quarti libri est de his ad que cõpelli debẽt sarraceni viuentes inter nos de iure ꝛ ex ordinatione regni. Circa primũ notandũ ꝙ vt tradit in titulo de iudeis ꝛ sarracenis in clemẽtinis pricipes christiani sub obtestatione diuini iudicii a duobus debent cõpescere sarracenos sibi subiectos: scꝫ ab inuocatione publica nominis machometi ꝛ a peregrinatione quam facere solent ad sepulchrum cuiusdam sarraceni. Unde sacrum concilium ibidẽ sic ait cedit quidam in offensam diuini nominis ꝛ opprobrium fidei christiane ꝙ in quibusdam mundi partib⁹ principibus christianis subiectis. In quibus interdum seorsum interdum vero permixtim cum christianis habitant sarraceni sacerdotes eorum zabazala nuncupati vulgariter in tẽplis seu mesquitis suis ad que idem sarraceni conueniunt vt adorent ibidẽ per fidem machometum diebus singulis certis horis i loco aliquo eminenti eiusdẽ machometi nomẽ christianis ꝛ sarracenis audientibus alta voce inuocant ꝛ extollũt ac inverba quedam in illius honore publice profitent. Ad locum insup vbi olim quidam sepultus extitit sarracenus quem vt sanctum alij sarraceni venerantur ꝛ colunt magna sarracenorũ eoꝛ dem partium ꝛ aliarum confluit publice multitudo ex quibus nostre fidei non modicum detrahitur ꝛ grane in cordibus fidelium scandalum generatur. Cum autem hec diuine maiestati displicentia non sint aliquatenus toleranda sacro approbante concilio ipsa in terris christianorum fieri deinceps districtius inhibemus vniuersis ꝛ singulis principibus catholicis sub quorum dominio sarraceni morantur ꝛ fuerũt predicta sub obtestatione diuini iudicii obnixe iniungentes: quatenus ipsi tanꝙ veri catholici et christiane fidei seduli zelatores opprobrium quod tam ipsis ꝙ̃ ceteris christicolis per premissa ingeritur debita consideratione pensantes ipsum: vt prouide

eterne beatitudinis premium asse-quantur de terris suis omnino aufe-rent a suis subditis auferri procur-rent inhibendo expresse ne prefata inuocatio seu professio nominis ip-sius sacrilegi machometi publice: aut peregrinatio prohibata ab aliquo in eorum existente dominio audiant attemptare deceterovel quomodolibet sustineri. Hi vero qui secus pre-sumpserint taliter ob diuinam reue-rentiã castigent ab ipsis q alij eorũ exẽplo pterriti a psumptione sibi ar-ceant hec ibi strictissime ordiata: s3 ne-gligenter custoditũ specialiter pri-mum cũ altisvocibus de die et de no-cte tales pclamationes faciant sar-raceni: et nõ solũ non castigant a pri-cipibus verũetiã et defendunt et rar9 est qui pter fidei honorẽ reclamet cõtra eos quinimmo tãta est ignorã-tia pdicte inhibitionis in principi-bus et clero ac populo q non cogitãt predictas inuocationes siue pclama-tiones eẽ in offensa diuine maiesta-tis q nõ sine culpa est ante deũ cum talis ignorãtia non excuset. qr igno-rãtia facti nõ iuris excusat. De alijs aũt atq3 ad que cõpellendi sunt sar-raceni tã de iure q ex ordinatiõe re-gni sufficiant que dicta sunt libr. iiij. consideratione. xi.

¶ Ista duodecima cõsideratio tra-ctat de fine legis sarracenorum et de eo-rũ ppetua seruitute sub iugo xpiano-rum sub quattuor passibus.

Duodecima et vl-tima consideratio huius li-bri quarti est de fine legis sarracenorum et de eorum perpetua ser-uitute sub iugo xpianorum iã finem oportet dare huic. iiij. li. de bello sar-racenorum in hac vltima consideratio-ne ad ad quã explicandã. iiij. passus conuenit ptrãsire. Primus est de ca-stigatione finali fienda per sarrace-nos. Secundus est de cessatione sue legis. Tertius est de tpe quo d3 ces-sare. Quartus vero erit de perpetua seruitute sarracenorũ sub iugo chri-stianorum.

¶ De castigatione finali fienda per sarracenos in populo xpianorum.



Primus pas-sus est q per sarra-cenos fiet diuina ca-stigatio terribilis i oibus regnis mun-di pter pctã popu-li scdm q pdixerũt: et primo metho-dius martyr quẽ beatus hieronym9 in opusculis suis laudat loquens de fine seculi cui9 prophetia sequitur. In nouissimo autẽ sexto millenario seculi exiẽt filij hysmaelis de here-mo et ei sic aduentus eorum castigatio sine mẽsura et sine mia et tradet deus in manibus eorum oia regna gentium pter peccata que operata sunt cõ-tra pcepta dei. Ideo tradet nos de9 in manus barbarorum qr obliti sumus precepta domini facient eis christia-ni multa illicita: qr maculabunt se ipsos adeo q turpissimum est ad di-cendum ppterea tradet illos de9 in manibus sarracenorum3 psida erit in captiuitate et occisiõe capadocia et in captiuitate et occisione cilicia. In tribulatione erit terra syrie et in soli-tudine et ei9 habitatores captiui du-cent. Sicilia siet et habitatores eius

Cã [illegible]

in gladio peribunt. Grecia in capti-
uitate erit ⁊ occisione affrica erit si-
militer egyptij orientales ⁊ Asia sub
graui tributo in auro ⁊ argento erit.
Hispania gladio peribit et captiui
ducent habitatores eius. Gallia ger
mania agatonia varijs prelijs erunt
deuorate multi ex eis ducent capti-
ui romani in occisione erunt ⁊ conuer
si in fugam. Insule maris erũt in de
solatione ⁊ obtinebunt filij hysmae
lis introitum ab aquilone ⁊ oriente ⁊
meridie ⁊ occidente ⁊ replebitur hie
rosolyma cunctis gentibus qui ca-
ptiui ducent ⁊ replebit terra pmis-
sionis oibus gentibus ⁊ erit iugum
eorum graue super omnes gentes ⁊
erunt omnia sub iugo eorum ⁊ tribu
to ⁊ omnia ornamenta diuitum eorũ
erunt ⁊ que fuerunt in ecclesijs san-
ctorũ siue aurũ aut argentũ siue lapi
des preciosi ⁊ omnia ornamenta eorũ
erunt ⁊ distribuẽt misteria dei ⁊ erũt
sacerdotes sicut populus: qr ecclesie
incendio cremabuntur ⁊ erit tribula
tio magna ⁊ multa corpora proijciẽ
tur in plateis eo qđ non sit qui sepe
liat ea ⁊ erit sarracenorum iter a ma
re vsqꝫ ad mare ⁊ erunt regiones in
viam ⁊ vocabit via eorum vie angu-
stie ⁊ gradientur simul iuuenes ⁊ se-
nes diuites ⁊ pauperes ⁊ cum gemi
tu ⁊ afflictione dicent beati sunt illi
qui nos de hac luce precesserũt: hoc
beatus paulus predixit nisi venerit
discessio primũ ⁊ reuelatus fuerit et
cetera. Quid enĩ aliud est discessio
nisi disciplina q̃ corripient vniuersi
habitatores terre a filijs hysmaelis
propterea onagrũ appellauit deus
hysmaelem patrem eoꝝ ppter hoc in
desolationem tradet oẽm terrã ⁊ erũt
multe vrbes deserte non enĩ sunt ho
mines isti sicut alie gentes: sed sunt
filij hysmaelis de heremo venturi ⁊
sunt hominibus odibiles. Audi igi-
tur imitatores eorum qui de heremo
exituri sunt mulieres vteris partus
habentes: partusqꝫ cum mulieribus
simul interficiẽt: in ecclesijs sancto
rum cum mulieribus concubent ⁊ sa
cratis vestimentis ecclesie induent
seipsos et vxores eorum. Iumenta
sua ligaturi sũt ad sepulchra sancto
rum tanq̃ ad presepia ⁊ erit maxima
tribulatio super christianos qui ha-
bitant super terram: ⁊ tunc appare-
bunt fideles qui fuerunt in christo
credituri: non enĩ propterea mittet
deus has tribulationes supra chri-
stianos vt iusti deleantur qui in chri
sto sunt credituri: sed vt manifesten
tur qui in ipso erant fidelissime cre
dituri sicut ipsa veritas dicit beati
eritis cũ persecuti vos fuerint ⁊ di
xerint omne malũ aduersus vos mẽ
tientes propter me gaudete ⁊ exul-
tate ⁊c. sicut enĩ persecuti sunt pphe
tas qui fuerunt ante vos ⁊c. sed q pe
seuerauerit vsqꝫ in finem. hic saluus
erit. hec ille. Eandem sententiaꝫ tra
dit magister in hystorijs scholastic
super idem Gen. xvi. Hic erit homo
ferus vbi nos habem⁹ ferus hebre⁹
habet phara quod sonat onager de
hysmaele dictum allegans predictũ
methodiuꝫ dicentem onagri ⁊ capre
a deserto omnem bestiarum super-
gradientur rabiem ⁊ mansuetorũ nu
merus contereṭ ab eis. dixit enĩ de fi
lijs hysmael. futurum est autem vt
exeant adhuc semel ⁊ obtinebunt or
bem terre per octo ebdomadas an-
norum: ⁊ vocabit iter eorum via an-

gustie qz patrē eorum ysmael vocauit dn̄s onagrū. In sacris locis interficient sacerdotes & ibidē cū mulieribus dormiēt ad sepulcra sctōrum religabūt iumēta & hoc pro nequitia xp̄ianorū q̄ tūc erūt de q̄bus dicit in nouissimis dieb⁹. Erūt hoies sese amātes &c. Et tunc implebit q̄ dictū est per ezechielē. Filij hois voca bestias agri & exhortare illas dicēs. Cōgregamini et venit eo q̄ sacrificiū magnū imolo vobis māducate carnes fortiū & bibite sanguinē excelsorum hec ille. ¶ Secūdo p̄dictā castigationem xp̄ianorum p sarracenos p̄dixit abbas ioachim in speculo visionū libro. viij. c. xli. dicēs q̄ aues nigre habētes nomē duab⁹ litteris cōfectū videlicet alphabeti latinorum prima atq̄ octaua future sunt in discrimine atq̄ destructione crucis signatorū q̄d exponēs doctor pegrin⁹ dixit q̄ prima littera ē a octaua vo lr̄a est. h. Aues igit nigre sunt mauri sic dicti propter habitū nigrū cappe nigre quē habēt a nicolao apostata eorum doctore. nomē autē ipsorū ex duab⁹ lr̄is ɔficitur sc3. a & h. quoniā agareni ab agar matre & ysmaelite a filio ipsius nūcupati sunt. ¶ Tertio p̄dictā castigationē xp̄ianorum p̄dixit sctissima femina hylde gardis que pphetauit ā̄no dn̄i Millesimo. lxxix. i libro reuelationū dei pte tertia ca. xiiij. dicēs vētura sunt mala guerre & bellorum victorie sup populum xp̄ianorū propter tyrānidē pncipū & cupiditatē platorū ei⁹. Seqtur cadetq̄ ppl's xp̄ian⁹ i manu hircorum caprarum et bestiarum p q̄s bestias intelligit bestiales & fetidos sarracenos. ¶ Quarto p̄dictā castigationē xp̄ianorum p̄dixit cirillus in epistola de occurrentib⁹ malis in orbe symbolo xxix. dicēs i sexta die magna scī vētur⁹ ē hirc⁹ violator castitatis a plaga meridionali & intrabit limites occidētales & vinā ouē comedet & dētibus suis carnes agnorum crudas dilacerabit arietes pedibus ɔculcabit & agnum ouis filij cornib⁹ vētilabit. ¶ Q̄d exponit venerabilis abbas ioachim sup trenorum vitio sic dicens Hircus machomet⁹ ē agn⁹ ouis fili⁹ xp̄s fili⁹ v̄gis cornib⁹. i. ptātib⁹ suis xp̄ianū ppl'm vētilabit. i. multiplici flagello guerrarū vexabit. ouē vinā comedet. i. sanctā matrē ecclesiam catholicā virib⁹ frāget & episcopatus & dioceses q̄plures penit⁹ cassabit & dentib⁹ suis carnes crudas agnorum dilacerabit qz puuli etiā adulti vtriusq̄ sexus relicta fide xp̄i: sectā machometi assumēt & vbi nomē xp̄i & nomen v̄ginis venerabant blasphemabūt & nomē machometi in magna veneratione habebit; a plaga meridionali venire dicunt qz in eadem pte mauri florēt & imperāt. Limites aūt occidentales partes. i. extremitates xp̄iane credunt hec autem ioachim. Quid aūt sit de veritate p̄dictarum pphetiarum deus nouit cuius iudicia abyssus multa.

¶ De cessatione legis sarracenorum.



Ecund⁹ passus ē q̄ lex saracenorum nō est ppetuo duratura; s3 debet cessare q̄ sic ostēdet. Certum ē q̄ nullum violentum est perpetuum vt patet. iij. phisicorum: nemo etiam diu cōtinuit violenta imperia scdm senecā tragedia. vi. Cum ergo

imperium et dominium saracenorum sit in orbe violentum patet quia per arma et violentia intravit ut latissime declaratum est supra consideratione secunda huius .iiij. libri in secundo puncto ergo imperium et dominium sarracenorum non est perpetuum nec diu duraturum et consequenter nec lex eorum quod est intentum. ¶ Item et hoc quod obtinetur trepida manu non est diu duraturum sed tale est imperium sarracenorum patet quia est raptum per arma violentorum ut dictum est. et dicit Seneca tragedia prima. rapta ceptra trepida obtinentur manu. ergo imperium sarrocenorum non est diu duraturum et consequenter nec eorum lex. ¶ Item tertio sic illud imperium cuius ius solum est in armis non est diu duraturum sed imperium sarracenorum ius solum est in armis patet quia machometus non ostendit aliquod miraculum quo ius sui imperii et veritas ostenderetur legis. sed nudabat ensem et elevabat in manu. ac si diceret nullum aliud ius vestri imperii et dominii et legis habetis in orbe nisi in armis. Sic dicebat lic[us] raptum tenens imperium herculis et timens eum perdere tragedia prima senece. ius est in armis: ergo concluditur quod imperium sarracenorum non est diu duraturum et sic lex eorum cessare debet. Unde et doctor subtilis scotus in primo sententiarum questione secunda prologi via septima obviantes de permanentia secte machometi dicit quod prophetia est apud eos et quod secta eorum est finienda. Unde et ante captionem civitatis damiate liber quidem inventus fuit arabice scriptus cuius autor predixit quendam regem christianum in etham civitatem debere destruere et ossa machometi dispergere: quod erit signum destructionis sue legis.

¶ Quo tempore lex machometi et eius dominium debet cessare.



Ertius passus est de tempore quo lex machometi et eius dominium debet cessare. Circa quod dici posset salvo meliori iudicio quod tunc cessabit quando populus christianus fuerit debite castigatus. Unde secundum augustinum et fuit iam dictum in principio none considerationis huius libri .iiij. ante incarnationem domini populus dei electus erat populus iudeorum post incarnationem vero est populus christianorum: et sic ille erat populus dei electus et tamen dedit ei flagellum infidelium gentilium Ita nunc religioni christiane sibi dilectissime dedit flagellum infidelium sarracenorum. Nunc autem secundum plinium in tertio libro sue philosophie flagellum seu virga non comburetur quamdiu peccator et servus inutilis non corrigitur. ¶ Hic refert ipse quod socrates sciscitatus quare manipulum virgarum non combureret post magnam et longam verberationes pardini discipuli sui filii magni prepositi: respondisse dicitur quod nec combureret quousque correctum et emendatum presensisset. ¶ Refert etiam plato magnus philosophus de doctrina antiquorum libro .ij. ca. xliij. quod dum una dierum montem pigamum ascenderet subito tremuit et mugitus horribiles emisit arbores sciscitabant quare tremuit et mugitus dederit mons respondit quia pastorem vigilanter custodientem gregem suum ego video et arbores dixerunt et tu cum sis mons altus valde et magnus unum times pastorem. Qui respondit timeo et mugeo quia ignem portat in pera quia medio flatu ignis incenso me destruet vosque omnes ad radices com

buret qd futurū cōsiderās malū i or deventurū cū lachrymis tractatū q de lamētationum mira breuitate de malis in seculo futuris descripsit p quē dicit greci aristotelē alexādrum in multis instruxisse τ deū pastorem igne in pera fuisse alexādrū i grecia totius mūdi monarchā primū. mōs magnus tot⁹ mūdus iste arbores ciuitates. villa τ castra τ reges vellēt esse existētes in ipsis hec plato. ¶ Deus ergo semp flagellū ponit sicut pius pater suis filijs dilectis qbus sufficiēter castigatis flagellū igne cōburit scdm q notat btūs augu. in lib. de verbis dñi in tractatu. xix. Ubi sic ait. nō leteris ipie vel tyrāne qm virga vel flagellum effeceris. nouit cū prudēs doctor nec ignorat pius pater post castigationē pmouere discipulū τ post debitā emēdationem paternali hereditate pficere filium. flagellū quoq fiue virgā incēdio flāmarū cōburere. hec augusti. Patet ergo ex pbabitis q facta cōdigna castigatione ppli xpiani destruereť iperium sarracenoz: τ sic cessabit eoz supstitiosa facta sine lex.

¶ Quartus iste passus ē. de ppetua sarracenorum suitute sub iugo xpianorum.



Quartus passus τ vltim⁹ ē de ppetua captiuitate seu suitute sarracenoz sub iugo xpianoz. Hac aūt suitutē pdixit methodius martyr loquēs de fine scli. Ubi postq pnūciauit castigationē xpianorū p sarracenos. Subsequēter dixit τ post tribulationem dicet q facta erit a filijs hysmaelis desolata erit oīs terra ab eis τ erūt oēs amicti ornamētis ex auro τ purpura τ splēdoris vos vestimēt; tāq spōsi dicētes. Ecce vicimus terrā in fortitudie nostra τ oēs q habitāt in ea. Tūc recordabiť dñs deus sm suā miam quā pmisit diligētib⁹ se τ eis q in xpo sunt credituri τ liberabit eos d manu sarracenoz. Surget aūt xpianoz gēs τ pliabiť cū eis τ occidet eos gladio τ captiuas ducet mulieres eoz τ interficiet infantes eoz τ descendēt filij hysmaelis in gladiū τ tribulationem τ afflictionē τ reddet illis dñs mala q ipsi alijs fecerāt τ irruet sup eos malicia septies tm quātū i alijs gesserāt τ occidet illos dñs in man⁹ xpianoz τ erit regnū xpianoz exaltatū super oīa regna τ imponēt xpiani iugū suū per eos graue τ erūt oui q remanebūt: τ tūc pacificabiť terra q ab eis fuerat dstructa: τ q captiui fuerāt ab eis reuertenť in terrā suā τ multiplicabunť hoīes sup terrā τ erit idignatio magna regis romanoz sup eos q xpm negauerūt τ erit pax τ tranqllitas magna sup terrā qualis nō fuit antea nec erit filijs post illā p eo qd in fine seculoz erit leticia τ pax sup oēm terrā τ requiescēt a laborib⁹. Hec erit pax de qua dicit apls. i. ad tessalo. v. Cū fuerit tranqllitas magna τ securitas tūc veniet repētin⁹ interitus. a quo liberari mereamur feliciter p iesum xpm dñm nostrū qui est turris fortitudinis a facie inimici. cui sit honor τ gloria sine fine. Amē.

¶ Finis.











¶ Incipit liber quintus et vltimus: tractans de bello demonum contra fidei fortalicium.



Dissolutis hereticorum iudeorum et sarracenorum bellis. Restat experiri in hoc libro quinto et vltimo hui⁹ voluminis de demonum viribus quid scȝ possint contra nostrū fidei fortalicium. et vt meum possez expplicare conceptum duodecim considerationes circa bellum demonum occurrunt pertractāde. Prima erit an sint demones et de quidditate demonum et eorū nobilitate ac natura. Secunda de eorum scientia. Tertia de bello demonum in celo. Quarta de eorum habitatione. Quinta de eorum potestate et preeminentia. Sexta de bello demonum contra humanum genus postq̄ ceciderunt de celo vsqȝ ad xp̄i aduentum. Septima de perditione dominij eorū per iusticiam in christi aduētu. Octaua de pprietatibus et malicia demonum. Nona de bello demonum post aduentum christi. Decima de diuersitate demonum et si possunt haberi spiritus familiares. Vndecima de qualitate et figuris corporum in quibus apparent et si possunt humana corpora vel animas subintrare. Duodecima quo fine debent terminari bella demonum.

¶ Prima consideratio est de quattuor punctis.











Rima consideratio ē an sint demones ꝛ de quiditate demonū ꝛ de eoꝝ nobilitate ac natura. q̄ttuoꝛ ergo pūcta in hac cōsideratione sunt vidēda. Pꝛio an sint demones. Secūdo q̄d est diabol⁹. Tertio qualis est eius nobilitas. Quarto qualis est eius natura.

¶ An sint demones i mūdo ꝛ si sunt que sunt eorum nomina.



Septima differentia demonū est fm aliquos insipientes q̄ dicere voluerūt ꝙ sūt aliqui demones siue spiritus q̄ fiūt odore aer (cū hō accedit ad mulierē et ꝙ aliqui etiā fiunt ex radiis planetaruȝ cū mutuo repercutiūtur. Et dicunt ꝙ illi qui meliores sunt veniunt in somniis hoībus et faciunt ꝙ somnient. ꝙ dormiunt cū mulieribus et recipiūt illud semē ex quo noniter efficitur vnus spiritus. que omnia sunt falsa et erronea cū a principio facti sint oēs angeli siue boni siue mali nec facta fuit creatio alicuius maligni spiritus postq̄ ceciderunt a celo sicut nec postea creatus est aliquis bonus angelus.

¶ Quomodo apparent in spē masculi vel femine.



Ctaua differentia demonum est eorum qui in specie virorum et feminarum apparēt qui sȝ veritatem nec sunt masculi nec femine. Veruntamen aliquibus eorum placet plus societas virorum et aliis mulierum. Et causa huiꝰ diuersitatis ꝛ ſm dispositiones diuersas quas inueniūt in viris vel feminis ad suas deceptioes credendum sicut legimus de eua ꝛ phitonissa ꝛ pluribus aliis mulieribus cum quibus diabolus lucratus est multum. Et ideo tales demones adheserunt mulieribus. et nō adheserunt helye. nec samueli. nec nathan. nec heliseo nec aliis pluribus sctis propter quos ipsi perdiderunt multitudinem animarum. nec tales demones adheserunt virgini marie nec susane. nec sancte lucie. margarethe katherine. nec aliis pluribus virginibꝰ et feminis sanctis. ꝑpter quas multū demones perdiderūt. Unde isto modo plus diabolus desecebat cum egea ꝙ cū vxore sua maximilla et plus cum datiano ꝙ cum vxore sua alexandra ꝛ plus cū matetio ꝙ cum vxore sua et sic de pluribus aliis..

¶ Quō dicantur mundi ꝛ immūdi.



Ona differentia demonū est eorū ꝙ mundi ꝛ immundi dicantur. Unde et luce xi. saluator dixit. Cuȝ immūdus spūs exierit ab homīe ꝛc. Dicitur autē spūs immūdus ꝑpter tria. ¶ Primo ꝑpter immundiciam proprie iniqtatis. ezechielis. xxviii. repleta sunt interiora tua iniquitate ꝛ peccasti. i. peccato supbie et eieci te de mōte sancto dei. i. de celo empireo tanꝙ leprosuȝ. ¶ Secūdo ꝑpter immundiciā suggestionis quia feda et immūda suggerit. est eīn diabolus ad modū leprosi. qui statim inficit cor humanuȝ cuȝ se ei applicat per consensuȝ. Ideo orat ecclesia in collecta. Da q̄sumꝰ dn̄e populo tuo diabolica vitare contagia. ¶ Tertio dicitur immūdus ꝑpter immūdiciā habitationis quia nō habitat nisi in immūdo loco. i. in existente in peccato mortali. Ad similitudinē vppupe ꝙ nidificat in stercore. Unde demones dicunt dn̄o Math. viii. si eiicis nos hinc mitte nos in gregeȝ porcorum. ¶ Aduertenduȝ tamen ꝙ proprie diabolus habitat in ypocritis. Luc. xi. et ingressi habitāt ibi. sedet in auaris diuitibus ps. sedet in insidiis cum diuitibus. dormit in voluptuosis. Job. xl. sub vmbra dormit. regnat autem in superbis iob. xli. ipse rex super filios superbie. Alii qui eorum dicuntur mundi ꝙ sic intelligendum est ꝙ illi demones qui fuerunt de altiori ordine volunt plꝰ decipere limpidiores et puriores creaturas sicut patȝ de lucifero qui temptauit primum hominēȝ et christum in deserto et sic de pluribus aliis sanctis. Unde alexander papa. ii. q. i. prima. capitu. nulli dicit diabolus non cessat circuire querens quem deuoret: et querere quos ex fidelibus perdat. et maxime fi-

los quos ardentiores in servitio salvatoris eius familiariores invenerit et intantum desiderat impugnare servos dei mundos et sanctos quod non solum unus mittitur contra unum sed sepe plurimi. Unde in cronicis minorum legitur quod cum semel demones tempore beati francisci congregarentur cum principe suo ut deliberarent quomodo possent ordinem sancti francisci noviter incipientem destruere septem milia demonum fuerunt electi contra quinque fratres quos beatus franciscus ad unum heremitorium destinaverat ut illos a mundicia vite contemptu mudi et vera humilitate averterent quia ergo tales demones plus sequitur homines mūdos et sanctos. Ideo denominatione extrinseca demones mundi appellare possunt licet in se immundissimi sint peccatis ut dictum est. Demones vero inferioris ordinis licet non possint decipere personas altioris vite placet tamen eis cum immundi efficiuntur et turpes in peccatis presertim delectantur demones cum avertant aliquem a vera fide iesu christi domini nostri quia de aliis virtutibus parum curāt sine fide. Ideo dicitur prima petri. v. cui resistite fortes in fide Sobrii ergo estote et vigilate.

¶ Quomodo illudūt feminas que bruxe vel turgumine nuncupantur.


Decima differentia demonum est eorum qui decipiunt mulieres aliquas vetulas maledictas que turgumine sive bruxe nuncupāntur. ¶ Sciendum ergo est quod sunt quedam male gentes viri et mulieres apostate in fide et heretice creature et false qui seipsos dant voluntarie dyabolo et dyabolus recipit eos et dat eis quod per suas artes falsas eis appareat quod ambulant ducentes leucas: et quod redeunt in spacium. iiii. vel quinque horarum: et destruunt creaturas suggēte[?] sanguinem eorum et quod faciunt alia maleficia que volunt secundum diaboli voluntatem quod est eis et illis qui eis credunt magna deceptio et illusio dyaboli. Veritas autem huius facti est quod quando iste male persone voluntuti[?] his pessimis fictionibus consecrant se cum verbis et unctionibus dyabolo: et statim dyabolus recipit eos in opere suo et accipit figuram earum et fantasiā cuiuslibet earum ducitque illas per illa loca per que desiderabant: corpora vero earū remaneut[?] sine aliqua sensibilitate et cooperit illa dyabolus umbra sua ita quod nullus illa videre possit: et cum dyabolus videt in fantasiis earum quod impleverant que volebant non amovēdo ad earū fantasiis dyabolicas fantasias que viderunt reducit illas imaginationes coniungens cum suis propriis motibus et corporibus et tollit umbram suam de super corporibus earum et statim videre possunt cristiana[?] tamen illorum numquam ab illo loco absens fuit, sed solum actio cum ydolo et fantasia fuerunt illis rebus que dyabolus eis presentavit et que fecit pro quolibet eorum: et quod hoc facit dyabolus nō est mirum quia illa operatur ut derideat miseras animas volens imitari ea que deus verissime per angelos bonos fecit. sicut quando deduxit abacuc propheta per capillum de iudea in babylonem realiter

num sua presentiali existentia et actione. Sed q dyabolus habeat potestatem mutandi existentiam alicuius creature nec facere q transeat vnum corpus per aliud sine dano vnius vel amborum vel q transeat maius corpus per spacium improportionatum loco vt videlicet q ingrediantur tales persone per parua foramina domorum vel q sit simul vnum corpus in diuersis locis vel diuersa in vno et similia hec demones facere no possunt cum hec repugnet naturali philosophie et solum per miracula aliq talia a deo sunt possibilia fieri vt dictum fuit supra consideratione quinta huius libri cum de potestate demonum ageretur. ¶ Illud tamen quod dyabolus potest facere q vnum pro altero videatur et q illud quod natura potest facere in vno mense ipse potest facere in puncto. ¶ Et causa est qui scit applicare actiua passiuis sicut patet in his que fecerunt magi pharaonis: q tamen dyabolus faciat q vnus homo conuertatur in serpentem vel auem vel plantem hoc est sibi impossibile: et ideo in hoc multi peruersi christiani alchimiste sunt decepti habentes pacta cum demonibus cogitantes q per eorum artem ferrum conuertent in aurum: q autem vna res sit et videatur altera hoc bene potest dyabolus facere deo permittente. Sic enim sepe facit dyabolus vt plurimos decipiat. Sic enim legitur in hystoria sancti clementis et sancti cypriani et sancti germani et aliorum multorum quia accipiebat figuras aliquorum virorum et mulierum ad decipiendum populum et ad diffamandum creaturas dei.

Et ideo non est credendum q homines vel mulieres conuertantur in anseres vel aliis similibus. Ea ergo que scelerate mulieres credunt et profitentur scilicet cum diana dea paganorum nocturnis horis et cum herodiade et nimia mulierum multitudine equitare super quasdam bestias et multa terrarum spacia in tempeste noctis silentio pertransire eiusque iussionibus obedire velut domino et cunctis noctibus ad eius seruitium euocari et q ab illis possunt alique creature in melius vel in deterius commutari. Aut in speciem vel similitudinem aliam transformari omnia sunt falsa et erronea et non a diuino spiritu sed a maligno vt dictum est talia fantasmata mentibus earum irrogantur: quia cum alicuius animam per talem credulitatem subiugauerit sibi transfigurans se in angelum lucis et transformans se in diuersarum personarum species atque similitudines mentem quam captiuam tenet multipliciter deludit et nullus debet venire in tantam stulticiam vt credat hec omnia que in somniis et spiritu tantum fiunt etiam in corpore accidere cum etiam Paulus non audeat asserere q fuerat raptus in corpore. Quicunque ergo talia crediderit scilicet postq super talibus audierit veritatem vel asseruerit scilicet pertinaciter procul dubio infidelis est et pagano deterior. xxvi. q. v. episcopi et quia nimium habundant tales peruerse mulieres in delphinatu et in gaschonia vbi se asserunt concurrere de nocte in quadam planicie deserta vbi est aper quidam in rupe qui vulgariter dicitur elbock

debiterne et q ibi conueniunt cum candelis accensis et adorant illum apertum osculantes eum in ano suo. Ideo capte plures earum ab inquisitoribus fidei et conuicte ignibus comburuntur. Signa autem combustorum sunt depicta qualiter scilicet adorant cum candelis predictum apertum in domo inquisitoris tholosam in magna multitudine camisearum sicut ego propriis oculis asperi.

De spiritibus familiaribus.



Circa secundum principale huius decime considerationis scilicet utrum possint haberi spiritus familiares Respondet ad hoc beatus augustinus. viii. de ciui. dei. ca. xiiii. q apolegius platonicus scripsit q socrates habuit deum unum ex illo genere minimum qui dicuntur demones cum quo habebat amicitiam et consilium a quo perhibetur inquit aug. solitus amoueri ut desisteret ab agendo quomodo illud quod agere volebat non prospere fuisset euenturum. Ex quo satis clare videtur accipi argumentum q ille philosophus habuit familiarem spiritum: sed est difficultas si ille spiritus erat bonus vel malus: videretur alicui q esset angelus bonus quia ceteri futura prenunciare non possunt nisi forte diuino iudicio sicut fuit s. declaratum consideratione secunda huius quinti libri. nec obstat quia dicit augu. q dicebatur demon quia apud grecos idem significat q plura cognoscens: dixit tamen doctor illuminatus franciscus de marõ nis in floribus suis super isto passu q magis credit q fuit malus angelus quia socrates paganus et infidelis erat. Sic ergo patet q demones tanq familiares spiritus possunt haberi in damnationem tamen illorum qui suã familiaritatẽ habere contẽdunt Cauẽdũ est etiã ab incantatis in uocatiõe demonũ. Unde greg. in libro dyalogorum narrat q stephanus presbyter de itinere rediẽs mãcipio suo negligenter precepit dicẽs veni dyabole discaltia me: ad hãc vocẽ ceperũt caligarum corrigie cũ summa velocitate solui qd ut presbyter sensit expauit: et magnis clamoribus dicit recede miser non enim tibi sed mãcipio suo locutus: sicq ex magna parte solute suarum caligarum corrigie remãserunt et sic patet q licet aliqui nolunt habere demones familiares ex mala tñ cõsuetudine loquẽdi de diabolo ipsi efficiuntur familiares ei ut subito faciant que incante mandant.

De qualitate corporum in quibus demones apparent.



Undecima cõsideratio ẽ qualia sunt corpora in quibus demones apparẽt et si possunt humana corpora vel aias subitrare. Iuxta ergo tria que queruntur tribus pũctis presens cõsideratio explicabit. Primũ erit de q̃litate et figuris corporum i qbus demones apparẽt. Secũdus erit de subintratiõe demonũ in corpibus obsessorum Tertius erit si possunt demones essentie anime illabi quod est animam subintrare.

De qualitate et figuris corporum in

quibus demones apparent.



Primus pūct⁹ est de qualitate ꝛ figuris corpoꝝ in quib⁹ demones apparēt. Circa quod notat seraphic⁹ doctor Bonauentura dicēs in suo secundo loquens de angelis bonis et malis ꝙ in āgelis duplex est vis scꝫ contemplatiua qua conuertuntur ad deum ꝛ fruunẜ eo ꝛ administratiua secundum quam descendunt ad nos ꝛ condescendunt nobis: ꝛ vt cōgruētius nobis condescendant indigent solatio corporis assumpti quod assumunt angeli sicut organū vel instrumentū ad operandum ꝛ sicut signum ad seipsos manifestandū ꝛ sicut operimentū vel habitaculū ad cōuersandum vel ad nos letificādum ꝛ cōfortandū ꝛ si corpus assumptū coniūgitur angelis sicut instrumentū motori. Hoc enim magis requirit exigentia ex pte nostra ꝙ ex parte sua. Et ē sciendum ꝙ corpus effigiatum humana effigie. magis competit operatiōi spiritus rationalis. Ideo angelus bonus assumit corpus nō qualecūqꝫ. sed humana effigie insignitū Et istud corp⁹ sic assumptum dicitur esse corp⁹ elementare. Nō qꝛ sit ex quatuor elementis plena mixtione ꝓmixtum sicut ē corpus cōplexionatū nec qꝛ sit ex puro ꝛ simplici elemēto formatum: sed qꝛ principaliter formaẜ ex aere cū mixtione aliqua alterius elemēti sicut videm⁹ in nube que nō est corpus plene mixtū habet tamen in se naturas plurium elemētorum ꝑ hunc aūt modū est corpus ab āgelo sumptū qꝛ pricipaliter ab aere cē formatū intelligiẜ cōcurrēte ad hoc natura alicui⁹ vapoꝝ aquei vl terree que quidaꝫ facit tā ad veritatē cōdexpressationis ꝙ ad multiformitatem coloris. hanc autem nō oportet āgelum de longinquo cogitare cū aer ꝑ magna sui pte sit cōmixtus vapori⁹. Scōm veritatē autē tenendum est ꝙ angeli tā boni ꝙ mali assumūt corpora non de natura celesti sed elemētari non simpliciter nec plene mixta sꝫ medio modo vt potē ex aere vaporabili āgelus tamen malus accipit ex pte inferiori bon⁹ vero ex superiori

¶ De figuris vero corpoꝝ in quib⁹ demones apparent vt plurimū sunt turpissime. Et ideo siscōm eius difformitatem in peccando ꝑmitteret deus ꝙ correspōderet figura corpis assumpti non esset aliquis homo viuens qui eius visionem horribilē posset tolerare. Uñ et virgo gloriosa ꝑ singulari dono petijt a filio ꝙ i morte sua non appareret ei dyabol⁹ credendū est ꝙ xps eius dulcissimus filius reuelauit sibi turpidinē eius et hinc ē ꝙ pictores oēs deformitates serpētinas ꝛ brutales ꝗs vidēt ꝛ ꝗs excogitare possunt depingunt in figuris demonū. Unde legitur de quodam pictore ꝙ quotiensciiqꝫ depingebat imaginē virginis cū oī studio ipsam pulcherrime effigiebat sed cū pingebat dyabolum cū omni diligētia difformius quo poterat describebat ꝑpter quod indignatus dyabolus cōtra eum ꝓcurauit quomodo pictor ille haberet verbū cum vxore cuiusdā militis illi⁹ ciuitatis vbi erat finaliter tantā ardorem posuit inter eos ꝙ cōcordauerūt se mutuo ꝛ nocte quadā acceptis ꝑlimis iocalib⁹

auri et argenti recessierunt. Dyabolus
autem cum vidit ꝙ erant extra ciui-
tatem ascendit campanile ecclesie ⁊
pulsauit campanam sicut consueuit
pulsare pro igne vel pro accipiendū
armis: exeuntes autē homines per
ciuitatem querebant quid hoc esset
Respondit dyabolus qui pulsabat
ꝙ pictor ille portabat extra ciuitatē
vxorem talis militis: exeuntes ergo
propter illam vocem ceperunt picto
rem illum cum militis vxore ⁊ posue
runt eos in carcere: maritus vero q̄
presens erat in captione eius spe-
rans ꝙ altera die ambo per iusticiā
perimerentur dolēs de pulchritudi
ne capillorum vxoris precidit ca-
pillos eius quos secum duxit ad do
mum suam. Cum ergo valde angu-
stiati ⁊ timore concussi ambo nocte
illa manerent in carcere recordatus
est pictor de virgine beata quam ip-
se summe pulcherrimam depinge-
bat ⁊ cum magna deuotione recom-
misit se sibi quatenus dignaret eos
liberare a periculo illo. Et ecce regi
na angelorum dei mater pulcherri-
ma apparuit eis in carcere soluitq̄
eos a vinculis ⁊ aperuit portas car-
ceris precepitq̄ pictori ꝙ iret in do
mum ac si nihil sibi accidisset prece-
pit etiam mulieri illi quod iret in
domū suam ⁊ secrete iuxta maritum
suum qui in lecto erat accumberet ⁊
disparuit virgo beata. Illi vero im-
pleuerunt omnia sicut eis: precepe-
rat. Cumq̄ euigilaret miles inuenit
apud se vxorem suam ⁊ miratus que
siuit quis esset: que respondit quasi
admirans quis debeo esse nisi vxor
vestra. Et ille nunquid ego te cepi
cum pictore ⁊ dimisi in carcere heri
⁊ deduxi capillos tuos quos manu
propria a capite tuo p̄scidi. Respon
dit illa sompniastis illud domine. Il
le ergo surgens a lecto quesiuit ca-
pillos ⁊ non inuenit ostendens ⁊ il
la caput suum nihil deficiebat de ca
pillis eius. Venit ergo vir eius ad
alios ciues qui secum fuerant in ca
ptione ⁊ quesiuit ab eis si recordabā
tur de tali facto quod acciderat die
preterita. Dixerunt ꝙ sic. Narrauit
quomodo vxor sua erat in domo cum
omnibus suis capillis et dicebat ꝙ
erat sompnium. venerunt etiā in do
mo pictoris ⁊ inuenerunt eum ac si
nihil male fecisset occupatum in pi
cturis suis ⁊ finaliter meritis virgi-
nis gloriose omnes in vnum concor
dauerunt q̄d illud fuerat sompnium.
Ecce ergo quanta demonis malicia
propter picturam sue difformitatis
¶ Et notandū ꝙ licet dyabolus vt
communiter sicut depingitur in ta-
libus deformibus figuris se presen
tet sicut cum decepit euam sub figu
ra serpentis sepe tamē deo permit-
tente ut leuius decipiat trāsfigurat
se in angelum lucis secundum apo-
stolum sicut etiam legitur apparuis-
se in figura crucifixi. Sed diceres in
quo tunc potest cognosci ꝙ sit ange
lus malus. Respondetur ꝙ in. iiij.
¶ Primum est: quia licet in talibus
figuris se representet semper tamē
si diligēter inspiciatur ducit aliquā
difformitatem vt caudam vel quid si
mile. Secundum est ꝙ si apparens
in principio letificat ⁊ post recessū
tristem hominē dimittit non sic an
gelus bonus: quia in principio tur-
bat sicut patet de gabriele cū appa
ruit danieli. Daniel. viij. Et cum ap

paruit virgini. Luce primo: quia turbata est in sermone eius: sed post recessum dimittit hominem cum magno gaudio et leticia. Tertium est quod indurat hominem in malo quod suggerit sicut declarauit beatus pater noster franciscus fratri rufino in hoc periculo laboranti: vt patet in cronicis minorum. Angelus autem bonus non indurat in malum: sed auertit a malo et mollificat ac inclinat ad bonum. Quartum est quod si aliquid ei turpe respondeatur per illum cui apparet in eius contemptum et derisionem statim euanescit sicut patet in dicta cronica minorum: quia cum beatus franciscus vellet liberare predictum fratrem rufinum inter cetera dixit sibi vt itelligas quod ille qui tibi apparuit in figura crucifixi non est christus sed dyabolus dices ei cum tibi apparuerit et dixerit ego sum christus aperi os tuum et ponam tibi feces: quod cum faceret frater rufinus indignatus dyabolus cum magno tumultu recessit confringens lapides et rupes. Unde et vsque in hodiernum diem apparet horribilis illa fractura rupium in monte aluerne.

¶ De subintratione demonum in corporibus obsessorum.



Ecundus punctus est de subintratione demonum in corporibus obsessorum et de expulsione eorum. Circa hoc notandum est quod non est ponendum in dubium quod sit obsessio corporum per demones cum euangelia hoc manifeste exprimant in pluribus locis. Sed diceres quomodo demones possunt intrare corpora et ea obsidere. Respondetur quod demones per naturam subtilitatis sue et spiritualitatis possunt quecunque corpora penetrare et in eis sine obstaculorum impedimento subsistere. Item per rationem sue potestatis possunt ea corpora in quibus sunt commouere et conturbare: et ideo demones subtilitate et potestate nature possunt corpora humana penetrare: et ita intrare. possunt etiam vexare nisi prohibeantur a virtute superiori et cum permittuntur a deo introire et vexare dicuntur corpora obsidere. Et si queras quare hoc permittit deus. Respondetur quod propter tria vel ad sue glorie ostensionem vel ad peccantis correctionem vel ad nostram instructionem. Sed ex qua istarum causarum determinate hoc deus permittat latet humanam industriam propter hoc: quia occulta sunt dei iudicia. verba sunt domini Bonauenture in secundo sententiarum distinctione .ix. Et si velis scire super quos habet dyabolus maiorem potestatem ad obsidendum eos post christi passionem. Respondetur quod super excommunicatos precisos ab ecclesia habet dyabolus potestatem vexandi corporaliter. Unde .i. Cor. v. Iudico illum qui huiusmodi est tradere sathane in interitum carnis. In non precisis autem potestatem non habet dyabolus nisi quantum a deo permittitur vt dictum est vel ad peccati punitionem vel ad aliorum terrorem et correctionem vel ad glorie dei ostensionem vel ad bonorum coronam et exercitationem. Et si dicas numquid ante passionem christi habebat pote-

statem etiam vexandi homines. Respondetur quod habebat potestatem vexandi corporaliter omnes preter illos solos qui privilegio solo tuebantur a domino. Job primo. Nonne tu vallasti eum. non tamen utebatur dyabolus semper potestate puniendi ut haberet maiorem potestatem seducendi per culpam sicut et nunc excommunicatis et infidelibus sic enim dyabolus obmittit aliquando mala facere: ut peius fiat quia non vexando excommunicatos ut in primitiua ecclesia tales sententias minus vitant homines et minus timent. Et hic est quod sunt multi precisi excommunicati qui non essent si eos vexaret. ¶ Et notandum quod cum aliquem vexat dyabolus potest pro voluntate sua per linguam hominis diuersa formare verba. Et ideo arrepticii aliquando loquuntur idioma ignotum sicut puerus laycus latinum quod est manifestum signum demoniaci. Unde et demon quidam rusticum obsidens requisitus a quodam magistro coniurante quare non recte loquebatur latinum. Respondit: non possum domare labia illius rustici. Et si queris causam quare demones aliqui secundum varietatem lune magis affligunt homines quam alio tempore. Respondetur quod est duplex causa sicut notat Nicholaus de lyra super Matheum ca. xvii. declarans quare discipuli non potuerunt curare lunaticum. ¶ Prima causa est ut per hoc creatura dei: scilicet ipsa luna infametur ut Hieronymus et Chrisostomus dicunt. ¶ Secunda est: quia propter molliciem cerebri in nouilunio quando habundant humida super que luna habet dominium: cerebrum est aptius ut demon in ipso aliquid operetur hinc demones secundum certa augmenta lune perturbant hominis fantasiam quando considerant cerebrum ad hoc esse dispositum. ¶ Nunc videndum est de eorum expulsione. Circa quod notandum est quod demones non nisi virtute diuina possunt a corporibus expelli immediate vel mediantibus angelis qui frequenter in talibus sunt executores diuine voluntatis: nec aliqua res sensibilis aut virtus corporalis potest in eis aliquid agere directe vel indirecte cum sint omnino spirituales substantie per quod possint ad aliquid compelli nec per consequens ab obsessis corporibus expelli. Veruntamen ex euangelio christi duas doctrinas habemus ad demones expellendos. ¶ Prima est vniuersalis scilicet per nomen iesu. Mat. vltimo. In nomine meo demonia eiicient. Alia est particularis quae est quoddam genus demoniorum quod non eiicitur nisi in oratione et ieiunio ut patet Matth. xvii. Unde sicut in diuersis rebus corporalibus administrandis diuersi angeli a deo preparantur et diuersorum ordinum. sic etiam in diuersis temptationibus demones habent specialem affectum: quia aliqui potentissime temptant de diuitiis congregandis aliqui de honoribus appetendis. Unde et aliqui dicuntur spiritus superbie et aliqui spiritus luxurie. ¶ Iste autem demon de quo loquitur christus habebat virtutem temptandi potissime de vitio carnis quod vitium potissime refrenatur per orationem et ieiunium: et per consequens demon in talibus temptans per talia superatur. ¶ Radix

tamen expulsionis demonum vera credulitas est vt declaratur a christo capitulo eodem. Cum enim quererent discipuli quare nō potuissent expellere illum demonem. Christus respondit propter incredulitatem vestram.
¶ Et si queras an aliquo modo virtute herbarum. vel armonie possint expelli demones. Respōdetur q ita parua posset esse illa vexatio q penitus expelleretur quod facerent non agendo in demonem cum sit spiritus separatus: sed agendo in ipsum vexatum a demonio. Vexat enim dyabolus secundum dispositionem maiorem vel minorem melancolicam vel colericam &c. Herbe autem et armonie multum possunt immutare dispositionem corporis cum quedam inclinent ad leticiam quedam ad tristiciā q etiam patet de armonijs vt patet octauo politice vbi aristoteles vult q diuerse armonie habent prouocare diuersas passiones in homine.
¶ Hoc etiam refert boetius in musica sua et auctor de ortu scientiarum vbi loquens de vtilitate musice dicit q valet ad curandum vel alleuiandū diuersas infirmitates: et ita patet q herbe et armonie causare nō possunt in homine dispositionem contrariā illi vexationi qua dyabolus vexare conatur hominem. ¶ Ex quo sequitur q ceteris paribus sit vexatio debilior non videtur tamen quomodo herbe vel armonie possunt in homine dispositionem aliquam causare propter quam homo nullo modo vexare posset a demone si permitteretur: q dyabolus mouendo solum localiter vapores et ipsos spiritus inordinato motu possent hominem multum vexare. herbe autem vel armonie nullam dispositionem causare possunt in homine sua naturali virtute per quam prohiberetur demon predictā commotionem facere. Contingit tamen quandoq q dyabolus non permittitur hominem vexare nisi vexatione ita parua q per aliquam fortem dispositionem ad contrarium totaliter tolleretur: et tunc alique herbe vel armonie possent corpus hominis ita ad contrarium disponere q illa vexatio totaliter amoueretur verbi gratia dyabolus quādoq posset hominem vexare vexatione tristicie: itā debiliter q per aliquas herbas vel armonias que haberent causare dilatationem et diffusionem spirituum qui sunt motus contrarij tristicie totaliter amoueretur illa tristicia. ¶ q autem dicitur primo Reg. xvi. q saul qui vexabatur a demone alleuiabatur quando dauid cytharā percutiebat coram eo et q recedebat spiritus malus. ¶ Dicendum est q bene verum est q per tactum cythare virtute naturali illius armonie alleuiabatur aliquantulum afflictio saulis inquantum illa armonia aliqualiter dulcorabat appetitum eius per auditum per quam dulcorationem redebatur minimus actus ad illam vexationem. Sed q spiritus malus recederet a saule quando dauid cytharizabat coram eo hoc erat propter vi crucis q satis exponitur i glo. vbi dicitur. sic erat dauid cantici musice eruditus. diuersorū sonorum rationabilis moderatorq cōceptus vnitatē cētie significat q variis modis quo

tidie resonat dauid in cythara sua malignum spiritum compescuit non quia tanta esset vis in cythara: sed in signo crucis que in ligno et cordarum extensione gerebatur que iam tunc demones effugabat hec de mente Richardi in questionibus de quolibet sine preiudicio sententie melioris.

Ex predictis excluditur vnus error in quo istis temporibus incidunt aliqui exorciste quomodo coniurant obsessos a demonibus et illi demoniaci respondent et dicunt quod sunt homines mortui vel viui qui ambulant ibi et hec est alia species deceptionis dyaboli: quia bene scit dyabolus omnes qui male viuunt: et vt ponat eos in desperatione et audientes in errore. ¶ Dicunt ego sum talis homo vel talis mulier quod tamen est falsum: quia vna substantia existentis vel assistens non potest esse in altera nec minus in duobus locis et vt dyabolus celet et coloret suam deceptionem dicit ego sum talis homo et ambulo in hac pena propter talia peccata que feci et fingit modum loquendi eius et modum ambulandi: et ideo faciatis quod dicantur pro me tales misse et similia et exeam ab hac pena et totum est falsum et deceptio magna: quia si exorcista sapiens et virtuosus coniurauerit eum recte ipse dicet si est spiritus etiam si sibi displiceat quia numquam legimus quod christus vel sancti tales spiritus inuenerint in hominibus quos sanauerunt Sed demones cambiunt et alterutrant nomina quod citius possunt facere quam figuras: constat autem quod ipsi laborant vt alterutrent figuras ad inhonorationem et diffamationem seruorum et creaturarum dei vt supra dictum est ergo multo fortius et leuius alterutrabunt nomina et decipiuntur simplices in hoc quod precipiunt eis quod faciant dicere missas et facere alia bona. cum multotiens dyabolus suadeat bonum propter malum finem sicut supra patuit octaua consideratione cum de malicia demonum ageretur et sic hic precipiunt bonum propter malum finem scilicet vt tales qui viuunt desperent et vt alii audientes in errorem inuoluantur. ¶ Numquid in vitis patrum sepe legimus quod dyaboli mouebant antiquos senes quod facerent sancta opera. O insipientes exorciste numquid legistis in euangelio Luce .xi. quod erat iesus eiciens demonium fortassis inuenistis in euangeliis quod erat iesus eiciens homines de corporibus obsessorum numquid dans doctrinam christus eiciendi demones in fine euangelii marci dicit. Signa autem eos qui crediderint hec sequentur. In nomine meo demonia eicient non dicit homines eicient ab hominibus. Respondeat insipiens exorcista si verum est quod petrus est in corpore iohannis quis dedit ei talem potestatem ad expellendum cum inde quia christus non dedit potestatem nisi ad expellendum demones. Errant ergo nimis exorciste cum sua ignorantia credentes dyaboli mendacia et facientes quod alii simplices credant et ideo digni sunt magna pena apud deum et homines. ¶ Sed remanet vna magna difficultas si verum est quod homines mortui non possunt ambulare in hominibus viuis sicut demones: quomodo ergo dicunt illi qui transpassantur vel rapiuntur de hoc mundo ad alterum quod viderunt ali-

quos homies vel mulieres quasi ad huc viuebãt in presenti vita sustine ri graues penas in alio mundo. Si cut ergo isti sunt hic et illic vt viuãt hic et ibi puniantur ita non erit mi rum ꝙ homines viui vel mortui li cet sint in suis existẽtiis alibi ꝙ am bulant sicut demones in hominibꝰ. ¶ Pro solutione huiusmodi notan dum ꝙ nulla persona potest videri in duobus locis naturaliter quia ab sentia presentie priuat visionem in omni loco ab actione sua. Requirit enim noticia int..itiua. iiij. scilicet presentiam existentiam causationem et motionem potentie: sicut notat Franciscus de maronis in prologo sui primi sententiarum. q. xvij. Tenẽ dum ergo est tanꝙ verum ꝙ nec an gelus bonꝰ nec malꝰ: nec hõ sanctꝰ nec mulier sctã: nec hõ puersus nec mulier puersa pñt eẽ simul in diuer sis locis: quia cum gabriel erat cum daniele vel cum zacharia vel cum virgine maria pro tunc non erat in alio loco sic etiam demones quia cũ azmodeus de quo thobie. iij. erat in domo sare non erat in alio loco ita etiam nec viuentes possunt hic vi uere et esse simul in alio mũdo quia impossibile est ꝙ sint per assistẽtiam hic et ibi, quid ergo est dicendum ad ea que dicuntur. Respondetur ꝙ est vna consideratio talis cum homo vi uus transit ante speculum vel ponit se ante eum tunc speculum ostendit imaginem suam non diminutam in sua assistentia et cum inde amouetur nõ apparet imago in speculo sic ho mo qui viuit et est in peccato imago eius potest apparere in sepulchro infernali quia in speculo ante quod est: et cum iustus etiam viuit imago sua vel nomen videtur in li. vite et in conuiuio eternali. quod autẽ hoc posset eẽ ptꝫ ꝙ christus dicit de ta libus luce. x. Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in celis et sic etiã nomina malorum scripta sunt in in ferno et tamẽ maioris efficatie sunt nomina ꝙ imagines in speculo non est ergo verum ꝙ homines male vi uentes sint in inferno sed bene eorũ nomina vel figure.

¶ Quod demones nõ possunt essen tiam anime intrare.



Ertius pun ctus huius conside rationis est an de mones possint illa bi essentie anime ꝙ est animam penetrare vel an possunt malas cogitationes immittere. Ad primum dicitur ꝙ ista est proprietas solius dei. solum enim qui creauit animam potest essentie eius illabi ipsam substantialiter intrare et pe netrare. Ideo ecclesia cãtat in hym no vsque sol illabitur. et in collecta amorem pectoribus nostris purificã dum illabere. Sed nec bonus ange lus nec malus illabi potest essentie anime vt intret substãtialiter in ip sam per essentiam penetrando. Sic ergo demones non possunt intrare cor hominis. i. animam hominis per essentiam sed tantum potentiã sci licet per suggestionem quam extra operatur sicut dicitur Osee. vij. Oẽs adulterantes quasi clibanus succen sus a coquẽte. ꝙ autem magister in

quirit. viij. distin. secundi sententiarum an demones substantialiter intrant corpora obsessorū vel ideo dicantur intrare vel exire: qꝛ ibi malicie sue opus exercent dei permissione vel non exercent et determinat ꝙ nō substātialiter intrāt corpora hoīz sed ꝓpter malicie sue officiū intrare dicunt᷑ de quibus pellere dicunt᷑ tñ non nocere sinunt᷑: sed hoc non facit ad ꝓpositum: qꝛ ipse et beda ibi loquunt᷑ de corde et patet ꝙ ibi cor accipitur ꝑ spū rationali. Unde et adducunt illud Hester. v. cur tēptauit sathanas cor tuū de quo constat ꝙ erat obsessus a demone. Sed est difficultas: qꝛ aliq̄ libri habent animam cur impleuit sathanas cor tuū. Si ergo dyabolus implet cor vester ꝙ possit anime illabi. Respōdit sanct⁹ Tho. in summa cōtra gentiles lib. iiij. ca. xviij. ꝙ cū dyabolus sit creatura nō implet aliquid participatiōe sui nec potest mentē inhabitare ꝑ suā substantiā sed dicit᷑ aliquos implere ꝑ effectū sue malicie. Unde et paul⁹ dicit ad quendā actuum. xiij. O plene oīm dolo et oīm fallacia nō est sic de spūsancto qui cū sit deus ꝑ suā substantiā mentē inhabitat et implet.

Tenendū est ergo ꝙ demones intrare possunt corpora sed non corda id est nō possunt illabi aīabus. Nec obstat ꝙ dyabolus rōcinet᷑ et formet verba per os obsessi cū hoc non veniat ex defectu anime: sed ex debilitate corporis ꝙ sic acidere solet quādo spūs immūdus sedet in illis partibus seu membris in quibus continetur fortificatio anime imponit in eisdem magnam ponderositatem cuiusdam oneris qđ sustinere non possunt: et sic quasi confringens sensus qui sunt ianue intellectus quadam obscuritate nigra accipit potestatē in illis quod sepe contingit ex corruptione vini vel febris vel magni frigoris vel ex aliis debilitatib⁹ q̄s cognoscimus inuenire ab extrinsecis nec dyabolus hoc ꝓbaret in Job quando habuit a deo potestatem super carnem suam fuit ei inhibitio posita a deo per hec verba. ecce in manu tua est: veruntamen animam illi⁹ serua Job. ij. quasi diceret sibi deus solo modo obserua quod non amoueas ei intellectum debilitando memoriam anime ipsius opprimendo eius intellectum et sapientiam cordis eius suffocando eius principalē habitationem oneris incompetenti: licet ergo dyabolus immisceat se carni non tamen potest anime misceri sic ꝙ ipsam penetret cum hoc sit solius deitatis vt dictum est. Hec enim sola potestatem habet penetrando naturam anime taliter: ꝙ non solum eam apprehendit et vndiqꝫ eam circuit sed ipsam sic penetrat ꝙ intimior est anime q̄ anima sibi ipsi.

Circa secundum vero an scilicet demones possint immittere malas cogitationes et videtur ꝙ sic quia dyabolus misit in cor iude vt traderet dominum Johā. xiij. In contrarium est Beda qui super illud euangelij Math. xv. De corde exeunt male cogitationes furta homicidia et c. dicit ꝙ dyabolus non ē immissor malarum cogitationū sꝫ incēsor. Dicendū ergo ꝙ dyabol⁹ pōt dici immissor cogitationū vno modo per hoc

scz q imagines rerum sensibilium delectantiu; imprimit instrumento imaginationis quia data est ei potestas vt misceat seipsum sensibili et immiscet ipsi. quicquid sicut permittitur immiscere imaginibus rerum delectabilium et sic immittit cogitationes de rebus delectabilibus sicut aliquis ponens ante me speculum immittit mihi visum rei que resultat in speculo. Scit enim diabolus q delectabile apprehensum monet: et ideo immittit apprehensionem rei delectabilis: vt apprehensio rei delectabilis moueat hominem ad concupiscendum rem delectabilem, et sic potest dicere immittere cogitationem sed non potest immittere cogitationem malam que sit peccatum que est mala voluntas.

¶ Et ideo bene dicit beda q diabolus non est immissor malarum cogitationum id est malarum voluntatum quia non eas immittit proprie nisi per actionem vel causam voluntariam et sic apprehensio delectabilis generat malam voluntatem non tanquam causa necessaria sed tanquam occasio. immittit ergo diabolus cogitationem mali per modum consulentis sicut angelus bonus immittit cogitationem boni et talis immissio proprie dicitur suggestio.

¶ Quo fine debet terminari bellum demonum.



Duodecima ac vltia consideratio oportet iam finem ponere huic libro que tribus passibus mensurabitur. Primus erit de causa quare demones sunt in mundo. Secundus de cessatione sui belli et principatus. Tertius de eorum perpetua reclusione et punitione in inferno.

¶ Quare demones sunt in mundo.



Diuinus passus est scire quare demones sunt in mundo. Ad quod breuiter respondetur q causa quare demones sunt in mundo est propter exercitium bonorum et propter decorem vniuersi. consistit enim decor vniuersi in quadam difformitate rerum: vt patet in sole luna et stellis. patet etiam in deformitate elementorum volatilium. piscium. serpentum. brutorum et facierum hominum. patet etiam in diuersitate temporum et lucis ac tenebrarum. ¶ Similis questio fieri potest quare mali homines sunt in mundo cum tantum noceant bonis. Et patet causa quia omnis malus secundum Augustinum vel ideo viuit vt corrigatur vel vt per eum bonus exerceatur. In quo decus relucet vniuersi. Unde ad propositum augustinus. in. xi. de ciuitate dei capitulo decimo octauo. dicit q deus non crearet vllum angelorum vel hominum quem malum esse futurum presciuisset nisi pariter nosset quibus eos bonorum vsibus commodaret atque ita ordinem seculorum quasi pulcherrimum carmen ex quibusdam quasi antitetis honestaret. Et si queratur quid vocat augustinus antiteta dicitur q sunt quedam locutionis ornamenta que fiunt per contraria sicut loquitur apostolus secundo Corinthio. vi. per gloriam et ignobilitatem per infamiam et bo-

rum famam. ¶ Unde sicut in talib⁹ varietatibus apparet decor. ita in vniuerso decor boni magis refulget ex ista punitione mali: et bonitas angelorum et malicia demonum.

¶ De cessatione principatus et belli demonum contra genus humanum.



Ecundus passus est de cessatione belli demonum contra genus humanum. Cum enim fuerit completus numerus electorum: et vniuersum suum completum habuerit decorem cessabit in finali iudicio cessabit omnis presidentia et principatus demonum sic quod non remanebit nisi principatus eternus iesu christi domini nostri. Unde dicitur primo Corin. xv. Cum euacuauerit omnem principatum et potestatem et virtutem oportet autem illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. super quo dicit glo. dum durat mundus angeli angelis presunt demones demonibus: homines hominibus ad vtilitatem viuentium vel deceptionem: sed omnibus collectis iam omnis prelatio cessabit: quia necessaria non erit. Hanc autem prelationem dicitur christus euacuare: quia suos omnes exaltabit in regno qui hic fuerunt humiles sicut ipse ex humilitate regnat. Principatum dicit maiores: potestatem minores. Uirtutem dicit illos qui mirabilia faciunt vel fortes homines. sed tunc cessabit omnis creature prelatio in angelis et hominibus: cessabit timor regnabit charitas: non erit inter presidentes et subditos vlla dissensio. Oportet autem illum: id est christum regnare. tunc scilicet aperte. interim autem regnat occulte donec ponat inimicos suos: scilicet demones et damnatos voluntarios vel coactos in futuro iudicio sub pedibus eius: id est sub plena subiectione vt ipsum hominem deum et regem omnium agnoscat. Et est sensus interim oportet regnum eius manifestari donec eum regnare fateantur omnes inimici eius. tunc enim impii eum regnare ipsa regni eius manifestatione confusi fatebuntur. nec est intelligendum quod tunc christus desinet regnare. quia li donec non facit exclusionem futuri regni. sicut Matthei. i. dicitur de ioseph et maria quod non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum. Et si queras quomodo ergo angeli manebunt euacuato principatu: dic quod manebunt ordines angelorum distincti quantum ad eminentiam glorie secundum hierarchias et ordines: et sic etiam demones manebunt distincti quantum ad magnitudinem pene secundum hierarchias et ordines vnde ceciderunt.

¶ De reclusione perpetua demonum in inferno.



Ertius passus et vltimus est de reclusione perpetua demonum in inferno. Cum cessante bello demonum. in facie iudicis magni

domini nostri iesu christi audient demones vna cum damnatis illam terribilem sententiam. Mat.xxv. Discedite a me maledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius. Et sequitur: ibunt hi in supplicium eternum. ¶ Super quo verbo dicit glo. frustra ergo Orige. spondet liberationem post multos annos malis hominibus et ipsis demonibus.

¶ Dixerat enim Origenes quod post hanc sententiam ite maledicti in ignem eternum post multos dies: id est post mille annos visitandi et liberandi sunt: sed hoc ecclesia non recipit: dictum est enim ibunt impii in supplicium eternum: quod autem eternum est omni fine caret. Et sicut gaudium eternum ita et supplicium. hec ex laterali glo. sup illud Esa. xxiiii. Et congregabunt in congregationem vnius fascis in lacum et claudent ibi in carcerem. nunquam ergo liberabuntur: sed in momento in ictu oculi dabitur executioni sententia christi. ¶ Sic ergo subito data sententia demones cum condemnatis detrudentur perpetuo ignibus infernalibus. Unde Apo. xviii. Hoc impetu mittetur babylon et vltra iam non inuenietur. Et iterum Apo. xx. dyabolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis et sulphuris vbi et bestia et pseudo prophete cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum.

¶ Et sicut demones cum damnatis ibunt in ignem eternum sic angeli boni cum electis ibunt cum christo rege seculorum in vitam eternam quam nobis concedat iudex ille supremus verus deus et homo iesus christus saluator noster alpha et o principium et finis: qui dedit mihi pauperculo et inutili seruo suo presentem librum principiare et finire. Tibi ergo iesu dulcissime qui dedisti noticiam fidei illis quos crediturus ante mundi initium nosti. Tibi cuius magnitudo incomprehensibilis: cuius gloria inestimabilis cuius iussio fortis. cuius dispositio iusta. cuius iudicia vera: cuius clementia super omnia opera tua extenta. Tibi quem nemo nisi corde attingit purgatus: quem nullus nisi operibus inuenit probatus: cui nullus adest nisi mente et corpore castus. Tibi qui es cecorum oculus infirmantium verissima salus pes claudorum: lingua mutorum: fortitudo omnium seculorum. Tibi qui es vite via salutis vita: et omnium te postulantium inuictissima dextera. Tibi qui es diuitie pauperum consolatio tribulantium erector humilium et destructor extollentium. Tibi a quo incrementum accepit iustus. sanctificatur perfectus et coronatur in bono opere consummatus. Tibi qui odis iniquos damnas iniustos: deiicis elatos. et confundis superbos. Tibi qui das penitentibus veniam. peccato mortuis vitam. nec abnegas te rogantibus misericordiam consuetam. Tibi qui peccatores non despicis: sed delicta condemnas non odis peccantes: sed peccata detestaris non hominem: sed scelera insectando consummis: et non creaturam sed culpam extirpas. Tibi cuius iusticiam iniquitas nostra commendat scelera nostra te iustum affirmant: quia vnde iustus es inde iniustos odis. Unde sanctus es: inde peccantes punis. Unde verus es

inde mendaces condemnas. et vnde mitis es inde supbos detestaris. Tibi qui ab initio creaturam singulari misericordia foues potentiali virtute regis ineffabili consilio vel potestate disponis. Tibi qui contritorum non despicis preces nec deprecantium te puro corde spernis clamores. Tibi qui frigidas mentes igni tui amoris incendis et initium boni operis plerumque nobis nescientibus quibusdam occasionibus formas. Tibi a quo initium est virtutum et augmentum ac perficitur inchoatum. Tibi bone iesu qui es turris fortitudinis a facie inimici sit honor et gloria benedictio et gratiarum actio sine fine. Amen.

Fortalicium fidei quosque religionis xpiane aduersarios aptissime confutans. Iamdudum in plerisque passibus multipliciter viciatum. Nunc vero magna cum diligentia castigatum: et fideliter emendatum. Per venerabilem magistrum nostrum guillelmum totani: in sacra pagina professorem: ordinis predicatorum: conuentus Lugdun. Ad laudes glorias et honorem cuncti potentis dei itemque intemerate xpifereque virginis marie: simul etiam ad defensionem et propagationem prememorate fidei orthodoxe feliciter explicit. Impressum lugd. Per Johannem de romoys. Anno salutis nre. xi. supra millesimumquingentesimum: Impensis spectabilis viri magistri stephani gueynart. Die. xxvi. mensis Nouembris.

¶ Registrum.

✠ ✠✠ a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z ↄ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

AA Omnes sunt quaterni preter AA et ✠✠ qui sunt duerni.


Národní knihovna
1003033323


Digitized by Google

